


Iste liber legatus pro libraria theologie ... Alberti

d

Augustinus de doctrina xpiana iiii lib

Augustinus de doctrina xpiana
lib aurelii augustini ad eutropium et paulum de perfectione iustitie
lib aurelii augustini de natura summi boni
Johes Crisostomus de laude et utilitate penitencie et quibus actibus hortatur servire deo
Sermones adelgeri epi ad nonfromdam inclusa de laude karitatis et quod cuncte virtutibus preferat
de reparatione lapsi Cum multis aliis sermonibus doctorum ...
de tuffino persecutore contrarie libertatis

It Comentarium beati Johis constantinopolitani epi Crisostomi
beati pauli ad ebreos epistolam genotis editum post eius obitum a
constantino presbitero antiocheno translatum de greco in latinum a mutiano
scolastico
d

Augustinus de doctrina
Christiana.

[illegible] in illa clausula quibus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etc. sive gratia speciali per Sanctissimum in Christo
[illegible] ecclesia sancte Wissegradensis Pragensis diocesis beneficiorum tunc vacancium vel in antea ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam dispo-
[illegible] quam canonicorum et personarum ecclesie eorumdem ac venerabilium et religiosarum dominarum Abbatisse et Conventus Monasterii Claustri
[illegible] litteris apostolicis eorumdem inde exhibitis plenius continetur venerabilibus et religiosis dominabus Abbatisse et Conventui Monasterii Clau[stri]
singulis quorum interest vel interesse poterit [illegible] infrascriptis tangit negocium seu tangere poterit qualibet in futurum quibuscumque nomi[nibus]
[illegible] et mandatis nostris, immo verius apostolicis firmiter obedire. Noveritis quod licet ad nos nuper [illegible] dominus [illegible] supra
[illegible] per mortem honorabilis quondam domini Georgii ultimi et immediati rectoris eiusdem vacabat, cum ecclesiam [illegible]
[illegible] eiusdem sibi virtute gratie sue apostolice competere et deberi, eandem ecclesiam [illegible] solempniter fecit in
[illegible] de [illegible] se quam fructibus [illegible] ad eandem. Tenor vero litterarum apostolicarum graciose et executorie de quibus fit
[mentio] in ecclesia sancti Petri Wissegradensis Pragensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis
[illegible] tibi [illegible] meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura con-
[illegible] argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedat ad venerabilis fratris nostri [illegible] eorumdem et dilectorum filiorum [illegible]
[Abbatisse] et Conventus Monasterii Claustri Regine in [illegible] Cistercienis ordinis eorumdem diocesis collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis
[alia]m ad presens vel cum vacaverit [illegible] adhuc [illegible] constitutum infra [illegible] mensium spacium postquam tibi vel [illegible]
[illegible] apostolice reservacionis dispositioni [illegible] [illegible] decano [illegible] Capitulo Canonicis personis Abbatisse et
[illegible] noluerit acceptare dispositionem quecumque [illegible] ac decernimus [illegible] a quoquam quavis
[illegible] beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetraverint [illegible] ad inhi-
[bitionem] [illegible] in assecucione huiusmodi beneficiorum volumus anteferri, sed nullum per hoc [illegible] quo ad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si eisdem
[illegible] a dicta sit sede indultum [illegible] ad recepcionem vel provisionem aliorum [illegible] et ad id compelli non possent [illegible] de huiusmodi
[illegible] specialibus nulla valeat [illegible] per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi men-
[tionem] vel totaliter non insertam effectum huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri et de quo cuiusque toto tenore habenda sit in
[illegible] cum fructus redditus et proventus [illegible] marcarum argenti secundum communem estimacionem valorem annuum non excedunt [illegible] ultimo
[seu] quavis alia dispositione [illegible] decanum [illegible] Capitulo Canonicorum personarum Abbatisse et Conventus predictorum communi[ter]
[illegible] constitucione apostolica contraria non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservacionis inhibicionis consti[tutionis]
[o]mnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constancie [illegible] Kl. februarii pontificatus nostri anno primo
[illegible] dilectis filiis .. Albate Monasterii Gradicensis extra muros Olom[ucensis] ac .. preposito Ecclesie Cremsirensis eorumdem diocesis Salutem et apostolicam
[illegible] de [illegible] prefatus vicarius in ecclesia sancti Petri Wissegradensis Pragensis [illegible] testimonio nos inducunt
[illegible] per vos vel alium seu alios huiusmodi beneficium per nos ut premittitur reservatum si tempore huiusmodi nostre reservacionis vacabat vel postea
[illegible] assignare curetis inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii [illegible] et defendentes
[illegible] sufficientibus supradictis. Aut si eidem preposito decano [illegible] Capitulo Canonicis personis Abbatisse et Conventui predictis vel
[illegible] apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem contradictores [illegible] appellacione postposita
[illegible] et recepcionem constitutus coram nobis prefatus dominus Nicolaus [illegible] in presencia notarii publici et testium infrascriptorum [illegible] nobis
[illegible] vacante de favore et voluntate predictorum Abbatisse et Conventus Monasterii Claustri Regine in [illegible]
[illegible] ac [illegible] requisivit ut litteras seu processus [illegible] et conficeremus contra prefatas Abbatissam et Conventum
[illegible]

Libros de doctrina christiana cum imperfectos comperissem perficere malui quam eis sic relictis ad alia retractanda transire. Complevi ergo tertium qui scriptus fuerat usque ad eum locum ubi commemoratum est ex evangelio de muliere testimonium que abscondit fermentum in tribus mensuris farine donec totum fermentaretur. Addidi etiam novissimum librum et quatuor libris opus illud implevi, quorum primi tres adiuvant ut scripture intelligantur, quartus autem quomodo que intelligimus proferenda sint. In secundo sane libro de auctore libri quem plures vocant Sapientiam Salomonis quod etiam ipsum sicut Ecclesiasticum Iesus filius Sirach scripserit non ita constare sicut mihi visum est postea didici et omnino probabilius comperi non esse hunc eius auctorem. Ubi autem dixi his quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur auctoritas, ex consuetudine qua iam loquitur ecclesia vetus testamentum appellavi. Apostolus autem non videtur appellare testamentum vetus nisi quod datum est in monte Syna. Et in eo quod dixi de temporum hystoria sanctum Ambrosium solvisse questionem tamquam contemporanei fuerint Plato et Ieremias me fefellit memoria. Nam quid ille episcopus de hac re dixerit in precepto eius quem de sacramentis sive de philosophia scripsit. Hoc opus sic incipit: Sunt precepta quedam.

Incipit liber Augustini episcopi catholici de doctrina christiana.

Sunt precepta quedam tractandarum scripturarum que studiosis earum video non incommode posse tradi, ut non solum legendo alios qui divinarum litterarum operta aperuerunt, sed etiam ipsi aperiendo proficiant. Hec tradere institui volentibus et valentibus discere, si dominus ac deus noster ea que de hac re cogitanti solet suggerere etiam scribenti michi non deneget. Quod antequam exordiar, videtur michi respondendum esse eis qui hec reprehensuri sunt aut reprehensuri essent si eos ante non placaremus. Quod si nonnulli etiam post ista reprehenderint, saltem alios non movebunt nec ab utili studio ad imperitie pigritiam revocabunt quos movere possent nisi premunitos preparatosque invenirent. Quidam enim reprehensuri sunt hoc opus nostrum cum ea que precepturi sumus non intellexerint. Quidam vero cum intellectis uti voluerint conatique fuerint scripturas divinas secundum hec precepta tractare neque valuerint aperire atque explicare quod cupiunt, inaniter me laborasse arbitrabuntur; et quia ipsi non adiuvantur hoc opere nullum adiuvari posse censebunt. Tertium genus est reprehensorum qui divinas scripturas vel revera bene tractant vel bene tractare sibi videntur, qui quoniam nullis observationibus lectis qualia nunc tradere institui facultatem exponendorum sanctorum librorum se assecutos vel vident vel putant, nemini esse necessaria ista precepta, sed potius totum quod de illarum litterarum obscuritatibus laudabiliter aperitur divino munere fieri posse clamitabunt. Quibus omnibus breviter respondens, illis qui hec que scribimus non intelligunt hoc dico, ita me non esse reprehendendum quia ista non intelligunt, tamquam si lunam vel veterem vel novam sidusve aliquod minime clarum vellent videre quod ego intento digito demonstrarem, illis autem nec ad digitum meum videndum sufficiens acies esset oculorum, non propterea michi succensere deberent. Illi vero qui etiam cognitis atque perceptis eis preceptis ea que in divinis scripturis obscura sunt intueri nequiverint, arbitrentur se digitum quidem meum videre posse, sidera vero quibus demonstrandis intenditur videre non posse. Et illi ergo et isti reprehendere desinant et lumen oculorum divinitus sibi preberi deprecentur. Non enim si possum membrum meum ad aliquid demonstrandum movere possum etiam oculos accendere quibus vel ipsa demonstratio mea vel etiam illud quod volo demonstrare cernatur. Iam vero eos qui divino munere exultant et sine talibus preceptis qualia nunc tradere institui se sanctos libros intelligere atque tractare gloriantur, et propterea me superflua voluisse scribere existimant, sic oportet lenire, ut quamvis magno dei dono iure letentur, recordentur se tamen per homines didicisse vel litteras. Nec propterea ab Antonio sancto et perfecto viro Egyptio monacho insultari debere, qui sine ulla scientia litterarum scripturas divinas et memoriter audiendo tenuisse et prudenter cogitando intellexisse predicatur; aut ab illo servo barbaro christiano de quo a gravissimis fideque dignissimis viris nuper accepimus, qui litteras quoque ipsas nullo docente homine in plenam notitiam orando ut sibi revelarentur accepit, triduanis precibus impetrans ut etiam codicem oblatum stupentibus qui aderant legendo percurreret. Aut si quisquam hec falsa esse arbitratur non ago pugnaciter. Certe enim cum christianis nobis res est qui se scripturas sanctas sine duce ab homine nosse gaudent, et si ita est, vero non mediocri bono gaudent; concedant necesse est unumquemque nostrum et ab ineunte pueritia consuetudine audiendi linguam suam didicisse, et aliam aliquam vel grecam vel hebream vel quamlibet ceterarum aut similiter audiendo aut per hominem preceptorem accepisse. Iam ergo si placet moneamus omnes fratres ut parvulos suos ista non doceant, quoniam momento uno temporis adveniente spiritu sancto repleti apostoli omnium gentium linguis locuti sunt; aut cui talia non provenerint non se arbitretur esse christianum aut spiritum sanctum accepisse se dubitet. Immo vero quod per hominem discendum est sine superbia discat, et per quem docetur alius sine superbia et sine invidia tradat quod accepit. Neque temptemus eum cui credidimus, ne talibus inimici versutiis et perversitate decepti ad ipsum quoque audiendum evangelium atque discendum nolimus ire in ecclesias aut codicem legere aut legentem predicantemque hominem audire, et expectemus rapi usque in tertium celum sive in corpore sive extra corpus sicut dicit apostolus, et ibi audire ineffabilia verba que non licet homini loqui, aut ibi videre dominum Ihesum Christum et ab illo potius quam ab hominibus audire evangelium. Caveamus tales temptationes superbissimas et periculosissimas, magisque cogitemus et ipsum apostolum Paulum, licet divina et celesti voce prostratum et instructum, ad hominem tamen missum esse ut sacramenta perciperet, quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset audiret. Et poterant utique omnia per angelum fieri, sed abiecta esset humana condicio si per homines hominibus deus verbum suum ministrare nolle videretur, atque copularetur ecclesie. Et centurionem Cornelium, quamvis exauditam orationem eius elemosinasque respectas ei angelus nuntiaverit, Petro tamen traditum imbuendum. Quomodo enim verum esset quod dictum est: Templum enim dei sanctum est quod estis vos, si deus de humano templo responsa non redderet, et totum quod discendum hominibus tradi vellet de celo atque per angelos personaret? Deinde ipsa caritas que sibi homines invicem nodo unitatis astringit non haberet aditum refundendorum et quasi miscendorum sibimet animorum, si homines per homines

Nota

Cornelius

nichil discerent. Et certe illum spadonem qui Ysaiam prophetam legens non intelligebat, aliquis apostolus non angelum misit instruendum, nec ei per angelum id quod non intelligebat est expositum, aut divinitus in mente sine hominis ministerio revelatum est, sed potius suggestione divina missus est ad eum et sedit cum eo Philippus qui noverat Ysaiam prophetam, eique humanis verbis et lingwa quod in scriptura illa tectum erat aperuit. Nonne cum Moyse deus loquebatur, et tamen consilium regendi atque administrandi tam magni populi a socero suo alienigena scilicet homine et maxime providus et minime superbus accepit. Noverat enim ille vir ex quacumque anima verum consilium processisset, non ei sed illi qui est veritas incommutabilis deo esse tribuendum. Postremo quisquis se nullis preceptis instruendum divino munere quecumque in scripturis obscura sunt intelligere gloriatur, bene quidem credit et verum est non esse illam suam facultatem quasi a seipso existentem, sed divinitus traditam, ita enim dei gloriam querit et non suam. Sed cum legit et nullo sibi hominum exponente intelligit, cur ipse aliis affectat exponere, ac non potius eos remittit deo ut ipsi quoque non per hominem sed illo intus docente intelligant? Sed videlicet timet ne audiat a domino: Serve nequam, quare non dedisti pecuniam meam nummulariis? Sicut ergo hii ea que intelligunt produnt ceteris vel loquendo vel scribendo, ita ego quoque si non solum ea que intelligo sed etiam in intelligendo ea que observent prodidero, culpari ab eis prorsus non debeo, quamquam nemo debeat aliquid sibi habere quasi suum proprium, nisi forte mendacium. Nam omne verum ab illo est qui ait: Ego sum veritas. Quid enim habemus quod non accepimus? Quod si accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus? Qui legit audientibus litteras, utique quas agnoscit enuntiat. Qui autem ipsas litteras tradit, hoc agit ut alii quoque legere noverint; uterque tamen id insinuat quod accepit. Sic etiam qui ea que in scripturis intelligit exponit audientibus, tamquam litteras quas agnoscit pronuntiat lectoris officio. Qui autem precipit quomodo intelligendum sit, similis est tradenti litteras, hoc est precipienti quomodo sit legendum, ut quomodo ille qui legere novit alio lectore non indiget cum codicem invenerit a quo audiat quid ibi scriptum sit, sic iste qui precepta que conamur tradere acceperit, cum in libris aliquid obscuritatis invenerit, quasdam regulas velut litteras tenens, intellectorem alium non requirat per quem sibi quod opertum est retegat, sed quibusdam vestigiis indagatis ad occultum sensum sine ullo errore ipse perveniat, vel certe in absurditatem prave sententie non incidat. Quapropter quamvis et in ipso opere satis apparere possit huic officioso labori nostro non recte aliquos contradicere, tamen si huiusmodi prohemio quibuslibet obsistentibus convenienter videtur esse responsum, huius vie quam in hoc libro ingredi volumus tale nobis occurrit exordium.

Due sunt res quibus nititur omnis scripturarum tractatio: modus inveniendi que intelligenda sunt, et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius, de proferendo postea disseremus. Magnum opus et arduum, et si ad sustinendum difficile, vereor ne ad suscipiendum temeritatem. Ita sane si de nobis presumeremus. Nunc vero cum in illo sit spes perficiendi huius operis a quo nobis in cogitatione multa de hac re iam tradita tenemus, non est metuendum ne dare desinat cetera cum ea que data sunt ceperimus impendere. Omnis enim res que dando non deficit, dum habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. Sicut ipse ait: Qui habet, dabitur ei. Dabit ergo habentibus, id est cum benignitate utentibus eo quod acceperunt, adimplebit atque cumulabit quod dedit. Quinque et illi septem erant panes antequam inciperent dari esurientibus. Quod ubi fieri cepit, cophinos et sportas satiatis tot hominum milibus impleverunt. Sic ergo ille panis dum frangitur accrevit. Sic ea que ad hoc opus aggrediendum iam dominus prebuit, cum dispensari ceperint, eo ipso suggerente multiplicabuntur, ut in hoc nostro ministerio non solum nullam patiamur inopiam, sed de mirabili habundantia gaudeamus.

Omnis doctrina vel rerum est vel signorum, sed res per signa discuntur. Proprie autem nunc res appellavi que non ad significandum aliquid adhibentur, sicuti est lignum, lapis, pecus atque huiusmodi cetera. Sed non illud lignum quod in aquas amaras Moysen misisse legimus ut amaritudine carerent, neque ille lapis quem Jacob sibi ad caput posuerat, neque illud pecus quod pro filio immolavit Abraham. Hec namque ita res sunt ut aliarum etiam signa sint rerum. Sunt autem alia signa quorum omnis usus in significando est, sicuti sunt verba. Nemo enim utitur verbis nisi aliquid significandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellem signa, res eas scilicet que ad significandum aliquid adhibentur. Quamobrem omne signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, omnino nichil est. Non autem omnis res etiam signum est. Et ideo in hac divisione rerum atque signorum cum de rebus loquimur, ita loquimur ut etiam si earum aliquae adhiberi ad significandum possint, non impediant partitionem qua prius de rebus, postea de signis disseremus, memoriterque teneamus id nunc in rebus considerandum esse quod sunt, non quod aliud etiam preter seipsas significant.

Res ergo alie sunt quibus fruendum est, alie quibus utendum, alie que fruuntur et utuntur. Ille quibus fruendum est nos beatos faciunt. Istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur, ut ad illas que nos beatos faciunt pervenire atque hiis inherere possimus. Nos vero qui fruimur et utimur inter utrasque constituti, si eis quibus utendum est frui voluerimus, impeditur cursus noster et aliquando etiam deflectitur, ut ab hiis rebus quibus fruendum est obtinendis vel retardemur vel etiam revocemur inferiorum amore prepediti. Frui enim est amore inherere alicui rei propter seipsam. Uti autem est quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam usus illicitus abusus potius vel abusio nominanda est. Quomodo ergo si essemus peregrini qui beate vivere nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione utique miseri et miseriam finire cupientes in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus vel marinis vehiculis quibus utendum esset ut ad patriam qua fruendum erat pervenire valeremus. Quod si amenitate itineris et ipsa gestatione vehiculorum nos delectaret, conversi ad fruendum hiis quibus uti debuimus, nollemus viam cito finire et perversa suavitate implicati alienaremur a patria cuius suavitas faceret beatos. Sic in huius mortalitatis vita peregrinantes a domino, si redire in patriam volumus ubi beati esse possimus, utendum est hoc mundo non fruendum, ut invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur, hoc est ut de corporalibus temporalibusque rebus eterna et spiritualia capiamus.

Res igitur quibus fruendum est, Pater est et Filius et Spiritus sanctus, eademque trinitas, una quaedam summa res communisque omnibus fruentibus ea. Si tamen res et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile inveniri potest nomen quod tantae excellentiae conveniat, nisi quod melius haec trinitas ita dicitur: Trinitas haec unus Deus est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita Pater et Filius et Spiritus sanctus et singulus quisque horum Deus, et simul omnes unus Deus; et singulus quisque horum plena substantia, et simul omnes una substantia. Pater nec Filius est nec Spiritus sanctus; Filius nec Pater est nec Spiritus sanctus; Spiritus vero sanctus nec Pater nec Filius. Sed Pater tantum Pater, Filius tantum Filius, et Spiritus sanctus tantum Spiritus sanctus. Eadem tribus aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In Patre unitas, in Filio aequalitas, in Spiritu sancto unitatis aequalitatisque concordia. Et tria haec unum omnia propter Patrem, aequalia omnia propter Filium, conexa omnia propter Spiritum sanctum. Diximusne aliquid et sonuimus aliquid dignum Deo? Immo vero nihil me aliud quam dicere voluisse sentio. Si autem quod dixi, non hoc est quod dicere volui. Unde hoc scio, nisi quia Deus ineffabilis est? Quod autem a me dictum est, si ineffabile esset, dictum non esset. Ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia et hoc cum dicitur, aliquid dicitur. Et fit nescio quae pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod vel ineffabile dici potest. Quae pugna verborum silentio cavenda potius quam voce pacanda est. Et tamen Deus, cum de illo nihil digne dici possit, admisit humanae vocis obsequium, et verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est quod dicitur Deus. Non enim revera in strepitu istarum duarum syllabarum ipse cognoscitur, sed tamen omnes latinae linguae socios, cum aures eorum sonus iste tetigerit, movet ad cogitandam excellentissimam quandam immortalemque naturam. Nam cum ille unus cogitatur deorum Deus, ab his etiam qui alios et suspicantur et vocant et colunt deos, sive in caelo sive in terra, ita cogitatur ut aliquid quo nihil sit melius atque sublimius illa cogitatio conetur attingere. Sane quoniam diversis moventur bonis, partim eis quae ad corporis sensum, partim eis quae ad animi intelligentiam pertinent, illi qui dediti sunt corporis sensibus aut ipsum caelum aut quod in caelo fulgentissimum vident aut ipsum mundum deum deorum esse arbitrantur. Aut si extra mundum ire contendunt, aliquid lucidum imaginantur, idque vel infinitum vel ea forma quae optima videtur inani suspicatione constituunt, aut humani corporis figuram cogitant, si eam ceteris anteponunt. Quod si unum Deum deorum esse non putant, et potius multos aut innumerabiles aequalis ordinis deos, etiam eos tamen prout cuique aliquid corporis videtur excellere, ita figuratos animo tenent. Illi autem qui per intelligentiam pergunt videre quod Deus est, omnibus eum naturis visibilibus et corporalibus, intelligibilibus vero et spiritualibus, omnibus mutabilibus praeferunt. Omnes tamen certatim pro excellentia Dei dimicant, nec quisquam inveniri potest qui hoc Deum credat esse quo est aliquid melius. Itaque omnes hoc Deum esse consentiunt quod ceteris rebus omnibus anteponunt. Et quoniam omnes qui de Deo cogitant vivum aliquid cogitant, illi soli possunt non absurda et indigna existimare de Deo, qui vitam ipsam cogitant; et quaecumque illis forma occurrerit corporis, eam vita vivere

vel non vivere statuunt, et viventem non viventi anteponunt, eamque ipsam viventem corporis formam, quantalibet luce praefulgeat, quantalibet magnitudine promineat, quantalibet pulchritudine decoretur, aliud esse ipsam, aliud vitam qua vegetatur intelligunt, eamque illi moli quae ab illa vegetatur et animatur dignitate incomparabili praeferunt. Deinde ipsam vitam pergunt inspicere, et si eam sine sensu invenerint vegetantem, qualis est arborum, praeponunt ei sentientem, qualis est pecorum, et huic rursus intelligentem, qualis est hominum. Quam cum adhuc mutabilem viderint, etiam huic aliquam incommutabilem cogunt praeponere, illam scilicet vitam quae non aliquando desipit, aliquando sapit, sed est potius ipsa sapientia. Sapiens enim mens, id est adepta sapientiam, antequam adipisceretur non erat sapiens. At vero ipsa sapientia nec fuit unquam insipiens nec esse unquam potest. Quam si non viderent, nullo modo plena fiducia vitam incommutabiliter sapientem commutabili vitae anteponerent. Ipsam quippe regulam veritatis qua illam clamant esse meliorem, incommutabilem vident, nec usquam nisi supra suam naturam vident, quandoquidem se mutabiles vident. Nemo est enim tam impudenter insulsus qui dicat: Unde scis incommutabiliter sapientem vitam mutabili esse praeferendam? Id ipsum enim quod interrogat unde sciam, omnibus ad contemplandum communiter atque incommutabiliter praesto est. Et hoc qui non videt, ita est quasi caecus in sole, cui nihil prodest quod ipsius oculorum eius tam clare ac praesentissime lux infunditur fulgor. Qui autem videt et refugit, consuetudine umbrarum carnalium invalidam mentis aciem gerit. Ergo a patria repelluntur homines tamquam contrariis flatibus morum perversorum, posteriora atque inferiora potius sectantes quam illud quod esse melius atque praestantius confitentur. Ca 9

Quapropter cum illa veritate perfruendum sit quae incommutabiliter vivit, et in ea trinitas Deus, auctor et conditor universitatis, rebus quas condidit consulat, purgandus est animus ut et perspicere illam lucem valeat et inhaerere perspectae. Quam purgationem quasi ambulationem quandam et quasi navigationem ad patriam esse arbitremur. Non enim ad eum qui ubique praesens est locis movemur, sed bono studio bonisque moribus. Quod non possemus, nisi ipsa sapientia tantae etiam nostrae infirmitati congruere dignaretur, et vivendi nobis praeberet exemplum non aliter quam in homine, quoniam et nos homines sumus. Sed quia nos cum ad illam venimus sapienter facimus, ipsa cum ad nos venit ab hominibus superbis quasi stulta fecisse putata est. Et quod tu ad illam venimus convalescimus, ipsa cum ad nos venit quasi infirma existimata est. Sed quod stultum est Dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Cum ergo ipsa sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam. Et cum sano et puro interiori oculo ubique sit praesens, eorum qui oculum illum infirmum immundumque habent, oculis etiam carneis apparere dignata est. Quia enim in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Non ergo per locorum spatia veniendo, sed in carne mortali mortalibus apparendo venisse ad nos dicitur. Illuc ergo venit ubi erat, quia in hoc mundo erat, et mundus per eum factus est. Sed quoniam cupiditate fruendi pro ipso creatore creatura homines conformati huic mundo et mundi nomine congruentissime vocati non eum cognoverunt, propterea

De clavibus ecclesie et clavigero

De similitudine future beatitudinis ad primam

dicit Evangelista: Et mundus eum non cognovit. Itaque quoniam in sapientia dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere deum, cur ergo venit cum hic esset, nisi quia placuit deo per stulticiam predicationis salvos facere credentes? Quomodo venit? Nisi quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. Sicuti cum loquimur, ut id quod animo gerimus in audientis animum per aures carneas illabatur, fit sonus et verbum quod corde gestamus, et locutio vocatur, nec tamen in eundem sonum cogitacio nostra convertitur, sed apud se manens integra formam vocis qua se insinuat auribus sine aliqua labe sue mutacionis assumit. Ita verbum dei non commutatum caro tamen factum est ut habitaret in nobis. Sicut autem curatio via est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. Et quemadmodum medici cum alligant vulnera non incomposite sed apte id faciunt, ut vinculi utilitatem pulchritudo etiam quedam consequatur, sic medicina sapiencie per hominis susceptionem nostris est accommodata vulneribus, de quibusdam contrariis curans et de quibusdam similibus. Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis adhibet quedam contraria, sicut frigidum calido vel humido siccum, vel si quid aliud eiusmodi; adhibet etiam quedam similia, sicut rotundo vulneri rotundum linteolum vel oblongum oblongo, ligaturamque ipsam non eandem membris omnibus, sed similem similibus coaptat. Sic sapiencia dei hominem curans seipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum. Serpentis sapientia decepti sumus, dei stulticia liberamur. Quemadmodum autem illa sapiencia vocabatur, erat autem stulticia contempnentibus deum, sic ista que vocatur stulticia sapiencia est vincentibus dyabolum. Nos immortalitate male usi sumus ut moreremur, Christus mortalitate bene usus est ut viveremus. Corrupto animo femine ingressus est morbus, integro corpore femine processit salus. Ad eadem contraria pertinet quod etiam exemplo virtutum eius nostra vicia curantur. Iam vero similia quasi ligamenta membris et vulneribus nostris adhibita illa sunt, quod per feminam deceptus, per feminam natus homo hominibus mortalis mortales morte mortuos liberavit. Et multa quoque alia diligencius considerantibus, que instituti operis peragendi necessitas non capit, vel a contrariis vel a similibus medicine christiane apparet instructio. Iam vero credita domini a mortuis resurrectio et in celum ascensio magna spe fulcit nostram fidem. Multum enim ostendit quam voluntarie pro nobis animam posuerit, qui eam sic habuit in potestate resumere. Quanta ergo se fiducia spes credencium consolatur, considerantibus quantus quanta pro nondum credentibus passus sit. Cum vero iudex vivorum atque mortuorum e celo expectatur, magnum timorem incutit negligentibus, ut se ad diligenciam convertant, eumque magis bene agendo desiderent quam male agendo formident. Quibus autem verbis dici aut qua cogitacione capi potest premium quod ille in fine daturus est, quando ad consolationem huius itineris de spiritu suo tantum dedit, quo in adversis vite huius fiduciam caritatemque tanti eius quem nondum videmus habeamus, et dona unicuique propria ad instructionem ecclesie sue, ut id quod ostendit esse faciendum non solum sine murmuratione sed etiam cum dilectione faciamus. Est enim ecclesia corpus eius, sicut apostolica doctrina commendat, que coniux etiam eius dicitur. Corpus ergo suum multis membris diversa officia gerentibus nodo unitatis et caritatis tamquam sanitatis astringit. Exercet autem hoc tempore et purgat medicinalibus quibusdam molestiis, ut erutam de hoc seculo in eternum sibi copulet coniugem ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi. Porro cum in via simus, nec via ista locorum est sed affectuum, quam intercludebant quasi septa quedam spinosa preteritorum malicia peccatorum, quid liberalius et misericordius facere potuit, cum seipsum nobis viam per quam rediremus substernere voluit, nisi ut omnia donaret peccata conversis, et graviter fixa interdicta reditus in nobis crucifixus evelleretur? Has ergo claves dedit ecclesie sue, ut que solveret in terra soluta essent et in celo, et que ligaret in terra ligata essent et in celo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur; quisquis autem crederet seque ab hiis correctus averteret, in eiusdem ecclesie gremio constitutus eadem fide atque correctione sanaretur. Quisquis enim non credit sibi dimitti posse peccata, fit deterior desperando, quasi nichil illi melius quam malum esse remaneat, ubi de fructu sue conversionis infidus est. Et sicut Iam vero sicut animi quedam mors est vite prioris morumque relictio que fit penitendo, sic et corporis mors est pristine animacionis resolutio. Et quomodo animus per penitenciam qua priores mores perditos interimit reformatur in melius, sic etiam corpus post istam mortem quam vinculo peccati omnes debemus credendum et sperandum est tempore resurreccionis in melius commutari, ut non caro et sanguis regnum celorum possideant, quod fieri non potest, sed corruptibile hoc induat incorrupcionem et mortale hoc induat immortalitatem, nullamque faciens molestiam quia nullam patietur indigenciam, beata perfectaque anima cum summa quiete vegetetur. Cuius autem animus non moritur huic seculo neque incipit configurari veritati, in mortem morte corporis graviorem trahitur, neque ad commutationem celestis habitudinis sed ad luenda vicia reviviscit. Hoc itaque fides habet atque ita rem se habere credendum est, neque animum neque corpus humanum omnino interitum pati, sed impios resurgere ad penas inextimabiles, pios autem ad vitam eternam. In hiis ergo omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum est, quas eternas atque incommutabiles commemoravimus. Ceteris autem utendum est, ut ad illarum perfruicionem pervenire possimus. Nos itaque qui fruimur et utimur aliis rebus, res aliquid sumus. Magna enim quedam res est homo, factus ad ymaginem et similitudinem dei, non in quantum mortali corpore induitur, sed in quantum bestias rationalis anime honore precellit. Itaque magna questio est utrum frui se homines debeant an uti an utrumque. Preceptum est enim nobis ut diligamus invicem. Sed queritur utrum propter se homo ab homine diligendus sit an propter aliud. Si enim propter se, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. Videtur autem michi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita; cuius etiam si nondum res, tamen spes eius nos hoc tempore consolatur. Maledictus autem qui spem suam ponit in homine. Sed nec seipso quisquam frui debet, si liquide advertas, quia nec seipsum debet propter seipsum diligere, sed propter illud quo fruendum est. Tunc est quippe optimus homo cum tota vita sua pergit in incommuta-

c. de verbo quo venit

quo verbum caro factum est et manet verbum

Ecclesia

Deo

Celo

Quibus rebus utendum

De dignitate hominis

an homo utatur seipso vel fruatur et de dilectione hominis

Quid sit deum diligere

[illegible] ad proximum deum [illegible]

[illegible] bonum et malum corporis [illegible] et quomodo corpori [illegible] nichil [illegible]

bilem vitam et toto affectu inhereat illi. Si autem se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad seipsum conversus non ad incommutabile aliquid convertitur. Et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est cum totus heret atque constringitur incommutabili bono quam cum inde vel ad seipsum vel a seipso relaxatur. Si ergo teipsum non propter te debes diligere, sed propter illum ubi dilectionis tue rectissimus finis est, non succenseat alius homo si etiam ipsum propter deum diligis. Hec enim regula dilectionis divinitus est constituta: Diliges, inquit, proximum tuum tamquam teipsum, deum vero ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas et omnem vitam et omnem intellectum in illum conferas a quo habes ea ipsa que confers. Cum autem ait toto corde, tota anima, tota mente, nullam vite nostre partem reliquit que vacare debeat et quasi locum dare ut alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quicumque ergo recte diligit proximum, hoc cum eo debet agere ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat deum. Sic enim eum diligens tamquam seipsum totam dilectionem sui et illius refert in illam dilectionem dei que nullum a se rivulum duci extra patitur cuius derivatione minuatur.

Non ante omnia quibus utendum est diligenda sunt, sed ea sola que aut nobiscum societate quadam referuntur in deum, sicut est homo vel angelus, vel ad nos relata beneficio dei per nos indigent, sicuti est corpus. Nam utique martires non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamen usi sunt ad promerendum deum.

Cum ergo quattuor sint diligenda, unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, de secundo et quarto nulla precepta danda erant. Quantumlibet enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio sui corporis. Fugax enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit ut ipse sibi regnet et corpori suo, et ideo non potest nisi et se et corpus suum diligere. Magnum autem aliquid adeptum se putat si etiam sociis, id est aliis hominibus, dominari potuit. Inest enim vicioso animo id magis appetere et tamquam sibi debitum vendicare quod uni proprie debetur deo. Talis autem sui dilectio melius odium vocatur. Iniquum est enim quia vult sibi servire quod infra se non est, cum ipse superiori servire nolit. Rectissimeque dictum est: Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Et ideo fit infirmus animus et de mortali corpore cruciatur. Necesse est enim ut illud diligat et eius corruptione gravetur. Immortalitas enim et incorruptio corporis de sanitate anime consistit. Sanitas autem anime est firmissime inherere potiori, hoc est incommutabili deo. Cum vero etiam eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, dominari affectat, intollerabilis omnino superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidem nulla cum aliqua secta questio fuit. Sed neque corpus suum quisque odit. Verum est enim quod ait apostolus: Nemo umquam carnem suam odio habuit. Et quod nonnulli dicunt malle se esse omnino sine corpore, omnino falluntur. Non enim corpus suum, sed corruptiones eius et pondus oderunt. Non itaque nullum corpus, sed incorruptum et celerrimum corpus volunt habere, sed putant nullum corpus esse si tale fuerit, quia tale aliquid esse animam putant.

Qui autem continentia quadam et laboribus quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non id agunt ut non habeant corpus, sed ut habeant subiugatum et paratum ad opera necessaria. Libidines enim male utentes corpore, id est consuetudines et inclinationes anime ad fruendum inferioribus, per ipsius corporis laboriosam quandam miliciam extinguere affectant. Nam non se interimunt, sed curam sue valitudinis gerunt. Qui autem perverse id agunt, quasi naturali inimico suo corpori bellum ingerunt. In quo fallit eos quod legunt: Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem; hec enim sibi invicem adversantur. Dictum est enim hoc propter indomitam carnalem consuetudinem, adversus quam spiritus concupiscit, non ut interimat corpus, sed ut concupiscentia eius, id est mala consuetudine, edomita faciat spiritui subiugatum quod naturalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit post resurrectionem, ut corpus omnino cum quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat, hoc etiam in hac vita meditandum est, ut consuetudo carnis mutetur in melius nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat, caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, non per odium resistente spiritu, sed per principatum, quia quod magis diligit vult subditum esse meliori, nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis vinculum quod a parentum etiam propagine inveteratum nature lege inolevit. Id ergo agit spiritus in domanda carne ut solvat male consuetudinis quasi pacta perversa et fiat pax consuetudinis bone. Tamen nec isti qui falsa opinione depravati corpora sua detestantur parati essent unum oculum vel sine sensu doloris amittere, etiam si in altero tantus cernendi sensus remaneret quantus erat in duobus, nisi aliqua res que preponenda esset urgeret. Isto atque huiusmodi documento satis ostenditur eis qui sine pertinacia verum requirunt quam certa sit apostoli sententia ubi ait: Nemo enim umquam carnem suam odio habuit. Addidit etiam: sed nutrit et fovet eam sicut et Christus ecclesiam. Modus ergo diligendi precipiendus est homini, id est quomodo se diligat ut prosit sibi. Quin autem se diligat et prodesse sibi velit, dubitare dementis est. Precipiendum etiam est quomodo corpus suum diligat, ut ei ordinate prudenterque consulat. Nam quod diligat etiam corpus suum idque salvum habere atque integrum velit, eque manifestum est. Aliquid itaque amplius diligere aliquis potest quam salutem atque integritatem corporis sui. Nam et multi et dolores et amissiones nonnullorum membrorum voluntarie sustinuisse inveniuntur, sed ut alia que amplius diligebant sequerentur. Non ergo propterea quisquam dicendus est non diligere salutem atque incolumitatem corporis sui, quia plus aliquid diligit. Nam et avarus quamvis pecuniam diligat, tamen emit sibi panem; quod cum facit, dat pecuniam quam multum diligit et augere desiderat, sed quia pluris existimat salutem corporis sui que illo pane fulcitur. Supervacaneum tamen est diutius de re manifestissima disputare, quod tamen plerumque facere cogit nos multotiens error impiorum. Ergo quia precepto non opus est ut se quisque et corpus suum diligat, id est quia id quod sumus et id quod infra nos est, ad nos tamen pertinet, inconcussa nature lege diligimus, que in bestiis etiam promulgata est (nam et bestie se et corpus suum diligunt), restabat ut de

Quatuor diligenda inveniuntur: deus, caro, proximus

Angeli proximi nostri sunt et in precepto dilectionis continentur quia beneficia hominibus impendunt

illo quod supra nos est, et de illo quod iuxta nos est, pre-
cepta suscepimus. Diliges inquit dominum deum tuum
ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota men-
te tua, et diliges proximum tuum sicut teipsum. In du-
obus hiis preceptis tota lex pendet et prophete. Finis itaque
precepti est dilectio, et ea gemina id est dei et proximi.
Quod si te totum intelligas id est animam et corpus, et proximum
totum id est animum et corpus eius, homo enim ex anima constat
et corpore, nullum genus diligendarum rerum in hiis du-
obus preceptis pretermissum est. Cum enim precurrat
dilectio dei, eiusque dilectionis modus prescriptus appa-
reat, ita ut cetera in illum confluant, de dilectione tua
nichil dictum videtur. Sed cum dictum est diliges proximum
tuum tamquam teipsum, simul et tui abs te dilectio non pre- Nota
termissa est. Ille autem iuste et sancte vivit qui rerum
integer estimator est. Ipse est autem qui ordinatam
habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut
non diligat quod diligendum est, aut amplius diligat
quod minus diligendum est, aut eque diligat quod di-
Ordo hominum diligendorum ligendum est amplius vel minus, aut minus vel
amplius quod eque diligendum est. Omnis homo inquantum
peccator est, non est diligendus, et omnis homo inquantum homo
est diligendus est propter deum, deus vero propter seipsum. Et si
deus omni homine amplius diligendus est, amplius
quisque deum debet diligere quam seipsum. Item amplius alter
homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter deum omnia is-
ta diligenda sunt, et potest nobiscum alius homo perfrui deo,
Nota quod non potest corpus, quia corpus per animam vivit qua fru-
imur deo. Omnes autem eque diligendi sunt. Sed cum
omnibus prodesse non possis, hiis potissimum consulendum est
qui pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum oportunitatibus
constrictius tibi quadam sorte iunguntur. Si-
cut enim si tibi habundaret aliquid, quod dare oporteret
ei qui non haberet, nec duobus dari posset, si tibi occur-
rerent duo, quorum neuter alium vel indigentia vel erga
te aliqua necessitudine superaret, nichil iustius face-
res, quam ut sorte eligeres cui dandum esset, quod utrique
dari non posset, sic in hominibus quibus omnibus consulere nequ-
eas, pro sorte habendum est prout quisque tibi temporaliter col-
ligatius adherere potuit. Omnium autem qui nobiscum
frui possunt deo, partim eos diligimus quos ipsi adiu-
vamus, partim eos a quibus adiuvamur, partim eos
quorum et indigemus adiutorio, et indigentie subve-
nimus, partim quibus nec ipsi conferimus aliquid com-
modi, nec ab eis ut nobis conferatur attendimus.
Velle tamen debemus ut omnes nobiscum diligant deum, et totum
quod eos vel adiuvamus vel ab eis adiuvamur ad illum
unum finem referendum est. Si enim in theatris nequi-
tie qui aliquem diligit histrionem, et tamquam magno vel
etiam summo bono eius arte perfruitur, omnes diligit qui
secum eum diligunt, non propter illos, sed propter eum quem pariter
diligunt, et quanto est in eius amore ferventior,
tanto agit quibus modis potest ut a pluribus diligatur,
et tanto pluribus eum cupit ostendere, et quem frigidiorem
videt, excitat eum laudibus illius quantum potest, si autem con-
tradicentem invenerit, odit in illo vehementer odium
dilecti sui, et quibus modis potest instat ut auferat. Quid
nos in societate dilectionis dei agere convenit, quo perfrui
beate vivere est, et a quo habent omnes qui eum diligunt
et quod sunt et quod eum diligunt, de quo nichil metuimus
ne cuiquam possit cognitus displicere, et qui se vult di-
ligi non ut sibi aliquid, sed ut eis qui diligunt eternum
premium conferat, hoc est ipse quem diligunt. Hinc
efficitur ut inimicos nostros etiam diligamus. Non

enim eos timemus, quia nobis quod diligimus auferre non
possunt, sed miseramur potius, quia tanto magis nos
oderunt, quanto ab illo quem diligimus separati
sunt. Ad quem si conversi fuerint, et illum tamquam
beatificum bonum, et nos tamquam socios tanti boni
necesse est ut diligant. Oritur autem de angelis
hoc loco nonnulla questio. Illo enim fruentes, etiam
ipsi beati sunt, quo et nos frui desideramus. Et quan-
to in hac vita fruimur vel per speculum vel in enig-
mate, tanto eam peregrinationem et tollerabilius sus-
tinemus, et ardentius finire cupimus. Sed utrum ad
illa duo precepta etiam dilectio pertineat angelorum
non irrationabiliter queri potest. Nam quod nullum ho-
minum exceperit, qui precepit ut proximum diligamus,
et ipse in evangelio dominus ostendit, et apostolus Paulus.
Nam cum ille cui duo ipsa precepta protulerat, atque
in eis pendere totam legem prophetasque omnes dix-
erat, tum interrogaret eum dicens, et quis est
michi proximus, hominem quendam proposuit descen-
dentem ab Iherusalem in Iericho incidisse in
latrones, et ab eis graviter vulneratum, saucium
et semivivum esse derelictum. Cui proximum esse non
docuit nisi qui erga illum recreandum atque cura-
ndum misericors extitit, ita ut hoc qui interrogaverat
interrogatus ipse fateretur. Cui dominus ait, vade et tu
fac similiter, ut videlicet eum proximum esse intelligamus,
cui vel exhibendum est si indiget officium misericordie
vel exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam
consequens est ut etiam ille a quo nobis hoc vicis-
sim exhibendum est proximus sit noster. Proximi enim
nomen ad aliquid est, nec quisque esse proximus nisi
proximo potest. Nullum autem exceptum esse cui mi-
sericordie denegetur officium, quis non videat, quando
usque ad inimicos etiam porrectum est, eodem domino di-
cente, Diligite inimicos vestros, bene facite hiis qui
vos oderunt. Ita quoque apostolus Paulus docet cum
dicit, Nam non adulterabis, non homicidium faci-
es, non furaberis, non concupisces rem proximi tui,
et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone re-
capitulabitur, Diliges proximum tuum tamquam te-
ipsum. Dilectio proximi non operatur malum. Quis-
quis igitur arbitratur non de omni homine apostolum pre-
cepisse, cogitur fateri quod absurdissimum et scelera-
tissimum est, visum fuisse apostolo non esse peccatum
si quis aut non christiani aut inimici maluerit ux-
orem, aut eum occiderit, aut eius rem concupierit.
Quod si dementis est dicere, manifestum est omnem
hominem proximum esse deputandum, quia erga neminem
operandum est malum. Iam vero si vel ille cui pre-
bendum vel a quo nobis prebendum est officium misericordie
recte proximus dicitur, manifestum est hoc precepto quo iu-
bemur diligere proximum, etiam sanctos angelos contineri, Solo
a quibus tanta impenduntur nobis misericordie officia, quan-
ta multis scripturarum locis divinarum animadvertere
facile est. Ex quo ipse deus et dominus noster proximum se
nostrum dici voluit. Nam seipsum significat dominus
noster Ihesus Christus opitulatum esse semivivo iacenti in
via afflicto et relicto a latronibus, et propheta in
oratione ait, Sicut proximum sic fratrem nostrum ita com-
placebam. Sed quoniam excellentior atque supra nostram na-
turam est divina substantia, preceptum quo diligamus
deum a proximi dilectione distinctum est. Ille enim pre-
bet nobis misericordiam propter suam bonitatem, nos autem
nobis invicem propter illius, id est ille nostri miseretur
ut se perfruamur, nos vero invicem nostri miseremur

Ut illo perfruamur. Unumque adhuc ambiguum videtur, ubi dicimus ea re nos perfrui quam diligimus propter seipsam, et ea re nobis perfruendum esse tantum qua efficimur beati, ceteris vero utendum. Diligit enim nos Deus, et multum nobis dilectionem eius erga nos divina scriptura commendat. Quomodo ergo diligit? Ut nobis utatur an ut fruatur? (Rom.) Sed si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Omne enim bonum nostrum vel ipse vel ab ipso est. Cui autem obscurum vel dubium est non egere lucem rerum harum nitore quas ipsa illustraverit? Dicit etiam apertissime propheta: Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non ergo fruitur nobis, sed utitur. Nam si neque fruitur neque utitur, non invenio quemadmodum diligat. Nec tamen sic utitur ut nos. Nam nos res quibus utimur ad id referimus ut Dei bonitate perfruamur; Deus vero ad suam bonitatem usum nostrum refert. Quia enim bonus est, sumus; et in quantum sumus boni sumus. Porro etiam quia iustus est, non impune mali sumus; et in quantum mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille enim summe ac primitus est, qui omnino incommutabilis est et qui plenissime dicere potuit: Ego sum qui sum, et: Dices eis: Qui est misit me ad vos, ut cetera quae sunt et nisi ab illo esse non possent, et in tantum bona sint in quantum acceperunt ut sint. Ille ergo usus qui dicitur Dei, quo nobis utitur, non ad eius sed ad nostram utilitatem refertur, ad eius autem tantummodo bonitatem. Cum autem nos miseremur et consulimus alicui, ad eius quidem utilitatem id facimus eamque intuemur, sed nescio quomodo etiam nostra fit consequens, cum eam misericordiam quam impendimus egenti, sine mercede non relinquit Deus. Haec autem merces summa est ut ipso perfruamur et omnes qui eo fruimur nobis etiam invicem in ipso perfruamur. Nam si in nobis id facimus, remanemus in via et spem beatitudinis nostrae in homine aut in angelo collocamus. Quod et homo superbus et angeli superbi arrogant sibi atque in se aliorum spem gaudent constitui. Sanctus autem homo et sanctus angelus etiam fessos nos atque in se acquiescere et remanere cupientes reficiunt potius eo sumptu quem propter nos aut illo etiam quem propter se acceperunt, et tamen acceperunt (atque), ita refectos in illum ire compellunt quo fruentes beati pariter sumus. Nam et apostolus clamat: Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? (Paulus) Et: Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et angelus se adorantem hominem monet ut illum potius adoret, sub quo ei dominus etiam ipse conservus est. Cum autem homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris. Illo enim frueris quo efficeris beatus, et ad eum te pervenisse laetaberis in quo spem ponis ut venias. Unde ad Philemonem Paulus: Ita, frater, ego te fruar in Domino. Quod si non addidisset in Domino et tantum dixisset ego te fruar, in eo constituisset spem beatitudinis suae. Quamquam etiam vicinissime dicitur frui cum dilectione uti. Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat, per quam si transieris eamque ad illud ubi permanendum est retuleris, uteris ea et abusive non proprie diceris frui; si vero inhaeseris atque permanseris finem in ea ponens laetitiae tuae, tunc vere et proprie frui dicendus es. Quod non faciendum nisi in illa Trinitate, id est summo et incommutabili bono. Et vide quemadmodum, cum ipsa veritas et verbum per quod facta sunt omnia caro factum esset ut habitaret in nobis, tamen ait apostolus: Et si noveramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus. Ille quippe qui non solum pervenientibus possessionem sed etiam se viam voluit praebere venientibus ad principium viarum, voluit carnem assumere. Unde est etiam illud: Dominus creavit me in principio viarum suarum, ut inde inciperent qui vellent venire. Apostolus ergo quamvis adhuc ambularet in via et ad palmam supernae vocationis sequeretur vocantem Deum, tamen ea quae retro sunt obliviscens et in ea quae ante sunt extentus, iam principium viarum transierat, hoc est eo non indigebat, a quo tamen aggrediendum et exordiendum iter est omnibus qui ad veritatem pervenire et in vita aeterna permanere desiderant. Sic enim ait: Ego sum via et veritas et vita; hoc est, per me venitur, ad me pervenitur, in me permanetur. Cum enim ad ipsum pervenitur, etiam ad patrem pervenitur, quia per aequalem ille cui aequalis est agnoscitur, vinciente et tamquam agglutinante nos Spiritu Sancto, quo in summo atque incommutabili bono permanere possimus. Ex quo intellegitur, quam nulla res in via tenere nos debeat, quando nec ipse Dominus, in quantum via nostra esse dignatus est, tenere nos voluit sed transire, ne rebus temporalibus, quamvis ab illo pro salute nostra susceptis et gestis, haereamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter, ut ad eum ipsum, qui nostram naturam a temporalibus liberavit et collocavit ad dexteram patris, provehi atque pervenire mereamur.

Omnium igitur quae dicta sunt, ex quo de rebus tractamus, haec summa est, ut intellegatur legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis esse dilectio rei qua fruendum est et rei quae nobiscum ea re frui potest, quia ut se quisque diligat praecepto non opus est. (ad quid finis omnis scripture) Hoc ergo ut nossemus atque possemus, facta est tota pro nostra salute per divinam providentiam dispensatio temporalis, qua debemus uti, non quasi mansoria quadam dilectione et delectatione sed transitoria potius tamquam viae, tamquam vehiculorum vel aliorum quorumlibet instrumentorum, aut si quid congruentius dici potest, ut ea quibus ferimur propter illud ad quod ferimur diligamus. Quisquis igitur scripturas divinas vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut eo intellectu non aedificet istam geminam caritatem dei et proximi, nondum intellexit. Quisquis vero talem inde sententiam duxerit, ut huic aedificandae caritati sit utilis, nec tamen hoc dixerit quod ille quem legit eo loco sensisse probabitur, non perniciose fallitur nec omnino mentitur. Inest quippe in mentiente voluntas falsa dicendi; et ideo multos invenimus qui mentiri velint, qui autem falli, neminem. Cum igitur hoc sciens homo faciat, illud nesciens patiatur, satis apparet in una eademque re illum qui fallitur eo qui mentitur esse meliorem, quando quidem pati melius est quam facere iniquitatem. Omnis autem qui mentitur iniquitatem facit, et si cuiquam videtur utile aliquando esse mendacium, potest videri utilem aliquando esse iniquitatem. Nemo enim mentiens in eo quod mentitur servat fidem. Nam hoc utique vult, ut cui mentitur fidem sibi adhibeat, quam tamen ei mentiendo non servat. Omnis autem fidei violator iniquus est. Aut igitur iniquitas aliquando utilis est, quod fieri non potest, aut mendacium semper inutile est. Sed quisquis in scripturis aliud sentit quam ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur. Sed tamen, ut dicere coeperam, si ea sententia fallitur qua aedificet caritatem, quae finis praecepti est, ita fallitur ac si quisquam errore deserens viam eo tamen per agrum pergat quo etiam

nota quod non peccat qui ut aedificet caritatem

via illa perducat, et corrigendus est tamen, et quam sit utilius viam non deserere demonstrandum est, ne consuetudine deviandi etiam in transversum aut perversum ire cogatur. Asserendo enim temere quod ille non sensit quem legit, plerumque incurrit in alia que illi sententie contexere nequeat. Que si vera et certa esse consentit, illud non potest verum esse quod senserat; fitque in eo nescio quomodo ut amando sententiam suam scripture incipiat offensior esse quam sibi. Quod malum si serpere ceperit, evertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Titubabit autem fides si divinarum scripturarum vacillet auctoritas. Porro fide titubante, caritas etiam ipsa languescit. Nam si a fide quisque ceciderit, a caritate etiam necesse est cadat. Non enim potest diligere quod esse non credit. Porro si et credit et diligit, bene agendo et preceptis morum bonorum obtemperando efficit ut etiam speret se ad id quod diligit esse venturum. Itaque tria hec sunt quibus et scientia omnis et prophetia militat: fides, spes et caritas. Sed fidei succedit species, quam videbimus, et spei succedit beatitudo ipsa, ad quam perventuri sumus. Caritas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondum videmus, quanto magis cum videre ceperimus! Et si sperando diligimus quo nondum pervenimus, quanto magis cum pervenerimus! Inter temporalia quippe et eterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum advenerit; non enim satiat animam, cui vera est et certa sedes eternitas. Eternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo existimare quam se habet, ut ei vilescat cum minus invenerit; sed quantumlibet quisque veniens existimare potuerit, plus perveniens inventurus est. Homo itaque fide et spe et caritate subnixus, eaque inconcusse retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Itaque multi per hec tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt. Unde in illis arbitror iam impletum esse quod dictum est: sive prophetie evacuabuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia evacuabitur. Quibus tamen quasi machinis tanta fidei et spei et caritatis in eis surrexit instructio, ut perfectum aliquid tenentes ea que sunt ex parte non querant, perfectum sane quantum in hac vita potest. Nam in comparatione future vite nullius iusti et sancti hominis vita ista perfecta. Ideo manent inquit fides spes caritas, tria hec, maior autem horum est caritas; quia et cum quisque ad eterna pervenerit, duobus istis decedentibus caritas auctior et certior permanebit. Quapropter cum quisque cognoverit finem precepti esse caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, omnem intellectum divinarum scripturarum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedit. Cum enim dixit caritas, addidit de corde puro, ut nichil aliud quam id quod diligendum est diligatur. Conscientiam vero bonam subiunxit propter spem. Ille enim se ad id quod credit et diligit perventurum esse desperat, cui male conscientie scrupulus inest. Tertio et fide inquit non ficta. Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc et non diligimus quod non est diligendum, et recte vivendo id speramus, ut nullo modo spes nostra fallatur. Propterea de rebus que continentur fide, quantum pro tempore satis esse arbitratus sum, dicere volui, quia in aliis voluminibus sive per alios sive per nos multa iam dicta sunt. Modus itaque sit iste libri huius. Cetera de signis quantum dominus dederit disseremus.

Explicit liber primus.

Nota

Nota bene

Nota de fide, spe, caritate

Bona eterna et temporalia

Incipit liber secundus de doctrina christiana

Quoniam de rebus cum scriberem, premisi commonens ne quis in eis attenderet nisi quod sunt, non etiam si quid aliud preter se significant, vicissim de signis disserens hoc dico, ne quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod signa sunt, id est quod significant. Signum est enim res preter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire; sicut vestigio viso transisse animal cuius vestigium est cogitamus, et fumo viso ignem subesse cognoscimus, et voce animantis audita affectionem animi eius advertimus, et tuba sonante milites vel progredi vel regredi, et si quid aliud pugna postulat, oportere noverunt.

Distinctio

Signorum igitur alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt que sine voluntate atque ullo appetitu significandi preter se aliquid aliud ex se cognosci faciunt, sicuti est fumus significans ignem. Non enim volens significare id facit, sed rerum expertarum animadversione et notatione cognoscitur ignem subesse, etiam si fumus solus appareat. Sed et vestigium transeuntis animalis ad hoc genus pertinet, et vultus irati seu tristis affectionem animi significat, etiam nulla eius voluntate qui aut iratus aut tristis est; aut si quis motus alius animi est, vultu indice procedit, etiam nobis non id agentibus ut prodatur. Sed de hoc toto genere nunc disserere non est propositum. Quoniam tamen incidit in partitionem nostram, preteriri omnino non potuit, atque id usque notatum esse sufficerit. Data vero signa sunt que sibi queque viventia invicem dant ad demonstrandos, quantum possunt, motus animi sui vel sensa aut intellecta queque. Nec ulla causa est nobis significandi, id est signa dandi, nisi ad depromendum et traiciendum in alterius animum id quod animo gerit qui signum dat. Horum igitur signorum genus, quantum ad homines attinet, considerare atque tractare statuimus, quia et signa divinitus data que in scripturis sanctis continentur per homines nobis indicata sunt qui ea conscripserunt. Habent etiam bestie quedam inter se signa quibus produnt appetitum animi sui. Nam et gallus gallinaceus reperto cibo dat signum vocis gallinae ut accurrat, et columbus gemitu columbam vocat vel ab ea vicissim vocatur, et multa huiusmodi adverti solent. Que utrum sicut vultus tristis aut dolentis clamor sine voluntate significandi sequantur motum animi, an vere ad significandum dentur, alia questio est et ad rem que agitur non pertinet; eamque partem ab hoc opere tamquam non necessariam removeamus.

Signorum igitur quibus inter se homines sua sensa communicant, quedam pertinent ad oculorum sensum, pleraque ad aurium, paucissima ad ceteros sensus. Nam cum innuimus, non damus nisi signum oculis eius quem volumus per hoc signum voluntatis nostre participem facere. Et quidam motibus manuum pleraque significant. Et histriones omnium membrorum motibus dant signa quedam scientibus et cum oculis eorum quasi fabulantur; et vexilla draconesque militares per oculos insinuant voluntatem ducum. Et sunt hec omnia quasi quedam verba visibilia. Ad aures autem que pertinent, ut dixi, plura sunt in verbis maxime. Nam et tuba et tibia et cithara dant plerumque non solum suavem sed etiam significantem sonum. Sed omnia signa verbis comparata

de gradibus quibus it ad S. sapientiam

paucissima sunt. Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi quecumque animo concipiuntur, si ea quisque prodere velit. Nam et odore unguenti Dominus quo perfusi sunt pedes eius signum aliquod dedit, et sacramento corporis et sanguinis sui pregustato significavit quod voluit, et cum mulier tangendo fimbriam vestimenti eius salva facta est, non nichil significat. Sed innumerabilis multitudo signorum quibus suas cogitationes homines exerunt in verbis constituta est. Nam illa signa omnia quorum genera breviter attigi potui verbis enuntiare, verba vero illis signis nullo modo possem. Sed quia verberato aere statim transeunt nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per litteras signa verborum. Ita voces oculis ostenduntur non per se ipsas sed per signa quedam sua. Ista signa igitur non potuerunt communia esse omnibus gentibus peccato quodam dissensionis humane, cum ad se quisque principatum rapit. Cuius superbie signum est erecta illa turris in celum, ubi homines impii non solum animos sed etiam voces dissonas habere meruerunt. Ex quo factum est ut etiam scriptura divina qua tantis morbis humanarum voluntatum subvenitur, ab una lingua profecta, qua opportune potuit per orbem terrarum disseminari, per varias interpretum linguas longe lateque diffusa innotesceret gentibus ad salutem. Quam legentes nichil aliud appetunt quam cogitationes voluntatemque illorum a quibus conscripta est invenire, et per illas voluntatem dei, secundum quam tales homines locutos credimus. Sed multis et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt, aliud pro alio sentientes. Quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur non inveniunt, ita obscure quedam dicta densissima caligine obducuntur. Quod totum provisum esse divinitus non dubito ad edomandam labore superbiam et intellectum a fastidio renovandum, cui facile investigata plerumque vilescunt. Quid enim est, queso, si quisque dicat sanctos esse homines atque perfectos quorum vita et moribus ecclesia Christi de quibuslibet superstitionibus precidit eos qui ad se veniunt et imitatione bonorum sibimet quodammodo incorporat, qui boni fideles et veri dei servi, deponentes onera seculi, ad sanctum baptismi lavacrum venerunt atque inde ascendentes conceptione sancti spiritus fructum edunt gemine caritatis, id est dei et proximi. Quid est ergo quod si hoc quisque dicat minus delectat audientem quam si ad eundem sensum locum illum exponat de Canticis canticorum, ubi dictum est ecclesie, cum tamquam pulchra quedam femina laudaretur: Dentes tui sicut grex detonsarum ascendens de lavacro, que omnes geminos creant et sterilis non est in illis? Num aliud homo discit quam cum illud planissimis verbis sine similitudinis huius adminiculo audiret? Et tamen nescio quomodo suavius intueor sanctos, cum eos quasi dentes ecclesie video precidere ab erroribus homines atque in eius corpus emollita duritia quasi demorsos mansosque transferre. Oves etiam iocundissime agnosco detonsas oneribus secularibus tamquam velleribus depositis, et ascendentes de lavacro, id est de baptismate, creare omnes geminos, duo precepta dilectionis, et nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video. Sed quare suavius videam quam si nulla de divinis libris talis similitudo promeretur, cum res eadem sit eademque cognitio, difficile est dicere, et alia questio est. Nunc tamen nemo ambigit et per similitudines libentius quecumque

cognosci et cum aliqua difficultate quesita multo gratius inveniri. Qui enim prorsus non inveniunt quod querunt fame laborant. Qui autem non querunt quia in promptu habent fastidio sepe marcescunt. In utroque autem languor cavendus est. Magnifice igitur et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificavit ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nichil enim fere de illis obscuritatibus eruitur quod non planissime dictum alibi reperiatur. Ante omnia igitur opus est dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque precipiat. Timor autem iste cogitationem de nostra mortalitate et de futura morte necesse est incutiat, et quasi clavatis carnibus omnes superbie motus ligno crucis affigat. Deinde mitescere opus est pietate, neque contradicere divine scripture, sive intellecte, si aliqua vicia nostra percutit, sive non intellecte, quasi nos melius sapere meliusque precipere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et verius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id quod nos per nos ipsos sapere possemus. Post istos duos gradus timoris atque pietatis ad tertium venitur scientie gradum, de quo nunc agere institui. Nam in eo se exercet omnis divinarum scripturarum studiosus, nichil in eis aliud inventurus quam diligendum esse deum propter deum et proximum propter deum, et illum quidem ex toto corde et tota anima et tota mente, proximum vero tamquam seipsum, id est ut tota dilectio proximi sicut etiam nostri referatur in deum. De quibus duobus preceptis cum de rebus ageremus libro superiore tractavimus. Necesse est ergo ut primo se quisque in scripturis inveniat amori huius seculi, hoc est temporalium rerum, longe se implicatum esse, et tanto amore dei et tanto amore proximi implicatum quantum scriptura ipsa prescribit. Tunc vero ille timor quo cogitat de iudicio dei, et illa pietas qua non potest non credere et cedere auctoritati sanctorum librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bone spei hominem non se iactantem sed lamentantem facit. Quo affectu impetrat sedulis precibus consolationem divini adiutorii ne desperatione frangatur, et esse incipit in quarto gradu, hoc est fortitudinis, quo esuritur et sititur iusticia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iocunditate rerum transeuntium sese extrahit, et inde se avertens convertit ad dilectionem eternorum, incommutabilem scilicet unitatem eandemque trinitatem. Quam ubi aspexerit quantum potest in longinquo radiantem suique aspectus infirmitate sustinere se illam lucem non posse persenserit, in quinto gradu, hoc est in consilio misericordie, purgat animam tumultuantem quodammodo atque obstrepentem sibi de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hic vero se in dilectione proximi gnaviter exercet, in eaque perficitur, et spe iam plenus atque integer viribus, cum pervenerit usque ad inimici dilectionem, ascendit inde in sextum gradum, id est intellectum, ubi iam ipsum oculum purgat quo videri deus potest, quantum potest ab eis qui huic seculo moriuntur quantum possunt. Nam in tantum vident in quantum moriuntur huic seculo; in quantum autem huic vivunt non vident. Et ideo quamvis iam certior et non solum tolerabilior sed etiam iocundior species lucis illius incipiat apparere in enigmate, adhuc tamen et per speculum videri dicitur, quia magis per fidem quam per speciem ambulatur cum in hac vita peregrinamur, quamvis conversationem habeamus in celis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis ut veritati nec seipsum quidem preferat aut conferat proximum. Ergo nec seipsum, quia nec illum quem diligit sicut seipsum. Erit ergo iste sanctus tam simplici corde atque mundato ut neque hominibus placendi studio detorqueatur a vero, nec respectu devitandorum quorumlibet

i gradus

De timore incipit ad pietatem venit et deinde ad scientiam etc.

iii gradus scientie

[illegible]

Nota de effectu divine scientie

iiii fortitudo

v consilium

vi intellectus

incommodorum suorum que adversantur huic vite. Talis filius ascendit ad sapientiam, que ultima et septima est, qua pacatus tranquillusque perfruitur. Initium enim sapientie timor domini. Ab illo enim usque ad ipsam per hos gradus tenditur et pervenitur. Sed nos ad tertium illum gradum consideracionem referamus, de quo disserere quod dominus suggesserit atque tractare instituimus. Erit igitur divinarum scripturarum sollertissimus indagator, qui primo totas legerit notasque habuerit, et si nondum intellectu, iam tamen lectione eas dumtaxat que appellantur canonice. Nam ceteras securius leget fide veritatis instructus, ne inanes opiniones praeoccupent imbecillum animum et periculosis mendaciis atque fantasmatibus eludentes praeiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quam plurium auctoritatem sequatur, inter quas ille sane sint que apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas que ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis preponat eis quas quidam non accipiunt. In eis vero que non accipiuntur ab omnibus, preponat eas quas plures graviores que accipiunt eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesie tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc invenire non possit, equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem canon scripturarum, in quo ista consideratio versandam dicimus, his libris continetur: quinque Moyseos, id est Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, et uno libro Ihesu Nave, uno Iudicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorum principium videtur pertinere, deinde quatuor regnorum et duobus Paralipomenon, non consequentibus sed quasi a latere adiunctis simul que pergentibus. Hec est historia que sibimet annexa tempora continet atque ordinem rerum. Sunt alie tamquam ex diverso ordine, que neque huic ordini neque inter se connectuntur, sicut est Iob et Thobias et Hester et Iudith et Machabeorum libri duo et Esdre libri duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam usque ad regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophete, in quibus David unus liber Psalmorum, et Salemonis tres, Proverbiorum, Cantica Canticorum, Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salemonis esse dicuntur. Nam Ihesus filius Syrach eos conscripsisse constantissime perhibetur. Qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri qui proprie prophete appellantur: duodecim prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniam numquam seiuncti sunt, pro uno habentur. Quorum prophetarum nomina hec sunt: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophete sunt maiorum voluminum: Esaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur auctoritas. Novi autem quatuor libris Evangelii: secundum Matheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem. Quatuordecim epistolis apostoli Pauli: ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colocenses, ad Thimotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos. Petri duabus, tribus Iohannis, una Iude et una Iacobi, Actibus apostolorum libro uno, et Apokalipsi Iohannis libro uno. In his omnibus libris timentes deum et pietate mansueti querunt voluntatem dei. Cuius operis et laboris prima observacio est, ut diximus, nosse istos libros, et si nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memorie vel omnino incognitos non habere. Deinde illa que in eis aperte posita sunt, vel precepta vivendi vel regule credendi, sollercius diligenciusque investiganda sunt. Que tanto quisque plura invenit quanto est intelligencia capacior. In his enim que aperte in scripturis posita sunt inveniuntur omnia illa que continent fidem moresque vivendi, spem scilicet atque caritatem, de quibus in libro superiore tractavimus. Tum vero, facta quadam familiaritate cum ipsa lingwa divinarum scripturarum, in ea que obscura sunt aperienda et discucienda pergendum est, ut ad obscuriores locuciones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, et quedam certarum sentenciarum testimonia dubitacionem incertis auferant. In qua re memoria valet plurimum, que si defuerit non potest his preceptis dari.

Duabus autem causis non intelliguntur que scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. Sunt autem signa vel propria vel translata. Propria dicuntur, cum his rebus significandis adhibentur propter quas sunt instituta, sicut cum dicimus bovem, intelligimus pecus, quod omnes nobiscum latine lingwe homines hoc nomine vocant. Translata sunt, cum et ipse res quas propriis verbis significamus ad aliquid aliud significandum usurpantur, sicut dicimus bovem et per has duas sillabas intelligimus pecus, quod isto nomine appellari solet, sed rursus per illud pecus intelligimus evangelistam, quem significavit scriptura interpretante apostolo et dicente: Bovem triturantem non infrenabis. Contra ignota signa propria magnum remedium est lingwarum cognitio. Et latine quidem lingwe homines, quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad scripturarum divinarum cognicionem opus habent, hebraica scilicet et greca, ut ad exemplaria precedencia recurratur, si quam dubitacionem attulerit latinorum interpretum infinita varietas. Quamquam et hebraica verba non interpretata sepe inveniamus in libris, sicut amen et alleluya et racha et osanna, et si qua sunt alia, quorum partim propter sanctiorem auctoritatem, quamvis interpretari potuissent, servata est antiquitas, sicut sunt amen et alleluya; partim vero in aliam lingwam transferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo que posuimus. Sunt enim quedam verba certarum lingwarum que in usum alterius lingwe per interpretacionem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, que verba motum animi significant pocius quam sentencie concepte ullam particulam. Nam et hec duo talia esse perhibentur: dicunt enim racha indignantis esse vocem, osanna letantis. Sed non propter hec pauca, que notare atque interrogare facillimum est, sed propter diversitates, ut dictum est, interpretum illarum lingwarum cognicio est necessaria. Qui enim scripturas ex hebrea in grecam verterunt numerari possunt, latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex grecus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque lingwe habere videbatur, ausus est interpretari. Que quidem res plus adiuvit intelligenciam quam impedivit, si modo legentes non sint

negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sepe manifestauit inspectio, sicut illud Ysaye prophete. Unus interpres ait: Et domesticos seminis tui ne despexeris. Alius autem ait: Et carnem tuam ne despexeris. Uterque sibi inuicem attestatus est. Namque alter ex altero exponitur, quia et caro posset accipi proprie, et corpus suum quisque ne despiceret se putaret ammonitum, et domestici seminis translatione christiani possent intelligi ex eodem verbi semine spiritaliter nati. Nunc autem collato interpretum sensu probabilior occurrit sententia precepte de consanguineis non despiciendis esse preceptum. Quia domesticos seminis cum ad carnem retuleris, consanguinei potissimum occurrunt. Unde etiam arbitror illud apostoli quod ait: Si quo modo ad emulacionem adducere potuero carnem meam, ut saluos faciam aliquos ex illis, id est emulando eos qui crediderant, et ipsi crederent. Carnem enim suam dixit iudeos propter consanguinitatem. Item illud eiusdem Ysaye: Nisi credideritis non intelligetis, alius interpretatus est: Nisi credideritis non permanebitis. Quis horum verba illa secutus sit, nisi exemplaria lingue precedentis legantur, incertum est. Sed tamen ex utroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus. Difficile est enim ita diuersos a se interpretes fieri, ut non se aliqua vicinitate contingant. Ergo quoniam intellectus in specie sempiterna est, fides vero in rerum temporalium quibusdam cunabulis quasi lacte alit paruulos, nunc autem per fidem ambulamus non per speciem. Nisi autem per fidem ambulauerimus, ad speciem peruenire non poterimus, que non transit sed permanet per intellectum purgatum nobis coherentibus veritati. Propterea ille ait: Nisi credideritis non permanebitis. Ille autem: Nisi credideritis non intelligetis. Et ex ambiguo lingue precedentis plerumque interpres fallitur, cui non bene nota sententia est, et eam significationem transfert, que a sensu scriptoris penitus aliena est, sicut quidam codices habent: Acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem. Oxis enim et acutum apud grecos et velocem significat. Ille ergo vidit sententiam qui transtulit: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ille autem alius ancipiti signo in aliam partem raptus errauit. Et talia quidem non obscura sed falsa sunt, quorum alia condicio est. Non enim intelligendos sed emendandos tales codices potius precipiendum est. Hinc est etiam illud quod, quoniam moschos grece vitulus dicitur, moschevmata quidam non intellexerunt esse plantaciones et vitulamina interpretati sunt. Qui error tam multos codices preoccupauit, ut vix inueniatur aliter scriptum. Et tamen sententia manifestissima est, quia clarescit consequentibus verbis. Namque adulterine plantaciones non dabunt radices altas conuenientius dicitur quam vitulamina, que pedibus in terra ingrediuntur, non herent radicibus. Hanc translacionem in eo loco etiam cetera contexta custodiunt. Sed quoniam que sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate atque iudicio conantur eloqui, non apparet nisi in ea lingua inspiciatur quam interpretantur. Et plerumque a sensu auctoris deuius aberrat interpres, si non sit doctissimus. Aut enim linguarum illarum ex quibus in latinam scriptura peruenit petenda cognicio est, aut habende interpretaciones eorum qui se verbis nimis obstrinxerunt, non quia sufficiunt, sed ut ex eis libertas vel error diuinetur aliorum, qui non tam verba quam sententias interpretando sequi maluerunt. Nam non solum verba singula sed etiam locuciones sepe transferunt, que omnino in latine lingue vsum, si quis consuetudinem veterum qui latine locuti sunt tenere voluerit, transire non possunt. Que aliquando intellectui nichil adimunt, sed offendunt tamen eos qui plus delectantur rebus cum etiam in eis signis sua quedam seruatur integritas. Nam soloecismus qui dicitur nichil est aliud quam cum verba non ea lege sibi coaptantur qua coaptauerunt qui priores nobis non sine auctoritate aliqua locuti sunt. Utrum enim inter homines aut inter hominibus dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item barbarismus quid aliud est nisi verbum non eis litteris vel sono enunciatum quo ab eis qui ante nos latine locuti sunt enunciari solet. Utrum enim ignoscere producta an correpta tercia sillaba dicatur, non multum curat qui deum petit ut peccatis suis ignoscat, quolibet modo illud verbum sonare potuerit. Quid est ergo integritas locucionis, nisi aliene consuetudinis conseruacio loquencium veterum auctoritate firmate? Et tamen eo magis inde offenduntur homines, quo infirmiores sunt, et eo sunt infirmiores, quo docciores videri volunt, non rerum scientia qua edificamur, sed signorum, qua non inflari omnino difficile est, cum et ipsa rerum scientia sepe ceruicem erigat, nisi dominico reprimatur iugo. Quid enim obest intellectori quod ita scriptum est: Que est terra in qua isti insidunt super eam, si bona est an nequam; et que sunt ciuitates in quibus ipsi inhabitant in ipsis? Quam locucionem magis aliene lingue esse arbitror, quam sensum aliquem altiorem. Illud etiam quod iam auferre non possumus de ore cantancium populorum: Super ipsum autem floriet sanctificacio mea, nichil profecto sententie detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet sed florebit diceretur, nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantancium. Ista ergo facile est contempni possunt, si quis ea cauere noluerit, que sano intellectui nichil detrahunt. At vero illud quod ait apostolus: Quod stultum est dei sapiencius est hominibus, et quod infirmum est dei forcius est hominibus, si quis in eo grecam locucionem seruare voluisset, ut diceret: Quod stultum est dei sapiencius est hominum, et quod infirmum est dei forcius est hominum, vigilantis quidem lectoris intencio iret in sententie veritatem, sed tamen aliquis tardior aut non intelligeret, aut etiam peruerse intelligeret. Non enim tantum viciosa locucio est in latina lingua talis, verum etiam in ambiguitatem cadit, ut quasi hominum stultum vel hominum infirmum sapiencius vel forcius videatur esse quam dei. Quamquam et illud sapiencius est hominibus non caret ambiguo, etiam si soloecismo careat. Utrum enim his hominibus ab eo quod est hic homo, an his hominibus ab eo quod est ab hoc homine dictum sit, non apparet nisi illuminacione sententie. Melius itaque dicitur sapiencius est quam homines, et forcius est quam homines. De ambiguis autem signis post loquemur. Nunc de incognitis agimus.

Quorum due forme sunt, quantum ad verba pertinet. Namque aut ignotum verbum facit herere lectorem, aut ignota locucio. Que si ex alienis linguis veniunt, aut querenda sunt ab earum linguarum hominibus, aut lingue eedem, si et ocium est et ingenium, ediscende sunt, aut plurium interpretum consulenda collacio est. Si autem ipsius lingue nostre aliqua verba locucionesque ignoramus, legendi consuetudine audiendique innotescunt. Nulla sane sunt mandanda magis memorie quam illa verborum locucionumque genera que ignoramus, ut cum peritior occurrerit de quo queri potest, vel talis leccio que precedentibus vel consequentibus vel utrisque ostendat quam vim habeat quidue significet quod ignoramus, facile adiuuante memoria possimus aduertere et discere. Quamquam tanta est vis consuetudinis etiam ad discendum, ut qui in scripturis sanctis quodammodo enutriti educatique sunt, magis alias locuciones mirentur

casque nimis latinas putent quam illas quas in
scripturis sanctis didicerunt. neque in latine lingue auc
toribus reperiunt. Plurimum hic quoque adiuvat inter
pretum numerositas collatis codicibus inspecta atque
discussa. tantum absit falsitas. Nam codicibus emen
dandis primitus debet invigilare sollertia eorum qui
scripturas divinas nosse desiderant. ut emenda
tis non emendati cedant. ex uno dumtaxat interpretationis
genere venientes. In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris
preferatur. nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententie.
et latinis quibuslibet emendandis greci adhibeantur.
In quibus septuaginta interpretum quod ad vetus testa
mentum attinet excellit auctoritas. qui iam per omnes peri
tiores ecclesias tanta presentia sancti spiritus interpretati esse dicun
tur. ut os unum tot hominum fuit. Nam si ut fertur multi
non indigni fide predicant. singuli cellis etiam singulis
separati cum interpretati essent. nichil in alicuius eorum codi
ce inventum est quod non iisdem verbis eodemque verborum ordine
inveniretur in ceteris. quis huic auctoritati conferre
aliquid nedum preferre audeat. Si autem contulerunt
ut una omnium communi tractatu iudicioque vox fieret. ne
sic quidem quemquam unum hominem qualibet peritia
ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum
aspirare oportet aut decet. Quapropter etiam si ali
quid aliter in hebreis exemplaribus invenitur
quam isti posuerunt. cedendum esse arbitror divine di
spensationi que per eos facta est. ut libri quos gens
iudea ceteris populis vel religione vel invidia prodere
nolebat. credituris per dominum gentibus ministra regis
Ptolomei potestate tanto ante proderentur. Itaque fieri potest
ut sic illi interpretati sint. quemadmodum congruere gentibus
ille qui eos agebat et qui unum os omnibus fecerat sanctus
spiritus iudicavit. Sed tamen ut superius dixi horum quoque
interpretum qui verbis tenacius inheserunt colla
tio non est inutilis ad explanandam sepe sententiam. La
tinis ergo ut dicere ceperam codices veteris testamenti si
necesse fuerit grecorum auctoritate emendandi sunt. et eorum potis
simum qui cum septuaginta essent ore uno interpre
tati esse perhibentur. Libros autem novi testamenti si
quid in varietatibus latinis titubat grecis cedere
oportere non dubium est. et maxime qui apud ecclesias
doctiores et diligentiores reperiuntur. In translatis vero
signis si qua forte ignota cogunt herere lectorem
partim linguarum partim rerum noticia investiganda
sunt. Aliquid enim ad similitudinem valet et procul
dubio secretum quoddam insinuat. Siloa pisci
na ubi faciem lavare iussus est cui oculos dominus
luto de sputo facto inunxerat. quod cum nomine lingue
ve incognite in evangelista interpretatum esset tam mag
nus intellectus lateret. Sic etiam multa que ab auc
toribus eorundem librorum interpretata non sunt nomina
hebrea non est dubitandum habere non parvam vim atque ad
iutorium ad solvenda enigmata scripturarum si quis
ea possit interpretari. Quod nonnulli eiusdem lingue
periti viri non sane parvum beneficium posteris contu
lerunt. qui separata de scripturis sacris eadem om
nia verba interpretati sunt. et quid sit Adam quid E
va quid Abraham quid Moyses sive etiam loco
rum nomina quid sit Iherusalem vel Syon vel Iericho vel
Syna vel Libanus vel Iordanis et quecumque alia
in illa lingua nobis sunt incognita nomina. quibus
apertis et interpretatis multe in scripturis figura
te locutiones manifestantur. Rerum autem
ignorantia facit obscuras figuratas locutiones
cum ignoramus vel animantium vel lapidum vel
herbarum naturas aliarumve rerum que plerumque

in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur.
Nam et de serpente quod notum est. totum corpus
pro capite obicere ferientibus. quantum illustrat sen
sum illum quo dominus iubet astutos nos esse sicut
serpentes. ut scilicet pro capite nostro quod est Christus corpus
potius persequentibus offeramus. ne fides christiana
tamquam necetur in nobis. si parcentes corpori nege
mus deum. vel illud quod per caverne angustias
coartatus deposita veteri tunica vires novas ac
cipere dicitur quantum concinat ad imitandam ipsius ser
pentis astuciam exuendumque ipsum veterem ho
minem sicut apostolus dicit ut induamur novo. et exeundum
per angustias dicente domino intrate per angustam
portam. Ut ergo notitia serpentis notitia illustrat mul
tas similitudines quas de hoc animante scriptura da
re consuevit. sic ignorantia nonnullorum animalium
sive lapidum sive herbarum vel quecumque tenentur radi
bus que non minus per similitudines commemorat
impedit plurimum intellectorem. Nam et carbunculi no
ticia quod lucet in tenebris multa illuminat etiam ob
scura librorum ubicumque propter similitudinem ponitur.
et ignorantia berilli et adamantis claudit ple
rumque intelligentie fores. Nec aliam ob causam facile
est intelligere pacem perpetuam significari olee ra
musculo quem rediens ad arcam columba pertulit
nisi quia novimus et olei lenem tactum non facile alieno
humore corrumpi et arborem ipsam frondere perenni
Multi autem propter ignorantiam ysopi dum nesciunt
quam vim habeat vel ad purgandum pulmonem ve
lut dicitur ad saxa radicibus penetranda cum sit herba
brevis atque humilis invenire omnino non possunt qua
re est dictum Asperges me ysopo et mundabor. Nu
merorum etiam imperitia facit multa non intelligi trans
late ac mistice posita in scripturis. Ingenium quippe
ut ita dixerim ingenuum non potest nisi movere quid
sibi velit quod et Moyses et Helyas et ipse dominus
xl dies ieiunaverint. Cuius actionis figuratus
quidam nodus nisi huius numeri cognitione et consideratione
non solvitur. Habet enim denarium quater tamquam
cognitionem omnium rerum intextum temporibus. Quaternario namque
numero et diurna et annua curricula peraguntur. Diur
na matutinis meridianis vespertinis nocturnis
que horarum spaciis. annua vernis estivis autum
nalibus hiemalibusque mensibus. A temporum autem delecta
tione dum in temporibus vivimus propter eternitatem in qua
vivere volumus abstinendum et ieiunandum est quamvis
temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contemp
nendorum temporalium et appetendorum eternorum. Porro
autem denarius numerus creatoris atque creature sig
nificat scientiam. Nam Trinitas creatoris est. Sep
tenarius autem numerus creaturam indicat propter vitam
et corpus. Nam in illa tria sunt unde etiam toto cor
de tota anima tota mente diligendus est deus. In
corpore autem manifestissima in quattuor apparent qui
bus constant elementa. In hoc ergo denario dum
temporaliter nobis insinuatur id est quater ducitur caste et continen
ter a temporum delectatione vivere hoc est xl diebus
ieiunare. Hoc lex cuius persona est in Moyse. hoc
prophetia cuius persona gerit Helias. hoc ipse dominus
monet. qui tamquam testimonium habens ex lege et
prophetis medius inter illos in monte tribus di
scipulis videntibus atque stupentibus claruit. Deinde
utique queritur quomodo quinquagenarius de quadra
genario numero existat qui non mediocriter in nostra
religione sacratus est propter pentecosten. Et quomodo
ter ductus propter tria tempora ante legem sub le
ge sub gratia vel propter nomen patris et filii et spiritus sancti

sancti adiuta eminebunt ipsa civitate ad postgratissime ecclesie misterium referat pervenidatque ad decubitum tres pisces quos retia post resurrectionem domini in dexteram partem missa ceperunt. Ita multis aliis atque aliis numerorum formis quedam similitudinum in sanctis libris secreta ponuntur que propter numerorum imperitiam legentibus clausa sunt. Non pauca etiam claudit atque obtegit nonnullarum rerum musicarum ignorantia. Nam et de psalterii et cithare differentia quidam nonnullas rerum figuras apte aperuit et decem cordarum psalterium non importune inter doctos queritur utrum habeat aliquam musice legem que ad tantum nervorum numerum cogat, an si non habeat eo ipso magis sacrate accipiendus sit ipse numerus vel propter decalogum legis, de quo etiam numero si queratur non nisi ad creatorem creaturamque referendus est, vel propter superius expositum ipsum denarium. Et ille numerus edificati templi qui commemoratur in evangelio, quadraginta scilicet et sex annorum, nescio quid musicum sonat, et relatus ad fabricam dominici corporis propter quod templi mentio facta est cogit nonnullos hereticos confiteri filium dei non falso sed vero et humano corpore indutum. Et numerum quippe et musicam plerisque locis in sanctis scripturis honorabiliter posita invenimus. Non enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum qui novem musas Iovis et memorie filias esse finxerunt. Refellit eos Varro quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim civitatem nescio quam, non enim nomen recolo, locasse apud tres artifices terna simulacra musarum quod in templo Apollinis donum poneret ut quisquis artificum pulchriora formasset ab illo potissimum electa emeret. Ita contigisse ut opera sua illi quoque artifices eque pulchra explicarent et placuisse civitati omnes novem atque omnes esse emptas ut in Apollinis templo dedicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo Iupiter novem musas genuit sed tres fabri ternas creaverunt. Tres autem non propterea illa civitas locaverat quia in somnis eas viderat aut tot se cuiusquam illorum oculis demonstraverant, sed quia facile erat animadvertere omnem sonum que materies cantilenarum est triformem esse natura. Aut enim voce editur sicuti eorum est qui faucibus sine organo canunt, aut flatu sicut tubarum et tibiarum, aut pulsu sicut in citharis et tympanis et quibuscumque aliis que percuciendo canora sunt. Sed sive se ita habeat quod Varro retulit sive non ita, nos tamen non propter superstitionem prophanorum debemus musicam fugere, si quid inde utile ad intelligendas sanctas scripturas rapere poterimus, nec ad illorum theatricas nugas converti si aliquid de citharis et de organis quod ad spiritualia capienda valeat disputemus. Neque enim et litteras discere non debuimus quia earum repertorem dicunt esse Mercurium, aut quia iusticie virtutique templa dedicaverunt et que corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerunt, propterea nobis iusticia virtusque fugienda est. Immo vero quisquis bonus verusque christianus est, domini sui esse intelligat ubicumque invenerit veritatem, quam confitens et agnoscens etiam in litteris sacris superstitiosa figmenta repudiet doleatque homines atque caveat qui cognoscentes deum non ut

deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Sed ut totum istum locum, nam est maxime necessarius, diligentius explicemus,

Duo sunt genera doctrinarum que in gentilibus etiam moribus exercentur. Unum earum rerum quas instituerunt homines, alterum earum quas animadverterunt iam peractas aut divinitus institutas. Illud quod est secundum institutiones hominum partim superstitiosum est, partim non est. Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda ydola pertinens, vel ad colendam sicut deum creaturam partemve ullam creature, vel ad consultationes et pacta quedam significationum cum demonibus placita atque federata, qualia sunt molimina magicarum artium, que quidem commemorare potius quam docere assolent poete. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore vanitate, aruspicum et augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligature atque remedia que medicorum quoque disciplina condempnat, sive in precantationibus sive in quibusdam notis quos caracteres vocant, sive in quibusque rebus suspendendis atque illigandis vel etiam saltandis quodammodo non ad temperationem corporum sed ad quasdam significationes aut occultas aut etiam manifestas, que mitiore nomine phisica vocant ut quasi non superstitione implicare sed natura prodesse videantur, sicuti sunt inaures in summo aurium singularum aut de strutionum ossibus ansule in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti ut dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur milia inanissimarum observationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius intervenerit. Atque illud quod lapidem calcant tamquam diremptorem amicitie minus molestum est quam quod innocentem puerum colapho percuciunt si pariter ambulantibus intervenerit. Sed bellum est quod aliquando pueri vindicantur a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam ut etiam canem qui medius intervenerit ferire audeant non impune. Namque a vano remedio cito illum ad verum medicum mittit. Hinc sunt etiam illa: limen calcare cum ante domum suam transit, redire ad lectum si quis dum se calciat sternutaverit, redire ad domum si procedens offenderit, cum vestis a soricibus roditur plus tremere suspicione futuri mali quam presens dampnum dolere. Unde illud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse si sorices a caligis roderentur. Neque illi ab hoc genere perniciose superstitionis segregandi sunt qui genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo mathematici vocantur. Nam et ipsi quamvis veram stellarum positionem cum quisque nascitur consectentur et aliquando etiam pervestigent, tamen quod inde conantur vel actiones nostras vel actionum eventus predicere, nimis errant et vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem. Nam quisque liber ad huiusmodi mathematicum cum ingressus fuerit, dat pecuniam ut servus inde exeat aut Martis aut Veneris vel potius omnium siderum, quibus illi qui primi erraverunt erroremque posteris propinaverunt vel bestiarum propter similitudinem vel hominum propter ipsos homines honorandos imposuerunt vocabula. Non enim mirandum est, cum etiam prioribus recentioribusque temporibus sidus quod appellamus

Phisicas docere

luciferi honori et nomini cesaris romani dicare conati sunt. Et fortasse factum esset atque isset in vetustatem, nisi avia eius Venus preoccupasset hoc nominis predium, neque iure ullo ad heredes traiceret quod numquam viva possederat aut possidendum petiverat. Ubi vero vacabat locus neque alicuius priorum mortuorum honore vel honore tenebatur, factum est quod in rebus talibus fieri solet. Pro quintili enim et sextili mensibus Iulium atque Augustum vocamus de honoribus hominum Iulii cesaris et Augusti cesaris imperatorum, ut facile qui voluerit intelligat etiam illa sydera prius sine hiis nominibus celo vagata esse. Mortuis autem illis quorum honorare memoriam vel coacti sunt homines regia potestate vel placuit humana vanitate vel voluntate, nomina eorum imponentes syderibus eos ipsos sibi mortuos in celum levare videbantur. Sed quodlibet vocentur ab hominibus, tamen sydera sunt que deus instituit et ordinavit ut voluit, et est certus motus illorum quo tempora distinguuntur atque variantur. Quem motum notare cum quisque nascitur quomodo se habeat, facile est per eorum inventas conscriptasque regulas, quos sancta scriptura condempnat dicens: Si enim tantum potuerunt scire ut possent estimare seculum, quomodo eius dominum non facilius invenerunt? Sed ex ea notatione velle nascentium mores, actus, eventa predicere, magnus error et magna dementia est. Quia apud eos quidem qui talia dediscenda didicerunt sine ulla dubitatione refellitur hec superstitio. Constellationes enim quas vocant notatio est syderum quo se habebant cum ille nasceretur de quo isti miseri a miserioribus consuluntur. Fieri autem potest ut aliqui gemini tam se sequentes fundantur ex utero ut intervallum temporis inter eos nullum possit apprehendi et constellationum numeris annotari. Unde necesse est nonnullos geminos easdem habere constellationes, cum paria rerum vel quas agunt vel quas patiuntur eventa non habeant, sed plerumque ita disparia ut alius felicissimus, alius infelicissimus vivat, sicut Esau et Jacob geminos accepimus natos, ita ut Jacob qui posterior nascebatur manu plantam precedentis fratris tenens inveniretur. Horum certe dies atque hora nascentium aliter notari non posset nisi ut amborum constellatio esset una. Quantum autem inter amborum mores, facta, labores atque successus, scriptura testis est, iam ore omnium gentium pervagata. Neque enim ad rem pertinet quod dicunt ipsum momentum minimum atque angustissimum temporis quod geminorum partum disterminat multum valere in rerum natura atque celestium corporum rapidissima velocitate. Et si enim concedam ut plurimum valeat, tamen in constellationibus a mathematicis inveniri non potest, quibus inspectis se fata dicere profitentur. Quod ergo in constellationibus non inveniunt, que necesse est una vel unas inspiciat, sive de Jacob sive de eius fratre consulatur, quid ei prodest si distat in celo quod temere securusque infamat, et non distat in tabula quam frustra sollicitus intuetur? Quare iste quoque opiniones quibusdam rerum signis humana presumptione institutis ad eadem illa quasi quedam cum demonibus pacta et conventa referenda sunt. Hinc enim fit ut occulto quodam iudicio divino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi et decipiendi pro meritis voluntatum suarum, illudentibus eos atque decipientibus prevaricatoribus angelis, quibus ista mundi pars infima secundum pulcherrimum ordinem rerum divine providencie lege subiecta est. Quibus illusionibus et deceptionibus evenit ut istis superstitiosis et perniciosis divinationum generibus multa preterita et futura dicantur, nec aliter accidunt quam dicuntur. Multa quoque observantibus secundum observationes suas eveniunt, quibus implicati curiosiores fiant et sese magis magisque inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris.

Hoc genus fornicationis anime salubriter divina scriptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam ut propterea talia negaret esse sectanda quia falsa dicuntur a professoribus eorum, sed etiam si dixerint nobis inquit et ita evenerit, ne credatis eis. Non enim quia ymago Samuelis mortui Sauli regi vera pronunciavit, propterea talia sacrilegia quibus ymago illa presentata est minus execranda sunt. Aut quia in actibus apostolorum ventriloqua femina verum testimonium perhibuit apostolis domini, ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius feminam illius demonis correptione atque exclusione mundavit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatorie vel noxie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et demonum quasi pacta quedam infidelis et dolose amicicie constituta penitus sunt repudianda et fugienda christiano, non quod ydolum sit aliquid, ut ait apostolus, sed quia que ymmolant demoniis ymmolant et non deo. Nolo vos socios fieri demoniorum. Quod autem de ydolis et de ymmolationibus que honori eorum exhibentur dixit apostolus, hoc de omnibus ymaginariis signis sentiendum est, que vel ad cultum ydolorum vel ad creaturam eiusque partes tamquam deum colendas trahunt, vel ad remediorum aliarumque observationum curam pertinent, que non sunt divinitus ad dilectionem dei et proximi tamquam publice constituta, sed per privatas appetitiones rerum temporalium corda dissipant miserorum. In omnibus ergo istis doctrinis societas demoniorum formidanda atque vitanda est, qui nichil cum principe suo dyabolo nisi reditum nostrum claudere atque obserare conantur. Sicut autem de stellis quas condidit et ordinavit deus humane et deceptorie coniecture ab hominibus institute sunt, sic etiam de quibuscumque nascentibus vel quoquomodo divine providencie administratione existentibus rebus multi multa humanis suspicionibus quasi regulariter coniectata litteris mandaverunt, si forte insolite acciderint, veluti si mulla pariat aut aliquid fulmine percutiatur. Que omnia tantum valent quantum presumptione animorum quasi communi quadam lingwa cum demonibus federata sunt. Que tamen plena sunt omnia pestifere curiositatis, cruciantis sollicitudinis, mortifere servitutis. Non enim quia valebant animadversa sunt, sed animadvertendo atque significando factum est ut valerent. Et ideo diversis diversa proveniunt secundum cogitationes et presumptiones suas. Illi enim spiritus qui decipere volunt talia procurant cuique qualibet cum irretitum per suspiciones et consensiones eius vident. Sicut enim verbi gratia A vel alfa una figura littere que decussati vocatur aliud apud grecos, aliud apud latinos valet, non natura sed placito et consensione significandi. Et ideo qui utramque lingwam novit, si homini greco velit aliquid significare scribendo, non in ea significatione ponit hanc litteram in qua eam ponit cum homini scribit latino. Et beta uno eodemque sono apud grecos littere, apud latinos oleris nomen est. Et cum dico lege, in hiis duabus sillabis aliud grecus, aliud latinus intelligit. Sicut ergo hee omnes significationes pro sue cuiusque societatis consensione animos movent, et quia diversa consensio est, diversa movent. Nec ideo consenserunt in eas homines quia iam valebant ad significationem, sed ideo valent quia consenserunt in eas. Sic etiam illa signa quibus perniciosa demonum societas comparatur pro cuiusque observationibus

valent. Quod manifestissime ostendit ritus augurum, qui et antequam observent et postea quam observata signa tenuerint, id agunt ne videant volatus aut audiant voces animalium, quia nulla ista signa sunt nisi consensus observantis accedat. Quibus amputatis atque eradicatis ab animo christiano, deinde videndae sunt institutiones hominum non superstitiosae, id est non cum daemonibus sed cum ipsis hominibus institutae. Namque omnia quae ideo valent inter homines, quia placuit inter eos ut valeant, instituta hominum sunt, quorum partim superflua luxuriosaque instituta sunt, partim commoda et necessaria. Illa enim signa quae saltando faciunt histriones, si natura non instituto et consensione hominum valerent, non primis temporibus saltante pantomimo praeco pronuntiaret populis Carthaginis quid saltator vellet intelligi, quod adhuc multi meminerunt senes, quorum relatu haec solemus audire. Quod ideo credendum est, quia nunc quoque si quis theatrum talium nugarum imperitus intraverit, nisi ei dicatur ab altero quid illi motus significent, frustra totus intentus est. Appetunt tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa inquantum possunt rebus quae significantur similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines nisi consensus accedat. In picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus, maxime peritorum artificum, nemo errat cum similia viderit ut agnoscat quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi quid interest quid, cur, ubi, quando, a quo fiat. Milia denique fictarum fabularum et falsitatum, quarum mendaciis homines delectantur, humana instituta sunt. Et nulla magis hominum propria quam a seipsis habent existimanda sunt, quam quaeque falsa atque mendacia. Commoda vero et necessaria hominum cum hominibus instituta sunt, quaecumque in habitu et cultu corporis ad sexus vel ad honores discernendos differentia placuit, et innumerabilia genera significationum, sine quibus humana societas aut non omnino aut minus commode geritur, quaeque in ponderibus atque mensuris et nummorum impressionibus vel aestimationibus sua cuique civitati et populo sunt propria, et cetera huiusmodi, quae nisi hominum instituta essent, non per diversos populos varia essent, nec in ipsis singulis populis pro arbitrio suorum principum mutarentur. Sed haec tota pars humanorum institutorum, quae ad usum vitae necessarium proficiunt, nequaquam est fugienda christiano, immo etiam quantum satis est intuenda memoriaque retinenda. Quedam vmbrata enim quedam et naturalibus utcumque similia hominum instituta sunt, quorum ea quae ad societatem cum daemonibus pertinent penitus repudianda sunt et detestanda; ea vero quae homines cum hominibus habent assumenda, inquantum non sunt luxuriosa atque superflua, et maxime litterarum figurae, sine quibus legere non possumus, linguarumque varietas quantum satis est, de qua superius disputavimus. Ex eo genere sunt etiam notae, quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur. Utilia sunt ista, nec discuntur illicite nec superstitione implicant nec luxu enervant, si tamen occupent ut maioribus rebus, ad quas adipiscendas

servire debent, non sint impedimento. Iam vero illa quae non instituendo sed aut transacta temporibus aut divinitus instituta investigando homines prodiderunt, ubicumque discantur, non sunt hominum instituta existimanda. Quorum alia sunt ad sensus corporis, alia vero ad rationem animi pertinentia. Sed illa quae sensu corporis attinguntur vel narrata credimus vel demonstrata sentimus vel experta coniicimus. Quicquid igitur de ordine temporum transactorum indicat ea quae appellatur historia, plurimum nos adiuvat ad libros sanctos intelligendos, etiam si praeter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam et per olympiadas et per consulum nomina multa saepe quaeruntur a nobis, et ignorantia consulatus quo natus est dominus et quo passus est nonnullos coegit errare ut putarent quadraginta et sex annorum aetate passum esse dominum, quia per tot annos aedificatum templum esse dictum est a Iudaeis, quod imaginem dominici corporis habebat, et annorum quidem fere triginta baptizatum esse retinemus auctoritate evangelica. Sed postea quot annos in hac vita egerit, quamquam contextu ipso actionum eius animadverti possit, tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum evangelio liquidius certiusque colligitur. Tunc enim videbitur non frustra esse dictum quod quadraginta et sex annis templum aedificatum sit, ut cum referri iste numerus ad aetatem domini non potuerit, ad secretiorem instructionem humani corporis referatur, quo indui propter nos non dedignatus est unicus dei filius, per quem facta sunt omnia. De utilitate autem historiae ut omittam Graecos, quantam noster Ambrosius quaestionem solvit, calumniantibus Platonis lectoribus et dilectoribus, qui dicere ausi sunt omnes domini nostri Iesu Christi sententias, quas mirari et praedicare coguntur, de Platonis libris eum didicisse, quoniam longe ante humanum adventum domini Platonem fuisse negari non potest. Nonne memoratus episcopus considerata historia gentium, cum reperisset Platonem Hieremiae temporibus profectum fuisse in Egiptum, ubi propheta ille tunc erat, probabilius esse ostendit quod Plato potius nostris litteris per Hieremiam fuit imbutus, ut illa posset docere vel scribere quae merito laudantur? Ante litteras enim gentis Hebreorum, in qua unius dei cultus eminuit, ex qua secundum carnem venit dominus noster Iesus Christus, nec ipse quidem Pytagoras fuit, a cuius posteris Platonem theologiam didicisse isti asserunt. Ita consideratis temporibus fit multo credibilius istos potius de litteris nostris habuisse quaecumque bona et vera dixerunt, quam de Platone dominum nostrum Iesum Christum, quod dementissimum est credere. Narratione autem historica cum praeterita etiam hominum instituta narrantur, non inter humana instituta ipsa historia numeranda est, quia iam quae transierunt nec infecta fieri possunt, in ordine temporum habenda sunt, quorum est conditor et administrator deus. Aliud est enim facta narrare, aliud docere facienda. Historia facta narrat fideliter atque utiliter; libri autem haruspicum et quaeque similes litterae facienda vel observanda intendunt docere, monitoris audacia non indicis fide. Est etiam narratio demonstrationi similis, qua non praeterita sed praesentia indicantur ignaris. In eo quoque genere sunt quaecumque de locorum situ naturisque animalium singulorum, herbarum, lapidum aliorumve corporum scripta sunt, de quo genere superius egimus, eamque cognitionem valere ad aenigmata scripturarum solvenda docuimus, non ut pro quibusdam signis adhibeantur tamquam ad remedia vel machinamenta superstitionis aliena. Nam et illud genus iam distinximus, ab hoc licito vel liquido et libero separavimus. Aliud est enim dicere: contritam istam herbam si biberis venter non

Nota

De picturis

Nota

Nota

Nota

Nota plato scientie litteris fuit imbutus

dolebit. Ubi enim praebetur coniunctio salubris, hic significatio superstitiosa dampnatur. Namque praecantationes et innotationes et caracteres, nisi plerumque dubium est utrum res quae alligatur aut quoquo modo adiungitur sanando corpori in natura valeat, quod libere adhibendum est, an significativa quadam obligatione proveniat. Quod tanto prudentius oportet cavere christianum quanto efficacius prodesse videbitur. Sed ubi latet qua causa quid valeat, quo animo quisque utatur interest, dumtaxat in sanandis vel temperandis corporibus, sive in medicina sive in agricultura. Siderum autem cognoscendorum non narratio sed demonstratio est, quorum perpauca scriptura commemorat. Sicut autem plurimis notus est lune cursus, qui etiam ad passionem domini anniversarie celebrandam sollempniter adhibetur, sic paucissimis ceterorum quoque siderum vel ortus vel occasus vel alia quaelibet momenta sine ullo sunt errore notissima. Quae per seipsam cognitio quamquam superstitione non alliget, non multum tamen ac prope nichil adiuvat tractationem divinarum scripturarum, et infructuosa intentione plus impedit. Et quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantantium, commodius honestiusque contempnitur. Habet autem praeter demonstrationem praesentium etiam praeteritorum narrationi simile aliquid, quod a praesenti positione motuque siderum et in praeterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futurorum regulares coniecturas, non suspiciosas et ominosas sed ratas et certas, non ut ex eis aliquid trahere in nostra facta et eventa temptemus, qualia genethliacorum deliramenta sunt, sed quantum ad ipsa pertinet sidera. Nam sicut is qui computat lunam, cum hodie inspexerit quota sit, et ante quotlibet annos quota fuerit et post quotlibet annos quota futura sit potest dicere, sic de uno quoque siderum qui ea perite computant respondere consueverunt. De qua tota cognitione, quantum ad usum eius attinet, quid michi videtur aperui. Artium etiam ceterarum quibus aliquid fabricatur, vel quod remaneat post operationem artificis ab illo infectum, sicut domus et scampnum et vas aliquod atque alia huiuscemodi, vel quae ministerium quoddam exhibent operanti deo, sicut medicina et agricultura et gubernatio, vel quarum omnis effectus est actio, sicut saltationum et cursionum et luctaminum, harum ergo cunctarum artium de praeteritis experimenta faciunt etiam futura coniici. Nam nullus earum artifex membra movet in operando nisi praeteritorum memoriam cum futurorum expectatione connectat. Harum autem cognitio tenuiter in ipsa humana vita cursimque usurpanda est, non ad operandum, nisi forte officium aliquod cogat, de quo nunc non agimus, sed ad iudicandum, ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit. Restant ea quae non ad corporis sensus sed ad rationem animi pertinent, ubi disciplina regnat disputationis et numeri. Sed disciplina disputationis ad omnia genera quaestionum quae in litteris sanctis sunt penetranda et dissolvenda plurimum valet; tantum ibi cavenda est libido rixandi et puerilis quaedam ostentatio decipiendi adversarium. Sunt enim multa quae appellantur sophismata, falsae conclusiones rationum, et plerumque ita veras imitantes, ut non solum tardos sed ingeniosos etiam minus attentos diligenter decipiant. Proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur: Quod ego sum, tu non es. At ille consensit. Verum enim erat

ex parte vel quod iste insidiosus, ille simplex erat. Tunc ille addidit: Ego autem homo sum. Hoc quoque cum ab illo accepisset, conclusit dicens: Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura quantum existimo detestatur illo loco ubi dictum est: Qui sophistice loquitur odibilis est; quamquam etiam sermo non captiosus sed tamen habundantius quam gravitatem decet verborum ornamenta consectans sophisticus dicitur. Sunt etiam verae connexiones ratiocinationis falsas habentes sententias, quae consequuntur errorem illius cum quo agitur. Quae tamen ab hoc inferuntur a bono et docto homine, ut in his erubescens ille cuius errorem consequuntur eundem relinquat errorem, quia si in eo manere voluerit, necesse est etiam illa quae dampnat tenere cogatur. Non enim vera inferebat apostolus cum diceret: Neque Christus resurrexit, et illa alia: Inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides nostra, et deinceps alia quae omnino falsa sunt, quia et Christus resurrexit et non erat inanis praedicatio eorum qui hoc annuntiabant, nec fides eorum qui hoc crediderant; sed ista falsa verissime connectebantur illi sententiae qua dicebatur non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis, quoniam vera erunt si mortui resurgunt, consequens erit resurrectio mortuorum. Cum ergo sint verae connexiones non solum verarum sed etiam falsarum sententiarum, facile est veritatem connexionum etiam in scolis illis discere quae praeter ecclesiam sunt. Sententiarum autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis investiganda est. Ipsa tamen veritas connexionum non instituta sed animadversa est ab hominibus et notata, ut eam possint vel discere vel docere. Nam est in rerum ratione perpetua et divinitus instituta. Sicut enim qui narrat ordinem temporum non eum ipse componit, et locorum situs aut naturas vel stirpium vel serpentium vel lapidum qui ostendit non res ostendit ab hominibus institutas, et ille qui demonstrat sidera eorumque motus non a se vel ab homine aliquo rem institutam demonstrat, sic etiam qui dicit: Cum falsum est quod consequitur, necesse est ut falsum sit quod praecedit, verissime dicit, neque ipse facit ut ita sit, sed tamen ita esse demonstrat. Ex hac regula illud est quod de apostolo Paulo commemoravimus. Praecedit enim non esse resurrectionem mortuorum, quod dicebant illi quorum errorem destruere volebat apostolus. Porro illam sententiam praecedentem qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum necessario sequitur: Neque Christus resurrexit. Hoc autem quod sequitur falsum est; Christus enim resurrexit; falsum est ergo et quod praecedit. Praecedit autem non esse resurrectionem mortuorum. Est igitur resurrectio mortuorum. Quod totum breviter dicitur ita: Si non est resurrectio mortuorum, neque Christus resurrexit; Christus autem resurrexit; est igitur resurrectio mortuorum. Hoc ergo ut consequenti ablato auferatur etiam necessario quod praecedit, non instituerunt homines sed ostenderunt. Et haec regula pertinet ad veritatem connexionum, non ad veritatem sententiarum. Sed in hoc loco de resurrectione cum ageretur, et regula connexionis vera est et ipsa in conclusione sententia. In falsis autem sententiis connexionis veritas est isto modo: Faciamus aliquem concessisse: Si animal est cochlea, vocale est. Hoc concesso cum probatum fuerit vocalem cochleam non esse, quoniam consequenti ablato illud quod

ecludi

precedit auferat, tamen dum non esse aliud concludit ea que consequentia falsa est, sic ex concesso falso vera est conclusionis connexio. Veritas itaque sine per se ipsam valet; veritas autem connexionis ex eius tamen quo agitur opinione vel concessione consistit. Ideo autem ut supra dictum est infert vera connexione quod falsum est, ut cum eum errorem corrigere volumus peniteat sensisse precedentia quorum consequentia videt esse respuenda. Iam vero intelligere facile est sicut in falsis sententiis veras sic in veris sententiis falsas conclusiones esse posse. Fac enim aliquem proposuisse: si iustus est ille bonus est, et esse concessum, deinde assumpsisse: non est autem iustus. Et cum nos recte concesso intulisse conclusionem: non est igitur bonus. Et ut cumque hec si vera sint omnia non est tamen vera regula conclusionis. Non enim sicut ablato consequenti aufertur necessario quod precedit, ita etiam ablato precedenti aufertur necessario quod consequitur. Quia verum est cum dicimus: si orator est homo est. Ex qua propositione si assumamus: non est autem orator, non erit consequens cum intulerimus: non est igitur homo. Itaque aliud est nosse regulas connexionum, aliud sententiarum veritatem. In illis discitur quid sit consequens, quid non consequens, quid repugnans. Consequens est: si orator est homo est. Non consequens est: si homo est orator est. Repugnans: si homo est quadrupes est. Hic ergo de ipsa connexione iudicatur. In veritate autem sententiarum ipse per se sunt non earum connexio consideranda est. Sed cum veris certisque sententiis incerte vera connexione iunguntur, etiam ipse certe fiant necesse est. Quidam autem sic se iactant cum veritatem connexionum didicerint, quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus quidam plerumque retinentes veram sententiam male se contemnunt quia leges conclusionis ignorant, cum melior sit qui novit esse resurrectionem mortuorum quam ille qui novit consequens esse ut si resurrectio mortuorum non est neque Christus resurrexit. Item scientia diffiniendi, dividendi atque partiendi, quamquam etiam rebus falsis plerumque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est neque ab hominibus instituta, sed in rerum ratione reperta. Non enim quia et fabulis suis eam poete et opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam heretici, hoc est falsi christiani, adhibere consueverunt, propterea falsum est neque in diffiniendo neque in dividendo aut partiendo aliquid complectendum esse quod ad rem ipsam non pertinet, aut aliquid quod pertinet pretereundum. Hoc verum est etiam si ea que diffiniuntur aut distribuuntur vera non sunt. Nam et ipsum falsum definitur cum dicimus falsam esse significationem rei non ita se habentis ut significatur, sive aliud aliquo modo. Que diffinitio vera est quamvis falsum verum esse non possit. Possumus etiam dividere dicentes duo genera esse falsi: unum eorum que omnino esse non possunt, alterum eorum que non sunt quamvis esse possint. Nam qui dicit septem et tria undecim esse id dicit quod omnino esse non potest. Qui autem dicit kalendis ianuariis pluisse, tametsi factum non sit, id tamen dicit quod fieri potuit. Diffinitio ergo et divisio falsorum potest esse verissima, quamvis falsa ipsa utique vera non sint.

Sunt etiam quedam precepta uberioris disputationis que iam eloquentia nominatur, que nichilominus vera sunt quamvis eis possint etiam falsa persuaderi. Sed quia et vera possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea male utentium perversitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est ut caritatis expressio conciliet auditorem, aut ut facile quod intendit insinuet brevis et aperta narratio, et varietas eius sine fastidio teneat intentos, et cetere huiusmodi observationes que sive in falsis sive in veris causis vere sunt, tamen in quantum vel sciri vel credi aliquid faciunt aut ad ea petendum fugiendumve animos movent; sed invente potius quod ita se habeant quam ut ita se haberent institute. Sed hec pars tamen discitur magis ut proferamus ea que intellecta sunt quam ut intelligamus adhibenda est. Illa vero conclusionum et diffinitionum et distributionum plurimum intellectorem adiuvat, tamen absit error quo videntur sibi homines ipsam beate vite veritatem didicisse cum ista didicerint. Quamquam plerumque accidat ut facilius homines res omnes assequantur propter quas assequendas ista discuntur, quam istorum preceptorum nodosissimas et spinosissimas disciplinas, tamquam si quispiam dare volens precepta ambulandi moneat non esse levandum posteriorem pedem nisi cum posueris priorem, deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines oporteat moveri describat. Vera enim dicit, nec aliter ambulari potest, sed facilius homines hec faciendo ambulant quam animadvertant cum faciunt aut intelligant cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt multo minus ea curant que nec experiendo possunt attendere. Ita plerumque citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem quam precepta eius capit. Tardus autem non eam videt, sed multo minus quod de illa precipitur. Magisque magisque in his omnibus spectacula ipsa veritatis sepe delectant quam ex his in disputando aut iudicando adiuvamur, nisi forte quo exercitatiora reddunt ingenia, si etiam maligniora aut inflatiora non reddant, hoc est ut aut decipere veri simili sermone atque interrogationibus ament, aut aliquid magnum quo se bonis atque innocentibus anteponant se assecutos putent qui ista didicerint. Iam vero numerorum disciplina cuilibet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta, sed potius indagata et inventa. Non enim sicut primam sillabam Italie, quam breviter pronunciaverunt veteres, voluit Virgilius et longa facta est, ita quisque potest efficere cum voluerit ut ter terna aut non sint novem, aut non possint efficere quadratam figuram, aut non ad ternarium numerum tripla sit, ad senarium sexupla, ad nullum dupla, quia intelligibiles numeri semissem non habent. Sive ergo in seipsis considerentur, sive ad figurarum aut sonorum aliarumve motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent, neque ullo modo ab hominibus institutas, sed ingeniosorum sagacitate compertas. Que tamen omnia quisquis ita dilexerit ut iactare se inter imperitos velit, et non potius querere unde sint vera que tantummodo vera esse persenserit, et unde quedam non solum vera sed etiam incommutabilia que incommutabilia esse comprehenderit, ac sic ab specie corporum usque ad humanam

mente perveniens, tum ipsam mirabilem invenit quod vere docta vere indocta sit constituta tamen inter incommutabilem supra se veritatem et mutabilia infra se cetera, ad unius dei laudem atque dilectionem cuncta convertere a quo cuncta esse cognoscit: doctus videri potest, esse sapiens nullo pacto. Quamobrem videtur mihi studiosis et ingeniosis adolescentibus et timentibus deum beatamque vitam quaerentibus salubriter praecipi, ut nullas doctrinas quae praeter ecclesiam christi exercentur, tamquam ad beatam vitam capessendam secure sequi audeant, sed eas sobrie diligenterque diiudicent; et si quas invenerint ab hominibus institutas, varias propter diversam voluntatem instituentium et incognitas propter suspiciones errantium, maxime si habent etiam cum demonibus initam societatem per quasdam significationum quasi quaedam pacta atque conventa, repudient penitus et detestentur; alienent etiam studia a superfluis et luxuriosis hominum institutis. Illa vero instituta hominum quae ad societatem convivendi valent, pro ipsa vite huius necessitate non negligant. In ceteris autem doctrinis quae apud gentes inveniuntur, praeter historiam rerum vel praeteriti temporis vel praesentis ad sensus corporis pertinentium, quibus etiam utilium artium corporalium experimenta et coniecturae annumerantur, et praeter rationem disputationis et numeri, nihil utile esse arbitror. In quibus omnibus tenendum est: ne quid nimis; et maxime in his quae ad corporis sensus pertinentia volvuntur temporibus et continentur locis.

Sicut autem quidam de verbis omnibus et nominibus hebraicis et siris et egyptiis vel si qua alia lingua in scripturis sanctis inveniri potest, quae in eis sine interpretatione sunt posita, fecerunt ut ea separatim interpretarentur; et quod Eusebius fecit de temporum historia propter divinorum librorum questiones quae usum eius flagitant: quod ergo hii fecerunt de his rebus, ut non sit necesse christiano in multis propter pauca laborare, sic video posse fieri, si quem eorum qui possunt benignam sane operam fraterne utilitati delectet impendere, ut quoscumque terrarum locos, quaeve animalia vel herbas atque arbores sive lapides vel metalla incognita speciesque quaslibet scriptura commemorat, eas generatim digerens, solas expositas litteris mandet. Potest etiam de numeris fieri, ut eorum tantummodo numerorum exposita ratio conscribatur, quos divina scriptura commemorat. Quorum aliquid iam forte facta sunt, sicut multa quae a bonis doctis christianis elaborata et conscripta non arbitrabamur invenimus; sed sive propter turbas negligentium sive propter invidorum occultationes latent. Quod utrum de ratione disputandi fieri possit ignoro. Et videtur mihi non posse, quia per totum textum scripturarum colligata est nervorum vice; et ideo magis adiuvat lectores in ambiguis solvendis atque explicandis, de quibus post loquemur, quam in incognitis signis cognoscendis, de quibus nunc agimus. Philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostrae accommodata dixerunt, maxime platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut enim egyptii non tantum idola habebant et onera gravia, quae populus Israel detestaretur et fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro et argento et vestem, quae ille populus exiens de egypto sibi potius tamquam ad usum meliorem clanculo vindicavit, non auctoritate propria sed precepto dei, ipsis egyptiis nescienter commodantibus ea quibus non bene utebantur: sic doctrinae omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta gravesque sarcinas supervacanei laboris habent, quae unusquisque nostrum duce christo de societate gentilium exiens debet abhominari atque devitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores, et quaedam morum precepta utilissima continent, deque ipso uno deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos. Quod eorum tamquam aurum et argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, eruerunt, et quo perverse atque iniuriose ad obsequia demonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre christianus ad usum iustum predicandi evangelii. Vestem quoque illorum, id est hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atque habere licuerit in usum convertenda christianum. Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspicimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de egypto Cyprianus et doctor suavissimus et martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Optatus, Hylarius? Ut de vivis taceam; quanto innumerabiles greci? Quod prior ille fidelissimus dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia egyptiorum. Quibus omnibus viris superstitiosa gentium consuetudo, et maxime illis temporibus cum christi recutiens iugum christianos persequebatur, disciplinas quas utiles habebat numquam commodaret, si eas in usum colendi unius dei, quo vanus idolorum cultus excinderetur, conversum iri suspicarentur. Sed dederunt aurum et argentum et vestem suam exeunti de egypto populo dei, nescientes quemadmodum illa quae dabant in christi obsequium redderentur. Illud enim in exodo factum sine dubio figuratum est, ut hoc presignaret: quod sine preiudicio alterius aut paris aut melioris intelligentiae dixerim. Sed hoc modo instructus divinarum scripturarum studiosus, cum ad eas perscrutandas accedere ceperit, illud apostolicum cogitare non cesset: Scientia inflat, caritas edificat. Ita enim sentit, quamvis dives de egypto exeat, tamen nisi pascha egerit, salvum se esse non posse. Pascha autem nostrum immolatus est christus, nihilque magis immolatio christi nos docet quam illud quod ipse clamat, tamquam ad eos quos in egypto sub pharaone videt laborare: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est et sarcina mea levis est. Quibus nisi mitibus et humilibus corde, quos non inflat scientia, sed caritas edificat? Meminerint ergo eorum qui pascha illo tempore per umbrarum imaginaria celebrabant, cum signari postes sanguine agni iuberentur, ysopo fuisse signatos. Herba haec humilis et mitis est, et nihil fortius et penetrabilius eius radicibus: ut in caritate radicati et fundati, possimus comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, longitudo, altitudo et profundum, id est crucem domini: cuius latitudo dicitur

No — No quis instituta hominum sunt tenenda — De conceptione scripture — No — no — no — No

in crucis signo quo extendunt manus / Lon
gitudo a terra usque ad ipsam latitudinem quo a ma
nibus et infra totum corpus affigitur / Altitu
do a latitudine sursum usque ad summum quod ad
heret capiti / Profundum vero quod terre infixum
absconditur / Hoc signo crucis omnis actio christi
ana describitur / Bene operari in christo et ei perseve
No ranter inherere / sperare celestia / sacramenta non
prophanare / Per hanc actionem purgati valebi
mus cognoscere etiam supereminentem scientiam cari
tatis christi / qua equalis est patri / per quem facta sunt omnia
ut impleamur in omnem plenitudinem dei / Est
etiam in ysopo vis purgatoria / ne inflante sci
entia de divitiis ab egipto ablatis superbe ali
quid pulmo tumidus anhelet / Asperges me in
quit ysopo et mundabor lavabis me et super ni
vem dealbabor / Auditui meo dabis exulta
cionem et leticiam / Deinde consequenter annectit ut
ostendat purgationem a superbia significari ysso
po / et exultabunt ossa mea humiliata / Quantu
autem minor est auri et argenti vestisque copia
quam de egipto secum ille populus abstulit in com
paratione divitiarum quas postea Ierosolime con
secutus est / que maxime in Salemone rege osten
duntur / tanta sit cuncta scientia / que quidem est uti
lis collecta de libris gentium / si divinarum scriptu
rarum scientie comparetur / Nam quicquid homo extra
didicerit si noxium est ibi dampnatur / si utile est
ibi invenitur / Et cum ibi quisque invenerit omnia que
utiliter alibi didicit / multo habundancius / ibi in
veniet ea que nusquam omnino alibi / sed in illarum
tantummodo scripturarum mirabili altitudine et mira
bili humilitate discuntur / Hac igitur instructione
preditum cum signa incognita lectorem non impedie
rint / mitem et humilem corde / subiugatum leniter
christo et oneratum sarcina levi fundatum et radica
tum et edificatum in caritate / quam scientia inf
lare non possit / accedat ad ambigua signa in
scripturis consideranda et discucienda de quibus iam
No tercio volumine dicere aggrediar quod dominus donare
dignabitur A m e N Incipit
liber Tercius de doctrina cristiana etc

Homo timens deum volunta
tem eius in scripturis sanctis
diligenter inquirit / et ne
amet certamina pietate ma
suetus / premunitus etiam scientia
linguarum ne in verbis locu
tionibusque ignotis hereat
Premunitus etiam cognitione
quarundam rerum necessariarum
ne vim naturamve earum que propter similitudi
nem adhibentur ignoret / Adiuvante etiam co
dicum veritate / quam sollers emendationis dili
gentia procuravit / veniat ita instructus ad am
bigua scripturarum discucienda atque solvenda
Ut autem signis ambiguis non decipiatur / quantum
per nos instrui potest fieri autem potest / ut istas vias
quas ostendere volumus tamquam puerales vel
magnitudine ingenii / vel maioris illuminationis
claritate derideat / Sed tamen ut ceperam dicere quan
No tum per nos instrui valet / qui eo loco animi est
ut per nos instrui valeat / Sciat ambiguitatem
scripture / aut in verbis propriis esse / aut in translatis
Que genera in secundo libro demonstravimus /

Sed cum verba propria faciunt ambiguam scripturam / Primo vi
dendum est / ne male distinxerimus / aut pronuncia
verimus / Cum ergo adhibita intencione / incertum
esse perviderit / quomodo distinguendum / aut quomodo pronun
ciandum sit / Consulat regulam fidei / quam de scriptu
rarum planioribus locis et ecclesie auctoritate percepit / de qua
satis egimus / cum de rebus in primo libro loqueremur
Quod si ambe vel etiam omnes / si plures fuerint par
tes ambiguitatis secundum fidem sonuerint / Tex
tus ipse sermonis a precedentibus et consequentibus par
tibus que ambiguitatem illam in medio posuerunt /
restat consulendus / ut videamus cuinam sententie
de pluribus que se ostendunt ferat suffragium / ea
que sibi contexi patiatur / Iam nunc exempla considera /
Illa heretica distinctio In principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus erat / ut alius sit
sensus / verbum hoc erat in principio apud deum
non vult deum verbum confiteri / Sed hoc regula fidei
repellendum est / qua nobis de trinitatis equa
litate prescribitur / ut dicamus et deus erat verbum
deinde subiungamus / hoc erat in principio apud
deum / Illa vero distinctionis ambiguitas neu
tra parte resistit fidei / et ideo textu ipso sermonis
diiudicanda est / ubi ait apostolus quid eligam
ignoro / Compellor autem ex duobus concupiscen
tiam habens dissolvi et esse cum christo / Multo enim ma
gis optimum / manere in carne necessarium propter
vos / Incertum est enim utrum ex duobus concupiscentiam
habens / an compellor autem ex duobus / ut illud adiunga
tur concupiscentiam habens / dissolvi et esse cum christo / Sed
quia ita sequitur / multo enim magis optimum
apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiam /
ut cum ex duobus compellatur / alterum tamen habeat con
cupiscentiam / alterum necessitatem / Concupiscen
tiam scilicet esse cum christo / necessitatem manendi in carne / que
ambiguitas uno consequenti verbo diiudicatur /
quod positum est / enim / quam particulam / qui ab
stulerunt interpretes illa potius sunt ducti sententia /
ut non solum compelli ex duobus / sed etiam duorum habere
concupiscentiam videretur / Sic ergo distinguendum
est / Et quid eligam ignoro compellor autem ex
duobus / Quam distinctionem sequitur concupiscen
tiam habens dissolvi / et esse cum christo / Et tamquam quereret
quare huius rei potius habeat concupiscentiam / Multo
enim magis optimum est inquit / Cur ergo ex duobus
compellitur / Quia est necessitas manendi / quam ita
subiecit / manere in carne necessarium propter vos / Ubi
autem neque prescriptio fidei / neque ipsius sermonis contex
tu ambiguitas explicari potest / nichil obest secundum
quamlibet earum que ostenduntur sententiam distinguere /
vel uti est illa ad Corinthios / Has ergo promissio
nes habentes karissimi mundemus nos / ab omni coinqui
natione carnis et spiritus / perficientes sanctificationem
in timore dei / Capite nos / Neminem nocuimus /
Dubium est quippe utrum mundemus nos / ab omni
coinquinatione carnis et spiritus / secundum illam
sententiam / ut sit sancta et corpore et spiritu / an mundemus
nos / ab omni coinquinatione carnis / ut alius sit
sensus / et spiritus perficientes sanctificationem in timore
dei / capite nos / Tales igitur distinctionum ambi
guitates in potestate legentis sunt / Quecumque
autem de ambiguis distinctionibus diximus / eadem
observanda sunt et in ambiguis pronunciationibus
Nam et ipse nisi lectoris nimia vicientur incu
ria / aut regulis fidei corriguntur / aut precedentis

vel consequentis contextione sermonis, aut si neutrum horum adhibetur ad correctionem, nichilominus dubie remanebunt, ut quolibet modo lector pronunciaverit non sit in culpa. Nisi enim fides revocet, qua credimus deum non accusaturum adversus electos suos, et Christum non condempnaturum electos suos, potest illud sic pronunciari: Quis accusabit adversus electos dei? ut hanc interrogacionem consensio subsequatur: Deus qui iustificat. Et iterum interrogetur: Quis est qui condempnat? et respondeatur: Christus Ihesus qui mortuus est. Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabitur, ut precedat percontatio, sequatur interrogatio. Inter percontacionem autem et interrogacionem hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontacionem multa responderi possunt, ad interrogacionem vero aut non aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, ut post percontacionem qua dicimus: Quis accusabit adversus electos dei? illud quod sequitur sono interrogantis enunciatur: Deus qui iustificat? ut tacite respondeatur: non. Et item percontemur: Quis est qui condempnat? rursusque interrogemus: Christus Ihesus qui mortuus est, magis autem qui resurrexit, qui est in dextera dei, qui et interpellat pro nobis? ut ubique tacite respondeatur: non. At vero illo in loco ubi ait: Quid ergo dicemus? quia gentes que non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam, nisi percontacioni qua dictum est: Quid ergo dicemus? responsio subiciatur: quia gentes que non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam, textus consequens non coherebit. Qualibet autem voce pronunciatur illud quod Nathanael dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse? sive affirmantis, ut illud solum ad interrogacionem pertineat quod ait: a Nazareth, sive totum cum dubitacione interrogantis, non video quomodo discernatur. Utrumque autem sensus fidem non impedit. Est etiam ambiguitas in sono dubio sillabarum, et hoc utique ad pronunciacionem pertinens. Nam quod scriptum est: Non est absconditum a te os meum quod fecisti in abscondito, non elucet legenti utrum correpta littera os pronunciet an producta. Si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa; si producat, ab eo quod sunt ora intelligitur numerus singularis. Sed talia lingue precedentis inspectione diiudicantur. Nam in greco non stoma sed oston positum est. Unde plerumque loquendi consuetudo vulgaris utilior est significandis rebus quam integritas litterata. Mallem quippe cum barbarismo dici: non est absconditum a te ossum meum, quam ut ideo esset minus apertum quia magis latinum est. Sed aliquando dubius sillabe sonus etiam vicino verbo ad eandem sententiam pertinente diiudicatur, sicuti est illud apostoli: Que predico vobis sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Si tantummodo dixisset: que predico vobis, neque subiunxisset: sicut predixi, non nisi ad codicem precedentis lingue recurrendum esset, ut cognosceremus utrum in eo quod dixit predico producenda an corripienda esset sillaba media. Nunc autem manifestum est producendam esse. Non enim ait sicut predicavi, sed sicut predixi. Non solum autem iste, sed etiam ille ambiguitates que non ad distinctionem vel ad pronunciacionem pertinent similiter considerande sunt, qualis illa est ad Tessalonicenses: Propterea consolati sumus, fratres, in nobis. Dubium enim est utrum o fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum est contra fidem, sed greca lingua pares casus hos non habet, et ideo illa inspecta renunciatur vocativus, id est o fratres. Quod si voluisset interpres dicere: propterea consolacionem habuimus fratres in nobis, minus servitum esset verbis, sed minus de sententia dubitaretur; aut certe adderet nostri. Nemo enim fere ambigeret vocativum casum esse cum audiret: Propterea consolati sumus fratres nostri in nobis. Sed iam hoc periculose permittitur. Ita factum est in illa ad Corinthios cum ait apostolus: Cotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Ihesu. Ait enim quidam interpres: Cotidie morior per vestram iuro gloriam, quia in greco vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarissime igitur et difficillime inveniri potest ambiguitas in propriis verbis, quantum ad libros divinarum scripturarum spectat, quam non aut circumstancia ipsa sermonis qua cognoscitur scriptorum intencio, aut interpretum collacio, aut precedentis lingue solvat inspectio. Sed verborum translatorum ambiguitates de quibus deinceps loquendum est, non mediocrem curam industriamque desiderant. Nam in principio cavendum est ne figuratam locucionem ad litteram accipias. Et ad hoc pertinet quod ait apostolus: littera occidit, spiritus autem vivificat. Cum enim figurate dictum sic accipitur tanquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur. Neque ulla mors anime congruencius appellatur quam cum id etiam quod in ea bestiis antecellit, hoc est intelligentia, carni subicitur sequendo litteram. Qui enim sequitur litteram translata verba sicut propria tenet, neque illud quod proprio verbo significatur refert ad aliam significacionem; sed si sabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit nisi unum diem de septem qui continuo volumine repetuntur; et cum audierit sacrificium, non excedit cogitacione illud quod fieri de victimis pecorum terrenisque fructibus solet. Ea demum est miserabilis anime servitus, signa pro rebus accipere, et supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum eternum lumen levare non posse. Que tamen servitus in iudaico populo longe a ceterarum gencium more distabat, quando quidem rebus temporalibus ita subiugati erant ut unus eis in omnibus commendaretur deus. Et quamquam signa rerum spiritalium pro ipsis observarent rebus nescientes quo referrentur, id tamen insitum habebant, quod tali servitute uni omnium, quem non videbant, placerent deo. Quam custodiam tanquam sub pedagogo parvulorum fuisse scribit apostolus. Et ideo qui talibus signis pertinaciter inheserunt, contempnentem ista dominum, cum iam tempus revelacionis eorum venisset, ferre non potuerunt, atque inde calumpnias quod sabbato curaret moliti sunt principes eorum, populusque signis illis tanquam rebus astrictus non credebat deum esse vel a deo venisse qui ea que a iudeis observabantur nollet attendere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Ierosolimitana, satis ostenderunt quanta utilitas fuit eo modo sub pedagogo custodiri, ut signa que temporaliter imposita erant

Barbarismus

servientibus ad unius dei cultum, qui fecit celum et terram, opinione observantium religarentur. Namque illi qui primum spiritales fuerunt in ipsis etiam temporalibus et carnalibus votis atque signis, quamvis ea tamen spiritaliter esse intelligenda nescirent, unum tamen coluerunt verum eternum deum, tam capaces extiterunt spiritus sancti, ut omnia sua venderent, eorumque precium indigentibus distribuendum ante apostolorum pedes ponerent, seque totos dicarent deo, tamquam templum novum, cuius ille terrenum ymaginem, hoc est templo veteri serviebat. Non enim hoc ullas ecclesias gentium fecisse scriptum est, quia non tam prope inventi erant, qui simulacra manu facta deos habebant. Et si quando aliquorum illa tamquam signa interpretari conabantur, ad creaturam colendam venerandamque referebant. Quid enim mihi prodest simulacrum, verbi gratia, Neptuni non ipsum habendum deum, sed eo significari universum mare, vel etiam omnes aquas ceteras que fontibus prorumpunt, sicut a quodam poeta illorum describitur, si bene recolo, ita dicente:

nō Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti
Cincta salo resonant, magnus cui perpetuo mento
Profluit oceanus, et flumina crinibus errant.

Hec siliqua intus dulce tectorum sonantes lapillos quatit. Non est autem hominum, sed porcorum cibus. Novit quid dicam, qui evangelium novit. Quid ergo michi prodest, quod Neptuni simulacrum ad illam significationem refertur, nisi forte ut neutrum colam? Tam enim mihi statua quelibet quam mare universum non est deus. Fateor tamen altius demersos esse eos qui opera hominum deos putant, quam qui opera dei. Sed nobis unus diligendus et colendus deus precipitur, qui fecit hec omnia, quorum illi simulacra venerantur, vel tamquam deos, vel tamquam signa et ymagines deorum. Si ergo signum utiliter institutum pro ipsa re sequi cui significande institutum est, carnalis est servitus, quanto magis inutilium rerum signa instituta pro rebus accipere? Que si retuleris ad eas ipsas que hiis significantur, eisque colendis animum obligaveris, nichilominus servili carnalique onere atque velamine non carebis. Quamobrem christiana libertas eos quos invenit sub signis utilibus tamquam prope inventos, interpretatis signis quibus subditi erant, elevatos ad eas res quarum illa signa sunt liberavit. Ex hiis facte sunt ecclesie sanctorum Israelitarum. Quos autem invenit sub signis inutilibus, non solum servilem operationem sub talibus signis, sed etiam ipsa signa frustravit removitque omnia, ut a corruptione multitudinis simulatorum deorum, quam sepe ac proprie scriptura fornicationem vocat, ad unius dei cultum gentes converterentur, nec sub ipsis iam signis utilibus servirent, sed exercitaretur potius animus in eorum intelligentia spirituali. Sub signo enim servit qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem, nesciens quid significet. Qui vero aut veneratur aut operatur utile signum divinitus

institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur et transit, sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritualis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spirituales erant patriarche et prophete, omnesque in populo Israel per quos nobis spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solacia ministravit. Hoc vero tempore postea quam resurrectione domini nostri manifestissimum indicium nostre libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum, que iam intelligimus, operatione gravi onerati sumus, sed quedam pauca pro multis, eademque factu facillima et intellectu augustissima et observatione castissima, ipse dominus et apostolica tradidit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum et celebratio corporis et sanguinis domini; que unusquisque cum percipit, quo referantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali servitute, sed spirituali potius libertate veneretur. Ut autem litteram sequi et signa pro rebus que hiis significantur accipere servilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris. Qui autem non intelligit quid significet signum, et tamen signum esse intelligit, nec ipse premitur servitute. Melius est autem vel premi incognitis sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere. Huic autem observationi qua cavemus figuratam locutionem, id est translatam, quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam quasi figuratam velimus accipere. Demonstrandus est igitur primum modus inveniende locutionis propria ne an figurata sit. Et iste omnino modus est, ut quicquid in sermone divino neque ad morum honestatem neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscas. *Nō figurā* Morum honestas ad diligendum deum et proximum, fidei veritas ad cognoscendum deum et proximum pertinet. Spes autem sua cuique est in conscientia propria, quemadmodum se sentit ad dilectionem dei et proximi cognitionemque proficere. De quibus omnibus primo libro dictum est. Sed quoniam proclive est humanum genus non ex momentis ipsius libidinis, sed potius sue consuetudinis estimare peccata, fit plerumque ut quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur que sue religionis et temporis homines vituperare atque dampnare consueverunt. Et ea tantum probanda atque laudanda, que consuetudo eorum cum quibus vivit admittit, eoque contingit, ut si quid scriptura vel preceperit quod abhorreat a consuetudine audientium, vel quod non abhorreat culpaverit, si animum eorum iam verbi vinxit auctoritas, figuratam locutionem putent. Non autem precipit scriptura nisi caritatem, nec culpat nisi cupiditatem, et eo modo informat mores hominum. nō Item si animum preoccupavit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrantur. Non autem asserit nisi katholicam fidem rebus preteritis et futuris et presentibus. Preteritorum narratio est, futurorum prenuntiatio, presentium demonstratio. Sed omnia hec ad eandem caritatem nutriendam atque roborandam, et cupiditatem vincendam atque extinguendam valent. Caritas Caritatem voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum, et se atque proximo propter deum. Cupiditatem autem voco motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter deum. Quod

autem agit indomita cupiditas / ad corrumpendum animum et corpus suum flagicium vocatur. Quod autem agit ut alteri noceat, facinus dicitur. et hec sunt duo genera omnium peccatorum. Sed flagicia priora sunt. Que cum exinanierint animum et ad quandam egestatem perduxerint / in facinora prosilitur / quo removeantur impedimenta flagiciorum / aut adiumenta querantur. Item / quod agit caritas quo sibi prosit utilitas est / Quod autem agit ut prosit proximo beneficencia nominatur. et hic precedit utilitas / quia nemo potest ex eo quod non habet prodesse alteri / Tanto autem magis regnum cupiditatis destruitur / quanto caritatis augetur / Quicquid ergo asperum et quasi sevum factum dictumque in sanctis scripturis legitur / ex persona dei vel sanctorum eius, ad cupiditatis regnum destruendum valet / Quod si perspicue sonat, non est ad aliud referendum / quasi figurate dictum sit / sicut est illud apostoli Thesaurizas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei / qui reddet unicuique secundum opera sua hiis quidem qui secundum sustinenciam boni operis gloriam et honorem et incorrupcionem querentibus vitam eternam hiis autem qui ex contencione sunt et diffidunt veritati credunt autem iniquitati / ira et indignacio / tribulacio et angustia in omnem animam hominis operantis malum iudei primum et greci. Sed hoc ad eos cum quibus evertitur ipsa cupiditas / qui eam vincere noluerunt / Cum autem in homine cui dominabatur regna cupiditatis subvertuntur / illa est aperta locutio / Qui autem iesu christi sunt carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis / nisi quia et hic quedam verba tamquam translata tractantur sicuti est ira dei / et crucifixerunt / Sed non tam multa sunt / vel ita posita ut obtegant sensum et allegoriam vel enigma faciant / quam proprie figurata locutio nominatur / Quod autem Jeremie dicitur Ecce constitui te hodie super gentes et regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes / non dubium quin figurata locucio tota sit / ad eum finem referenda quem diximus. Que autem quasi flagiciosa imperitis videntur / sive tantum dicta / sive etiam facta sunt vel ex dei persona / vel ex hominum quorum nobis sanctitas commendatur tota figurata sunt / quorum ad caritatis pastum enucleanda secreta sunt / Quisquis autem rebus pretereuntibus restrictius utitur / quam sese habent mores eorum cum quibus vivit / aut intemperans aut supersticiosus est / Quisquis vero sic eis utitur / ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat / aut aliquid significat / aut flagiciosus est / In omnibus enim talibus non usus rerum / sed libido utentis in culpa est

Nec ullo modo quisquam sobrius crediderit / dominum pedes ita unguento precioso a muliere perfusos / ut luxuriosorum et nequam hominum solent / quorum talia convivia detestamur. Odor enim bonus / fama bona est / quam quisquis bone vite operibus habuerit / dum vestigia christi sequitur / quasi pedes eius preciosissimo odore perfundit

bor fama

Ita quod in aliis personis plerumque flagicium est / in divina vel prophetica persona / magne cuiusdam rei signum est / Alia est quippe in perditis moribus alia in Osee prophete vaticinacione coniunctio meretricis / Nec si flagiciose in conviviis temulentorum et lascivorum nudantur corpora / propterea in balneis nudum esse flagiciosum est / Quod ergo locis et temporibus et personis conveniat diligenter attendendum est / ne temere flagicia reprehendamus / Fieri autem potest ut sine aliquo vicio gule vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur / Insipiens autem fedissima gule flamma in vilissimum ardescat

De gula et oio cg

et sanius quisque maluerit / more domini pisce vesci / quam lenticula more Esau nepotis Abrahe aut ordeo more iumentorum / Non enim propterea continenciores nobis sunt / pleraque bestie quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura quibus utimur / sed ex causa utendi et modo appetendi vel probandum est vel improbandum quod facimus / Regnum terrenum veteres iusti celeste regnum ymaginabantur et prenunciabant / Sufficiende prolis causa erat uxorum plurium uni viro habendarum inculpabilis consuetudo / et ideo unam feminam maritos habere plurimos honestum non erat / Non enim mulier eo est fecundior / sed meretricia potius turpitudo est vel questum vel liberos vulgo querere / Huiuscemodi moribus quicquid illorum temporum sancti non libidinose faciebant / quamvis ea facerent / que hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt / non culpat scriptura / et quicquid ibi tale narratur / non solum non hystorice ac proprie sed etiam figurate / ac prophetice acceptum interpretandum est / usque in finem illum caritatis sive dei sive proximi sive utriusque / Ut enim talares et manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagicium erat / nunc autem honesto loco natis cum tunicati sunt / non eas habere flagicium est Sic animadvertendum est in cetero quoque usu rerum abesse oportere libidinem / que non solum ipsa eorum inter quos vivit consuetudine nequiter abutitur / sed etiam sepe fines eius egressa / feditatem suam / que intra claustra morum sollempnium latitabat / flagiciosissima erupcione manifestat / Quicquid autem congruit consuetudini eorum cum quibus vita ista degenda / vel necessitate imponitur / vel officio suscipitur / a bonis et magnis hominibus ad utilitatem et beneficenciam referendum est / vel proprie sicut et nos debemus / vel etiam figurate / sicut prophetis licet / In que facta legenda cum inciderint indocti alterius consuetudinis / nisi auctoritate reprimantur flagicia putant / nec possunt animadvertere totam consuetudinem suam / vel in coniugiis vel in conviviis / vel in vestitu ceteroque humano victu atque cultu aliis gentibus et aliis temporibus flagiciosam videri / Qua varietate innumerabilium consuetudinum commoti quidam dormitantes ut ita dicam / qui neque alto sompno stulticie sopiebantur / nec in sapiencie lucem poterant evigilare / putaverunt nullam esse iusticiam per se sed unicuique genti consuetudinem suam iustam videri / que cum sit diversa omnibus gentibus debeat autem incommutabilis manere iusticia / fieri manifestum nullam esse usquam iusticiam / Non intellexerunt / ne multa commemorem / Quod tibi fieri non vis / aliis ne feceris / nullo modo posse / ulla eorum gentili diversitate variari / Que sententia cum refertur ad dilectionem dei / omnia flagicia moriuntur / cum ad proximi omnia facinora / Nemo enim vult corrumpi habitaculum suum / Non ergo debet corrumpere habitaculum dei id est seipsum / Sed et nemo vult sibi a quoquam noceri / nec ipse igitur cuiquam noceat / Sic eversa tyrannide cupiditatis / Caritas regnat iustissimis legibus / dilectionis dei propter ipsum / sui et proximi propter deum / Servabitur ergo in locucionibus figuratis regula huiusmodi / ut tam diu versetur / diligenti consideratione quod legitur / donec ad regnum

De Iusticia

[illegible]

No de manduc.

No de antiquis patribus

caritatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam proprie sonat, nulla putetur figurata locutio. Si preceptiva locutio est aut flagitium aut facinus vetans aut utilitatem aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaveritis, inquit, carnem filii hominis et sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis. Facinus vel flagitium videtur iubere; figura est ergo precipiens passioni domini esse communicandum et suaviter atque utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro eius crucifixa et vulnerata sit. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Hic nullo dubitante beneficentiam precipit. Sed quod sequitur: Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, malivolentie facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaveris figurate dictum. Et cum possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad prestandum, ad beneficentiam te potius caritas revocet, ut intelligas carbones ignis esse urentes penitentie gemitus, quibus superbia sanatur eius qui dolet se inimicum fuisse hominis a quo eius miserie subvenitur. Item dominus ait: Qui amat animam suam perdet eam. Non utilitatem vetare putandus est, qua debet quisque servare animam suam, sed figurate dictum perdat animam, id est perimat atque amittat usum eius quem nunc habet perversum et quodammodo preposterum, quo inclinatur temporalibus, ut eterna non querat. Scriptum est enim: Da misericordiam et ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententie videtur vetare beneficentiam; ait enim: ne suscipias peccatorem. Intelligas ergo figurate positum pro peccato peccatorem, ut peccatum eius non suscipias.

Sepe autem accidit ut quisquis in meliore gradu spiritalis vite vel est vel esse se putat, figurate dicta esse arbitretur que in inferioribus gradibus precipiuntur; verbi gratia: si celibem amplexus est vitam et se castravit propter regnum celorum, quicquid de uxore diligenda et regenda sancti libri precipiunt, non proprie sed translate accipi oportere contendat; et si quisquam statuit servare innuptam virginem suam, tamquam figuratam locutionem conetur interpretari qua dictum est: Trade filiam et grande opus perfeceris. Erit ergo etiam hoc in observationibus intelligendarum scripturarum, ut sciamus alia omnibus communiter precipi, alia singulis quibusque generibus personarum, ut non solum ad universum statum valitudinis sed etiam ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina perveniat. In suo quippe genere curandum est quod ad melius genus erigi non potest.

Item cavendum est ne forte quod in scripturis veteribus pro illorum temporum conditione, etiam si non figurate sed proprie intelligatur, non est flagitium neque facinus, ad ista etiam tempora quis putet in usum vite posse transferri. Quod nisi dominante cupiditate et ipsarum quoque scripturarum quibus evertenda est satellitium querente non faciet. Nec intelligit miser ad hanc utilitatem illa esse sic posita, ut spei bone homines salubriter videant et consuetudinem quam aspernabantur posse habere usum bonum, et eam quam amplexantur esse posse damnabilem, si et ibi caritas utentium et hic cupiditas attendatur. Nam si multis uxoribus caste uti quisque pro tempore potuit, potest alius una libidinose. Magis enim probo multarum fecunditate utentem propter aliud quam unius carne fruentem propter ipsam. Ibi enim queritur utilitas temporum opportunitatibus congrua; hic satiatur cupiditas temporalibus voluptatibus implicata. Inferioris quoque gradus ad deum sunt quibus secundum veniam concedit apostolus carnalem cum singulis coniugibus consuetudinem propter intemperantiam eorum, quam illi qui singuli plures cum haberent, sicut sapiens in cibo et potu non nisi salute corporis, sic in concubitu non nisi procreatione filiorum utebantur. Itaque si eos in hac vita invenisset domini adventus, cum iam non mittendi sed colligendi lapides tempus esset, statim seipsos castrarent propter regnum celorum. Non enim est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas. Noverant itaque illi homines etiam in ipsis coniugibus luxuriam esse abutendi intemperantiam, quod Tobie testatur oratio quando copulatus est uxori. Ait enim: Benedictus es domine patrum nostrorum, et benedictum nomen tuum in secula seculorum. Benedicant te celi et omnis creatura tua. Tu fecisti Adam et dedisti illi adiutorium Evam. Et nunc domine tu scis, quia non luxurie causa accipio sororem meam, sed ipsa veritate, ut miserearis mei domine.

Sed qui effrenata libidine vel per multa stupra defluentes evagantur vel in ipsa una non solum excedunt modum liberorum procreandorum pertinentem, sed etiam humaniores intemperantie sordes inverecunda omnino licentia servilis cuiusdam libertatis accumulant, non credunt fieri potuisse ut temperanter multis feminis antiqui uterentur viri, nihil servantes in usu illo nisi congruum tempori propagande prolis officium; et quod ipsi laqueis libidinis obstricti in una non faciunt, nullo modo in multis feminis fieri posse arbitrantur. Sed isti possunt dicere ne honorari quidem atque laudari oportere viros bonos et sanctos, quia ipsi cum honorantur atque laudantur intumescunt superbia, tanto avidiores inanissime glorie quanto eos frequentius atque latius lingua blandior ventilaverit, qua ita leves fiunt, ut eos rumoris aura sive prospera sive que adversa existimatur in quaslibet vitiorum voragines vel in facinorum etiam saxa collidat. Videant ergo quam sibi arduum sit atque difficile nec laudis esca illici nec contumeliarum aculeis penetrari, et ex se alios metiantur.

Credant potius apostolos nostros nec cum suspenderentur ab hominibus inflatos fuisse nec cum despicerentur elisos. Neutra quippe temptatio defuit illis viris. Nam et credentium preconio celebrabantur et persequentium maledictis infamabantur. Sicut ergo isti pro tempore utebantur his omnibus et non corrumpebantur, sic illi veteres usum feminarum ad sui temporis convenientiam referentes non patiebantur eam dominationem libidinis cui serviunt qui ista non credunt. Et ideo isti nullo modo se cohiberent ab inexpiabili odio filiorum, a quibus vel uxores vel concubinas suas attemptatas aut adtrectatas esse cognoscerent, si eis forte tale aliquid accidisset. Rex autem David cum hoc ab impio atque immani filio passus esset, non solum ferocientem toleravit sed etiam extinctum planxit. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quem nullo modo iniurie sue sed peccata filii commovebant. Nam ideo si vinceretur eum occidi prohibuerat, ut esset domito locus penitendi. Et quia non potuit, non orbitatem doluit in eius interitu, sed noverat in quas penas tam impie adultera et parricidalis anima raperetur. Namque alio prius

filio qui innocens erat, pro quo egrotante affligebatur, moriente letatus est. Ex hoc maxime apparet qua moderatione atque temperancia illi viri feminis utebantur. Quod cum in unam illicite irruisset rex idem estu quodam etatis et temporalium rerum prosperitatibus abreptus, cuius eciam maritum occidendum preceperat, accusatus est per prophetam. Qui cum ad eum venisset convincendum de peccato, proposuit ei similitudinem de paupere qui habebat ovem unam, cuius vicinus multas cum haberet, ad adventum hospitis sui unicam potius vicini sui pauperis oviculam exhibuit epulandam. In quem commotus David occidi eum iussit, et quadruplicari ovem pauperi, ut se nesciens condempnaret qui peccaverat sciens. Quod cum ei manifestum esset, et divinitus denunciata vindicta, diluit penitendo peccatum. Sed tamen in hac similitudine stuprum tantummodo significatum est per designatum de ove vicini pauperis; de marito autem mulieris interempto, hoc est de ipso paupere qui unam ovem habebat occiso, non est per similitudinem interrogatus David, ut in solo adulterio diceret sentenciam dampnacionis sue. Ex quo intelligitur quanta temperancia multas mulieres habuit, quando de una in qua excessit modum, a seipso puniri coactus est. Sed in isto viro immoderate huius libidinis non mansio, sed transitus fuit. Propterea eciam ab arguente propheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est. Non enim dixit cum regi suo, sed hospiti suo vicini pauperis ovem ad epulandam exhibuisse. At vero in eius filio Salomone non quasi hospes transitum habuit, sed regnum ipsa libido possedit. De quo scriptura non tacuit, culpans eum fuisse amatorem mulierum. Cuius tamen inicia desiderio sapiencie flagraverant, quam cum amore spirituali adeptus esset, amisit amore carnali. Ergo quamquam omnia vel pene omnia que in veteris testamenti libris gesta continentur, non solum proprie sed eciam figurate accipienda sint, tamen eciam illa que proprie lector acceperit, si laudati sunt illi qui ea fecerunt, sed tamen abhorrent ea a consuetudine bonorum qui post adventum domini divina precepta custodiunt, figuram ad intelligenciam referat, factum vero ipsum ad mores non transferat. Multa enim sunt que illo tempore officiose facta sunt, que modo nisi libidinose fieri non possunt. Si qua vero peccata magnorum virorum legerit, tamen et si aliquam in eis figuram rerum futurarum animadvertere atque indagare potuerit, rei tamen geste proprietatem ad hunc usum assumat, ut se nequaquam recte factis suis iactare audeat, et pre sua iusticia ceteros tamquam peccatores contempnat, cum videat tantorum virorum et cavendas tempestates et flenda naufragia. Ad hoc enim eciam peccata corporum illorum scripta sunt, ut apostolica illa sentencia ubique tremenda sit, cum ait: Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat. Nulla enim pagina est fere sanctorum librorum in qua non sonet quod deus superbis resistit, humilibus autem dat graciam. Maxime itaque investigandum est, utrum propria sit an figurata locucio quam intelligere conamur. Nam comperto quod figurata sit, adhibitis regulis rerum quas in primo libro digessimus, facile est eam versare omnibus modis donec perveniamus ad sensum veritatis, presertim cum usus accesserit pietatis exercitacione roboratus. Invenimus autem utrum propria sit an figurata locucio illa intuentes que supra dicta sunt. Quod cum apparuerit, verba quibus continentur aut a similibus rebus ducta invenientur, aut ab aliqua vicinitate attin-

gentibus. Sed quoniam multis modis res similes rebus apparent, non putemus esse prescriptum ut quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significaverit, hoc eam semper significare credamus. Nam et in vituperacione posuit fermentum dominus cum diceret: Cavete a fermento phariseorum, et in laude cum diceret: Simile est regnum celorum mulieri que abscondit fermentum in tribus mensuris farine donec totum fermentaretur. Huius igitur varietatis observacio duas habet formas. Sic enim aliud atque aliud res queque significat, ut aut contraria aut tantummodo diversa significet. Contraria scilicet cum alias in bono alias in malo res eadem per similitudinem ponitur, sicut hoc est quod de fermento supra diximus. Tale est eciam quod leo significat Christum ubi dicitur: Vicit leo de tribu Iuda; significat et diabolum ubi scriptum est: Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Ita serpens in bono est: Estote astuti ut serpentes; in malo autem: Serpens Evam seduxit astucia sua. In bono panis: Ego sum panis vivus qui de celo descendi; in malo panis: Panes occultos libenter edite. Sic et alia plurima, et hec quidem que commemoravi minime dubiam significacionem gerunt, quia exempli gracia commemorari non nisi manifesta debuerunt. Sunt autem que incertum sit in quam partem accipi debeant, sicut calix in manu domini vini meri plenus mixto. Incertum est enim utrum iram dei significet non usque ad novissimam penam, id est usque ad fecem, an potius graciam scripturarum a Iudeis ad gentes transeuntem, quia inclinavit ex hoc in hoc, remanentibus apud Iudeos observacionibus quas carnaliter sapiunt, quia fex eius non est exinanita. Cum vero res eadem non in contraria sed tantum in diversa significacione ponitur, illud est in exemplo quod aqua et populum significat, sicut in Apocalipsi legimus, et spiritum sanctum, unde est illud: Flumina aque vive fluent de ventre eius. Et si quid aliud atque aliud pro locis in quibus ponitur aqua significare intelligitur. Sic et alia res non singule sed una queque earum non solum duo aliqua diversa sed eciam nonnumquam multa significat pro loco sic ut posita reperitur. Ubi autem apercius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intelligantur obscuris. Neque enim melius potest intelligi quod dictum est deo: Apprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium michi, quam ex loco illo ubi legitur: Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Nec tamen ita ut iam ubicumque scutum pro aliquo munimento positum legerimus, non accipiamus nisi bonam voluntatem dei. Dictum est enim et scutum fidei, in quo possitis omnes sagittas maligni ignitas extinguere. Nec rursus ideo debemus in armis huiuscemodi spiritualibus scuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco eciam lorica dicta sit fidei: Induti, inquit, loricam fidei et caritatis. Quando autem ex eisdem scripture verbis non unum aliquid sed duo vel plura sentiuntur, eciam si latet quid senserit ille qui scripsit, nichil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri potest. Id tamen conante qui divina scrutatur eloquia ut ad voluntatem perveniatur auctoris per quem

scriptura illam sensus operatus est spiritus, sive hoc adsequatur sive alia sententia de illis verbis que fidei recte non refragantur exculpatur testimonium habens a quocumque alio loco divinorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eisdem verbis que intelligere volumus et ipsam sententiam forsitan vidit, et certe dei spiritus qui per eum hec operatus est etiam ipsam occursuram lectori vel auditori sine dubitatione previdit, immo ut occurreret quia et ipsa est veritate subnixa previdit.

no[ta]

Nam quid in divinis eloquiis largius et uberius potuit divinitus provideri, quam ut eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus divina contestantia faciant approbari. Ubi autem talis sensus eruitur cuius incertum certis scripturarum testimoniis non possit aperiri, restat ut ratione reddita manifestus appareat, etiam si ille cuius verba intelligere querimus eum forte non sensit. Sed hec consuetudo periculosa est. Per scripturas enim divinas multo tucius ambulatur, quas verbis translatis operatas cum scrutari volumus, aut hoc inde exeat quod non habeat controversiam, aut si habet ex eadem scriptura ubicumque eius invenientis atque adhibitis testibus terminetur. Sciant autem litterati modis omnibus locutionis quos grammatici greco nomine tropos vocant auctores nostros usos fuisse, et multiplicius atque copiosius quam possunt existimare vel credere qui nesciunt eos et in aliis ista didicerunt. Et nos tamen tropos qui noverunt agnoscunt in litteris sanctis eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantulum adiuvantur. Sed hic eos ignaris tradere non decet, ne artem grammaticam docere videamur. Extra sane ut discantur ammoneo, quamvis iam superius id admonuerim, id est in secundo libro, ubi de linguarum necessaria cognitione disserui. Nam littere a quibus ipsa grammatica nomen accepit grammata enim greci litteras vocant, signa utique sunt sonorum ad articulatam vocem qua loquimur pertinentia. Istorum autem troporum non solum exempla sicut omnium sed quorundam etiam nomina in divinis libris leguntur sicut allegoria enigma parabola. Quamvis pene omnes hii tropi qui liberali dicuntur arte cognosci etiam in eorum reperiuntur loquelis qui nullos grammaticos audierint, et eo quo vulgus utitur sermone contenti sunt. Quis enim non dicit sic floreas? quis tropus metaphora vocatur. Quis non dicit piscinam etiam que non habet pisces nec facta est propter pisces et tamen a piscibus nomen accepit? Qui tropus cathacresis dicitur. Longum est istomodo cetera prosequi. Nam usque ad illos pervenit vulgi locutio qui propterea mirabiliores sunt quia contrarium quod dicitur significant. Sicuti est que appellatur yronia vel antifrasis. Sed yronia pronunciatione indicat quid velit intelligi ut cum dicamus homini mala facienti res bonas facis. Antifrasis vero ut contraria significet non voce pronunciantis efficitur sed aut verba habet sua quorum origo e contrario est, sicut appellatur lucus quod minime luceat, aut consuevit aliquid ita dici quamvis dicatur etiam non e contrario, veluti cum querimus accipere quod ibi non est et respondetur nobis habundat, aut adiunctis verbis facimus ut a contrario intelligatur quod loquimur, velut si dicamus cave illum quia bonus homo est. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino sciens qui sunt vel quid vocentur hii tropi? Quorum cognitio propterea scripturarum ambiguitatibus dissolvendis est necessaria, quia cum sensus ad proprietatem verborum si accipiatur absurdus est, querendum est utique ne forte illo vel illo tropo dictum sit quod non intelligimus, et sic pleraque inventa sunt que latebant.

Nota

Ticonius quidam qui contra donatistas invictissime scripsit cum fuerit donatista, et illic invenitur absurdissimi cordis ubi eos non ex omni parte relinquere voluit, fecit librum quem regularum vocavit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clavibus divinarum scripturarum aperirentur occulta.

Quarum primam ponit de domino et eius corpore. Secundam de domini corpore bipertito. Tertiam de promissis et lege. Quartam de specie et genere. Quintam de temporibus. Sextam de recapitulatione. Septimam de dyabolo et eius corpore. Que quidem considerata sicut ab illo aperiuntur non parum adiuvant ad penetranda que tecta sunt divinorum eloquiorum. Nec tamen omnia que ita scripta sunt ut non facile intelligantur possunt hiis regulis inveniri, sed aliis modis pluribus quos hoc numero septenario usque adeo non est iste complexus, ut idem ipse multa exponat obscura in quibus harum regularum adhibet nullam, quoniam nec opus est. Neque enim aliquid illic tale versatur aut queritur, sicut in Apocalipsi Iohannis queadmodum intelligenda sint angeli ecclesiarum septem quibus scribere iubetur, et ratiocinatur multipliciter, et ad hoc pervenit ut ipsos angelos intelligamus ecclesias. In qua copiosissima disputatione nichil istarum est regularum, et utique res illic obscurissima queritur. Quod exempli gratia satis dictum est. Nam colligere omnia nimis longum et nimis operosum est, que ita obscura sunt in scripturis canonicis ut nichil istorum septem ibi querendum sit. Iste autem tamen has velut regulas commendaret, tantum eis tribuit, quasi omnia que in lege id est in divinis libris obscure posita invenerimus hiis bene cognitis atque adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorsus est eundem librum ut dicat: Necessarium duxi ante omnia que mihi videntur libellum regularum scribere, et secretorum legis veluti claves et luminaria fabricare. Sunt enim quedam regule mistice que universe legis recessus obtinent, et veritatis thesauros aliquibus invisibiles faciunt. Quarum si ratio regularum sine invidia ut communicamus accepta fuerit, clausa quoque patefient et obscura dilucidabuntur. Ut quis prophecie immensam silvam perambulans hiis regulis quodammodo lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. Hic si dixisset sunt enim quedam regule mistice que nonnullos legis recessus obtinent, aut certe que legis magnos recessus obtinent. Non autem quod dicit universe legis recessus, neque dixisset clausa quoque patefient, sed clausa multa patefient, verum dixisset. Nec tam elaborato atque subtili operi suo plus quam res ipsa postulat dando in spem falsam lectorem eius cognitoremque misisset. Quod ideo dicendum putavi, ut liber ipse et legatur ab studiosis, quia plurimum adiuvat ad scripturas intelligendas, et non de illo speretur tantum quantum non habet. Caute sane legendus est non solum propter quedam in quibus ut homo erravit sed maxime propter illa que sicut donatista hereticus loquitur. Quid autem doceant vel ammo-

neant, iste septem regule breviter ostendam.

I regula

Prima de domino et eius corpore est. In qua scientes aliquando capitis et corporis, id est Christi et ecclesie, unam personam nobis intimari (neque enim frustra dictum est fidelibus: Ergo Abrahe semen estis, cum sit unum semen Abrahe quod est Christus), non hesitemus quando a capite ad corpus vel a corpore transitur ad caput, et tamen non receditur ab una eademque persona. Una enim persona loquitur dicens: Sicut sponso imposuit michi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornamento. Et tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, id est quid Christo, quid ecclesie conveniat, utique intelligendum est.

II regula

Secunda est de domini corpore bipartito, quod quidem non debuit ita appellari; non enim revera domini corpus est quod cum illo non erit in eternum; sed dicendum fuit de domini corpore vero atque permixto aut vero atque simulato vel quid aliud, quia non solum in eternum, verum etiam nunc ypocrite non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia. Unde poterat ista regula et sic appellari, ut diceretur de permixta ecclesia. Que regula lectorem vigilantem requirit, quando scriptura, cum ad alios iam loquatur, tamquam ad eos ipsos ad quos loquebatur videtur loqui, vel de ipsis cum de aliis loquatur, tamquam unum sit utrorumque corpus propter temporalem commixtionem et communionem sacramentorum. Ad hoc pertinet in Cantico canticorum: Fusca sum et speciosa, ut tabernacula Cedar, ut pellis Salemonis. Non enim ait: Fusca fui ut tabernacula Cedar et speciosa sum ut pellis Salemonis, sed utrumque se esse dixit propter temporalem unitatem intra una retia piscium bonorum et malorum. Tabernacula enim Cedar ad Ismahelem pertinent, qui non erit heres cum filio libere. Itaque cum de bona parte deus dicat: Ducam cecos in viam quam non noverunt, et semitas quas non noverunt calcabunt, et faciam illis tenebras in lucem et prava in directum. Hec verba faciam et non derelinquam eos, mox de alia parte que mala permixta est dicit: Ipsi autem conversi sunt retro. Cum alii significentur his verbis, sed quoniam nunc in uno sunt, tamquam de ipsis loquitur de quibus loquebatur; non tamen semper in uno erunt. Ipse quippe est ille servus commemoratus in evangelio, cuius dominus cum venerit dividet eum et partem eius cum ypocritis ponet.

III regula

Tertia regula est de promissis et lege, que alio modo dici potest de spiritu et littera, sicut eam appellavimus cum de hac re librum scriberemus; potest etiam sic dici de gratia et mandato. Hec autem magis michi videtur magna questio quam regula, que solvendis questionibus adhibenda est. Hec est quam non intelligentes Pelagiani vel condiderunt suam heresim vel auxerunt. Laboravit in ea dissolvenda Tyconius bene sed non plene. Disputans enim de fide et operibus, opera nobis dixit a deo dari merito fidei, ipsam vero fidem sic esse a nobis ut nobis non sit a deo; nec attendit apostolum dicentem: Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Ihesu Christo. Sed non erat expertus hanc heresim, que nostro tempore exorta multum nos, ut gratiam dei que per dominum nostrum Ihesum Christum est adversus eam defenderemus, exercuit, et secundum id quod ait apostolus: Oportet hereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis, multo vigilantiores diligentioresque reddidit, ut adverteremus in scripturis sanctis quod istum Tyconium minus attentum minusque sine hoste sollicitum fugit, etiam ipsam fidem donum esse illius qui eius mensuram unicuique partitur. Ex qua sententia quibusdam dictum est: Vobis donatum est non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo. Unde quis dubitet utrumque esse donum dei, qui fideliter atque intelligenter audit utrumque donatum? Plura sunt et alia testimonia quibus id ostenditur. Sed hoc nunc non agimus; alibi autem atque alibi sepissime ista egimus.

IIII regula

Quarta Tyconii regula est de specie et genere. Sic enim eam vocat, volens intelligi speciem partem, genus autem totum, cuius pars est illa quam vocat speciem, sicut una queque civitas pars est utique universitatis gentium; hanc ille vocat speciem, genus autem omnes gentes. Neque hic ea discernendi vel differendi subtilitas adhibenda est que a dyalecticis traditur, qui inter partem et speciem quid intersit acutissime disputant. Eadem ratio est si non de una qualibet civitate sed de una quaque provincia vel gente vel regno tale aliquid in divinis reperiatur eloquiis. Non solum enim verbi gratia de Iherusalem vel de aliqua gentium civitate sive de Tyro sive de Babylonia sive alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis quod modum eius excedat et conveniat potius omnibus gentibus, verum etiam de Iudea, de Egypto, de Assyria et de quacumque alia gente in qua sunt plurime civitates, non tamen totus orbis sed pars eius est, dicitur quod modum eius transeat et congruat potius universo cuius hec pars est, vel sicut iste appellat, generi cuius hec species est; unde et in notitiam vulgi hec verba venerunt, ut etiam ydiote intelligant quid speciale, quid generale in quoque precepto imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de hominibus, sicut ea que de Salemone dicuntur excedunt eius modum et potius ad Christum vel ecclesiam, cuius ille pars est, relata clarescunt. Nec species semper exceditur; sepe talia dicuntur que vel ei quoque vel ei fortasse tantummodo apertissime congruant. Sed cum a specie transitur ad genus quasi adhuc de specie loquente scriptura, ibi vigilare debet lectoris intentio, ne querat in specie quod in genere potest melius et certius invenire. Facile est quippe quod ait propheta Ezechiel: Domus Israel habitavit in terra et polluerunt illam in via sua et in ydolis suis et in peccatis suis; secundum immunditiam menstruate facta est via eorum ante faciem meam. Et effudi iram meam super eos, et dispersi illos inter nationes et ventilavi eos in regiones; secundum vias eorum et secundum peccata eorum iudicavi eos. Facile est, inquam, hoc intelligere de illa domo Israel, de qua dicit apostolus: Videte Israel secundum carnem, quia hec omnia carnalis populus Israel et fecit et passus est. Alia etiam que sequuntur eidem intelliguntur populo convenire. Sed cum ceperit dicere: Et sanctificabo nomen meum sanctum illud magnum quod pollutum est in nationibus, quod polluistis in medio eorum, et scient gentes quia ego sum dominus, iam intentus debet esse qui legit, quemadmodum speciem excedat et adiungatur genus. Sequitur enim et dicit: Dum sanctificor in vobis ante oculos eorum, et accipiam vos de gentibus et congregabo vos ex omnibus terris et inducam vos in terram vestram, et aspergam vos aqua munda, et mundabimini ab omnibus simulacris vestris et mundabo vos, et dabo vobis cor novum et spiritum novum dabo in vos, et auferetur cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum dabo in vobis, et faciam ut in iustitiis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et faciatis, et habitabitis in terra qua

dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum et ego ero vobis in deum et mundabo vos ab omnibus immundiciis vestris. Hoc de novo testamento esse prophetatum ad quod pertinet non solum una gens illa in reliquiis suis, de quibus alibi scriptum est: Si fuerit numerus filiorum israel sicut arena maris reliquie salve fient, verum etiam cetere gentes que promisse sunt patribus eorum qui etiam nostri sunt, non ambigit quisquis intuetur, et lavacrum regenerationis quod nunc videmus omnibus gentibus redditum hic esse promissum, et illud quod ait apostolus cum testamenti novi gratiam commendaret ut in comparatione veteris emineret: Epistola nostra vos estis scripta non atramento sed spiritu dei vivi, non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus, hinc esse respicit et prospicit vel prospicit dictum ubi iste propheta dicit: Et dabo vobis cor novum et spiritum novum dabo in vos. Et auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum. Cor quippe carneum unde ait apostolus tabulis cordis carnalibus a corde lapideo voluit vita sentiente distingui et per vitam sentientem significavit intelligentem. Sic fit israel spiritualis non unius gentis sed omnium que promisse sunt patribus in eorum semine quod est christus. Hic ergo israel spiritualis ab illo israel carnali qui est unius gentis novitate gracie non nobilitate patrie et mente non gente distinguitur. Sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum loquitur latenter transit ad hunc. Et cum iam non de isto vel ad istum loquitur adhuc de illo vel ad illum videtur loqui, non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter invidens sed exercens medicinaliter nostrum. Unde est et illud quod ait: Et inducam vos in terram vestram, et paulo post tamquam idipsum repetens: Et habitabitis, inquit, in terra quam dedi patribus vestris, non carnaliter sicut carnalis israel sed spiritualiter sicut spirituales debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula et ruga ex omnibus gentibus congregata atque in eternum regnatura cum christo ipsa est terra beatorum terra viventium intelligenda est patribus data quando eis certa et immutabili dei voluntate promissa est, quoniam ipsa promissionis vel predestinationis firmitate iam data est que danda suo tempore a patribus credita est, sicut de ipsa gratia que sanctis datur scribens ad Tymotheum apostolus ait: Non secundum opera nostra sed secundum suum propositum et gratiam que data est nobis in christo ihesu ante secula eterna, manifestata autem nunc per adventum salvatoris nostri. Datam dixit gratiam quando nec erant adhuc quibus daretur, quoniam in dispositione ac predestinatione dei iam factum erat quod suo tempore futurum fuerat, quod ille dicit manifestatam. Quamvis hec possint intelligi et de terra futuri seculi quando erit celum novum et terra nova in qua iniusti habitare non poterunt, et ideo recte dicitur piis quod ipsa sit terra eorum que nulla ex parte non erit impiorum, quia et ipsa similiter data est quando danda firmata est.

v regula Quintam Tycomus regulam ponit quam de temporibus appellat. Qua regula plerumque invenitur vel coniici possit latens in scripturis sanctis temporum quantitas. Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam aut tropo synodoche aut legitimis numeris. Tropus synodoche aut a parte totum aut a toto partem facit intelligi, sicut unus evangelista post dies octo factum dicit quod alius post sex, quando in monte discipulis tantum tribus presentibus facies domini fulsit ut sol et vestimenta eius ut nix. Utrumque enim verum esse non posset quod de numero dierum dictum est nisi ille qui dixit post dies octo intelligatur partem novissimam diei ex quo id christus predixit futurum et partem primam diei quo id ostendit impletum pro totis diebus duobus atque integris posuisse, ille autem qui dixit post dies sex integros omnes et totos sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis quo significatur a parte totum etiam illa de resurrectione christi solvitur questio. Pars enim novissima diei quo passus est nisi pro toto die accipiatur id est adiuncta etiam nocte preterita et nox in cuius parte ultima resurrexit nisi toto dies accipiatur adiuncto scilicet die illucescente dominico, non possunt esse tres dies et tres noctes quibus se in corde terre dixit futurum. Legitimos autem numeros dicit quos eminentius divina scriptura commendat sicut septenarium vel denarium vel duodenarium et quicumque alii sunt quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumque enim numeri huiusmodi pro universo tempore ponuntur, sicut: Septies in die laudabo te, nichil est aliud quam: Semper laus eius in ore meo. Tantundem valent et cum multiplicabuntur sive per denarium sicut septuaginta et septingenti, unde possunt et septuaginta anni Iheremie pro universo tempore spiritualiter accipi quo est apud alienos ecclesia, sive per seipsos sicut decem per decem centum sunt et duodecim per duodecim centum quadraginta quatuor, quo numero significatur universitas sanctorum in apokalipsi. Unde apparet non solum temporum questiones istis numeris esse solvendas sed latius patere significationes eorum et multa pervadere. Neque enim numerus iste in apokalipsi ad tempora pertinet sed ad homines.

Sextam regulam Tycomus recapitulationem vocat in obscuritate scripturarum satis vigilanter inventa. Sic enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine temporis vel rerum continuatione narrentur cum ad priora que pretermissa fuerant latenter narratio revocetur. Quod nisi ex hac regula intelligatur erratur. Sicut in genesi: Et plantavit, inquit, dominus deus paradisum in eden ad orientem et posuit ibi hominem quem formaverat. Et produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escam. Ita videtur dictum tamquam id factum sit postea quam factum posuit hominem in paradiso, cum breviter utroque commemorato id est quod plantavit deus paradisum et posuit ibi hominem quem formaverat recapitulando redeat et dicat quod pretermiserat quomodo scilicet paradisus fuit plantatus quia produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escam. Deinde subiectus adiunxit: Et lignum vite in medio paradisi et lignum sciencie boni et mali. Deinde flumen quo paradisus irrigaretur divisum in quatuor principia fluminum. Quatuor fluminis explicatur quod totum pertinet ad instructionem paradisi. Quod ubi terminavit repetivit illud quod iam dixerat et revera hoc sequebatur atque ait: Et sumpsit dominus deus hominem quem finxit et posuit eum vi regula

in paradiso et terra. Post ista enim facta ibi est positus homo, sicut ipse ordo narrationis demonstrat. Non post hominem enim ibi positum facta sunt ista sicut quisquam putare potest, nisi recapitulatio illic vigilanter intelligatur, qua reditur ad ea que fuerant pretermissa. Itemque in eodem libro cum commemorarentur generationes filiorum Noe dictum est. Hii filii Cham in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis, et in gentibus suis. Et enumeratis de omnibus. Hee tribus filiorum Noe secundum generationes eorum secundum gentes eorum, ab hiis disperse sunt insule gentium super terram post diluvium. Et erat omnis terra labium unum, et vox una omnibus. Hoc itaque quod adiunctum est et erat omnis terra labium unum et vox una omnibus, id est una lingua omnium ita dictum videtur, tamquam eo iam tempore quo dispersi fuerant super terram etiam secundum insulas gentium una fuerit omnibus lingua communis. Quod procul dubio repugnat superioribus verbis ubi dictum est in tribubus suis secundum linguas suas. Neque enim dicerentur habuisse iam linguas suas singule tribus que gentes singulas fecerant, quando erat omnibus una communis. Ac per hoc recapitulando adiunctum est. Erat omnis terra labium unum et vox una omnibus, latenter narratione redeunte ut diceretur quomodo factum sit, ut ex una omnium lingua fuerint divisi per multas. Et continuo de illa turris edificatione narratur ubi hec eis iudicio divino irrogata est pena superbie. Post quod factum dispersi sunt per terras secundum linguas suas. Fit ista recapitulatio etiam obscurius. Sicut in evangelio dominus dicit, die quo exiit Loth a Sodomis pluit ignem de celo et perdidit omnes, secundum hec erunt dies filii hominis quo revelabitur illa hora qui erit in tecto et vasa eius in domo, non descendat tollere illa, et qui in agro similiter non redeat retro, meminerit uxoris Loth. Numquid cum dominus fuerit revelatus tunc sunt ista servanda ne quis retro respiciat, id est vitam preteritam cui renuntiavit requirat, et non potius isto tempore. Ut cum dominus fuerit revelatus retributionem pro eis que quisque servavit, vel contempsit inveniat. Et tamen quia dictum est in illa hora, tunc putantur ista servanda cum fuerit dominus revelatus nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis invigilet, adiuvante alia scriptura que ipsorum apostolorum adhuc tempore clamavit, filii novissima hora est. Tempus ergo ipsum quo evangelium predicatur quousque dominus reveletur, hora est in qua oportet ista servari, quia et ipsa revelatio domini ad eandem horam pertinet que die iudicii terminabitur. Septima Ticonii regula est, eademque postrema est de dyabolo et eius corpore. Est enim et ipse caput impiorum qui sunt eius quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium ignis eterni, sicut Christus est caput ecclesie, quod est corpus eius futurum cum illo in regno et gloria sempiterna. Sic ergo in prima regula quam vocat de domino et eius corpore vigilandum est ut intelligatur cum de una eademque persona scriptura loquitur, quid conveniat capiti, quid corpori. Ita et in ista novissima aliquando in dya-

bolum dicitur quod non in ipso sed potius in eius corpore possit agnosci. Quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur ecclesie, donec unusquisque de hac vita excedat, vel a frumento palea ventilabro ultimo separetur. Quod enim scriptum est apud Ysayam quomodo cecidit de celo lucifer mane oriens, et cetera, que sub figura regis Babilonie de eadem persona vel ad eandem personam dicta sunt, in ipsa contextione sermonis de dyabolo utique intelliguntur, et tamen quod ibi dictum est. Contritus est in terra, qui mittit ad omnes gentes, non totum ipsi capiti congruit. Nam etsi mittit ad omnes gentes dyabolus angelos suos, tamen intra corpus eius, non ipse conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo, quod contritum sit pulvis, quem proicit ventus a facie terre. Hec autem omnes regule excepta una que vocatur de promissis et lege, aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropice locutionis, que latius patet quam ut possit ut mihi videtur ab aliquo universa comprehendi. Nam ubicumque velut aliud dicitur ut aliud intelligatur, etsi nomen ipsius tropi in loquendi arte non invenitur, tropica locutio est. Que cum fit ubi fieri solet, sine labore sequitur intellectus. Cum vero non solet laboratur ut intelligatur, ab aliis magis ab aliis minus, sicut magis minusve dona dei sunt in ingeniis hominum, ut adiutoria tribuuntur. Proinde sicut in verbis propriis, de quibus superius disputavimus ubi res ut dicuntur intelligende sunt, sic in translatis que faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligendum est, de quibus huc usque quantum visum est satis egimus. Non solum admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum ut in scripturis sanctis genera locutionum sciant, et quomodo apud eas dici aliquid soleat vigilanter advertant, memoriterque retineant. Verum etiam quod est precipuum et maxime necessarium orent ut intelligant. In eis quippe libris quarum studiosi sunt legunt, quod dominus dat sapientiam et a facie eius scientia et intellectus, a quo et ipsum studium si pietate preditum est acceperunt. Sed hec satis de signis, quantum ad verba pertinet dicta sint. Restat ut de proferendis eis que sentimus sequenti volumine que dominus donaverit disseramus.

Incipit liber de rebus continentibus fidem de rebus et signis, de signis et verbis, de omnibus que intelliguntur proferendis.

Hoc opus nostrum quod inscribitur de doctrina christiana, in duo quedam fueram prima distributione partitus. Nam post proemium quo respondi eis qui hoc fuerant reprehensuri, duo sunt inquit quibus nititur omnis tractatio scripturarum, modus inveniendi que intelligenda sunt, et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius, de proferendo postea disseremus. Cum ergo de inveniendo

multa iam diximus. Et tria de hac una parte volumina absolvimus. Adiuvante ergo domino de proferendo pauca dicemus, ut si fieri poterit uno libro cuncta claudamus, totumque hoc opus quatuor voluminibus terminetur. Primo itaque exspectationem legentium, qui forte me putant rethorica daturum esse precepta, que in scolis secularibus et didici et docui, ista prelocutione cohibeo, atque ut a me non exspectentur admoneo. Non quod nichil habeant utilitatis, sed quod si quid habent, seorsum discendum est, si cui tamen fortassis bono viro etiam hec vacat discere, non autem a me vel in hoc opere vel in aliquo alio requirendum. Nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem proemio facere, isti autem non noverint? Illi falsa breviter, aperte, verisimiliter, et isti vera sic narrent, ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem, isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare? Illi animos audientium in errorem moventes impellentesque dicendo terreant, contristent, exhilarent, exhortentur ardenter, isti pro veritate lenti frigidique dormitent? Quis ita desipiat ut hoc sapiat? Cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, que ad persuadenda seu prava seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? Sed quecumque sunt de hac re observationes atque precepta, quibus tamen accedit in verbis plurimis ornamentisque laborum lingue sollertissima consuetudo, fit illa que facundia vel eloquentia nominatur, extra istas litteras meas, seposito ad hoc congruo temporis spatio, apta et convenienti etate discenda sunt ab eis qui hoc celeriter possunt. Nam et ipsos Romane principes eloquentie non piguit dicere, quod hanc artem nisi quis cito possit, numquam omnino perdiscere. Quod utrum verum sit, quid est opus querere? Non enim si possunt etiam hec aliquando a tardioribus tandem aliquando perdisci, nos ea tanti pendimus, ut eis discendis iam maturas vel etiam graves hominum etates velimus impendi. Satis est ut adolescentulorum ista sit cura, nec ipsorum omnium quos utilitati ecclesiastice cupimus erudiri, sed eorum quos nondum magis urgens et huic rei sine dubio preponenda necessitas occupavit. Quoniam si acutum et fervens assit ingenium, facilius adheret eloquentia legentibus vel audientibus eloquentes quam eloquentie precepta sectantibus. Nec desunt ecclesiastice littere, etiam preter canonem in auctoritatis arce salubriter collocatum, quas legendo homo capax, etsi id non agat, sed tantummodo rebus que ibi dicuntur intentus sit, etiam eloquio quo dicuntur, dum in hiis versatur, imbuitur, accedente vel maxime exercitatione sive scribendi sive dictandi, postremo etiam dicendi que secundum pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingenium, nec illa rethorice precepta capiuntur, nec si magno labore inculcata quantulacumque ex parte capiantur, aliquid prosunt. Quandoquidem et ipsi qui ea didicerunt et copiose ornateque dicunt, non omnes possunt ea cogitare ut dicant, cum dicunt, si non de hiis disputant. Immo vero nullos eorum existimo esse qui utrumque possint, et dicere bene et ad hoc faciendum precepta illa dicendi cogitare cum dicunt. Cavendum est enim ne fugiant ex animo que dicenda sunt, dum attenditur ut arte dicantur. Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium impleta reperiuntur precepta eloquentie, de quibus illi ut eloquerentur non cogitaverunt, sive illa didicissent sive ne attigissent quidem. Implent quippe illa quia eloquentes sunt, non adhibent ut sint eloquentes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant nisi locutiones discendo loquentium, cur eloquentes fieri non possint nulla eloquendi arte tradita, sed elocutiones eloquentium legendo et audiendo, et quantum assequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis? Nam sine preceptis rethoricis novimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerunt; sine lectis vero et auditis eloquentium disputationibus vel dictionibus neminem. Nam neque ipsa arte gramatica, qua discitur locutionis integritas, indigerent pueri, si eis inter homines qui integre loquerentur crescere daretur et vivere. Nescientes quippe ulla nomina vitiorum, quicquid vitiosum in cuiusquam ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent et caverent, sicut rusticos urbani reprehendunt etiam qui litteras nesciunt. Debet igitur divinarum scripturarum tractator et doctor, defensor recte fidei ac debellator erroris, et bona docere et mala dedocere, atque in hoc opere sermonis conciliare aversos, remissos erigere, nescientibus quid agatur, quid exspectare debeant intimare. Ubi autem benivolos, intentos, dociles aut invenerit aut ipse fecerit, cetera peragenda sunt sicut postulat causa. Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est, si tamen indigeat, ut res de qua agitur innotescat. Ut autem que dubia sunt certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero qui audiunt movendi sunt potius quam docendi, ut in eo quod iam sciunt agendo non torpeant, et rebus assensum, quas veras esse fatentur, accommodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes et increpationes, concitationes et coercitiones, et quecumque alia valent ad commovendos animos, sunt necessaria. Et hec quidem cuncta que dixi omnes fere homines in hiis que loquendo agunt facere non quiescunt. Sed cum alii faciant obtuse, deformiter, frigide, alii acute, ornate, vehementer, illum ad hoc opus unde agimus iam oportet accedere, qui potest disputare vel dicere sapienter, etiam si non potest eloquenter, ut prosit audientibus, etiam si minus quam prodesset, si eloquenter posset dicere. Qui vero affluit insipienti eloquentia, tanto magis cavendus est, quanto magis ab eo in hiis que audire inutile est delectatur auditor, et eum quoniam diserte dicere audit, etiam vere dicere existimat.

Marginal notes: exercitata nominibus — imbuitur — Nota

Quid est dicere sapienter

Nec autem sententia vel sciencia, nec illos fugit qui artem rethoricam docenda putaverunt. Fassi sunt enim sapienciam sine eloquencia parum prodesse civitatibus, eloquenciam vero sine sapiencia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam. Si hoc ergo illi qui precepta eloquencie tradiderunt in eis libris in quibus id egerunt, veritate instigante coacti sunt confiteri, veram hanc, id est supernam, que a patre luminum descendit, sapienciam nescientes, quanto magis nos non aliud sentire debemus, qui huius sapiencie filii et ministri sumus. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus, quanto in scripturis sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legendis memorieque mandandis, sed bene intelligendis et diligenter earum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt et negligunt; legunt ut teneant, negligunt ne intelligant. Quibus longe sine dubio preferendi sunt qui verba earum minus tenent, et cor earum sui cordis oculis vident. Sed utrisque ille melior qui et cum volet eas dicit et sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere, etiam quod non potest eloquenter, verba scripturarum tenere maxime necessarium est. Quanto enim se pauperiorem cernit in suis, tanto eum in istis oportet esse ditiorem, ut quod dixerit suis verbis probet ex illis, et qui propriis verbis minor erat, magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat, qui minus potest delectare dicendo. Porro qui non solum sapienter verum etiam eloquenter volt dicere, quoniam profecto plus proderit si utrumque potuerit, ad legendos vel audiendos et exercitatione imitandos eloquentes eum mitto libencius, quam magistris artis rethorice vacare precipio; si tamen hii qui leguntur et audiuntur, non solum eloquenter sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci predicatione laudantur. Qui enim eloquenter dicit, suaviter; qui sapienter, salubriter auditur. Propter quod non ait scriptura, multitudo eloquencium, sed multitudo sapiencium sanitas est orbis terrarum. Sicut autem sepe sumenda sunt et amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suavitate vel suavi salubritate quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suavitas, tanto facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui divina eloquia non solum sapienter sed eloquenter etiam tractaverunt, quibus legendis magis non sufficit tempus, quam deesse studentibus et vacantibus possint. Hic aliquis forsitan querit utrum auctores nostri, quorum scripta divinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt, sapientes tantummodo an eloquentes etiam nuncupandi sint. Que quidem questio apud meipsum et apud eos qui mecum quod dico sentiunt, facillime solvitur. Nam ubi eos intelligo, non solum nihil eis sapiencius, verum etiam nihil eloquencius mihi videri potest. Et audeo dicere omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim est quedam eloquencia que magis etatem iuvenilem decet, est que senilem, nec iam dicenda est eloquencia si persone non congruit eloquentis, ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet.

Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa. Ipsis enim congruit; alios autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate sed soliditate transcendit. Ubi vero non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquencia, sed eam non dubito esse talem qualis est ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas divinorum salubriumque dictorum tali eloquencie miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus non solum inventione verum etiam exercitatione deberet. Possem quidem si vacaret omnes virtutes et ornamenta eloquencie, de quibus inflantur isti qui linguam suam nostrorum auctorum lingue non magnitudine sed tumore preponunt, ostendere in istorum litteris sacris, quas nobis erudiendis et ab hoc seculo pravo in beatum seculum transferendis providencia divina providit. Sed non ipsa me plus quam dici potest in illa eloquencia delectant que sunt his viris cum oratoribus gentilium poetisque communia. Illud magis admiror et stupeo, quod ista nostra eloquencia ita usi sunt per alteram quandam eloquenciam suam, ut nec deesset eis nec emineret in eis, quia eam nec improbari ab illis nec ostentari oportebat. Quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur a doctis, tales res dicuntur ut verba quibus dicuntur non a dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videantur, quasi sapienciam de domo sua, id est pectore sapientis, intelligas procedere, et tanquam inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquenciam. Quis enim non videat quid voluerit dicere, et quam sapienter dixerit apostolus: Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio pacienciam operatur, paciencia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hic si quis, ut ita dixerim, imperite peritus artis eloquencie precepta apostolum secutum fuisse contendat, nonne a christianis doctis indoctisque ridebitur? Et tamen agnoscitur hic figura que climax grece, latine vero a quibusdam est appellata gradacio, quoniam scalam dicere noluerunt, cum verba vel sensus connectuntur alterum ex altero, sicut hic ex tribulatione pacienciam, ex paciencia probationem, ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur et aliud decus, quod post aliqua pronunciationis voce singula finita, que nostri membra et cesa, greci autem cola et commata vocant, sequitur ambitus sive circuitus, quem periodon illi appellant, cuius membra suspenduntur voce dicentis, donec ultimo finiatur. Nam eorum que precedunt circuitum membrorum illud est primum: quoniam tribulatio pacienciam operatur; secundum: paciencia autem probationem; tertium: probatio vero spem. Deinde subiungitur ipse circuitus, qui tribus peragitur membris, quorum primum est: spes autem non confundit; secundum: quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris; tertium: per spiritum sanctum qui datus est nobis. At hec atque huiusmodi in elocutionis arte docentur. Sicut ergo apostolum precepta eloquencie secutum fuisse non dicimus, ita quod eius sapienciam secuta sit eloquencia non negamus. Scribens ad

Corinthios in secunda epistola redarguit quosdam qui erant ex iudeis pseudo apostoli eique detrahebant. Et quoniam seipsum predicare compellitur hanc sibi velut insipientiam tribuens quam sapienter dicit quamque eloquenter. Sed comes sapientie dux eloquentie illam sequens istam precedens et sequentem non respuens. Iterum dico inquit ne quis me existimet insipientem esse. Alioquin velut insipientem suscipite me ut et ego modicum quid glorier. Quod loquor non loquor secundum deum sed quasi in stulticia in hac substantia glorie. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem et ego gloriabor. Libenter enim sustinetis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si quis vos in servitutem redigit si quis devorat si quis accipit si quis extollitur si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmati simus. In quo autem quis audet in insipientia dico audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Semen abrahe sunt et ego. Ministri christi sunt. Ut minus sapiens dico plus ego. In laboribus plurimum in carceribus habundantius in plagis supra modum in mortibus sepius. A iudeis quinquies quadraginta una minus accepi. Ter virgis cesus sum semel lapidatus sum ter naufragium feci. Nocte et die in profundo maris fui. In itineribus sepe periculis fluminum periculis latronum periculis ex genere periculis ex gentibus periculis in civitate periculis in deserto periculis in mari periculis in falsis fratribus. In labore et erumpna in vigiliis sepius in fame et siti in ieiuniis sepius in frigore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt incursus in me cottidianus sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Si gloriari oportet in hiis que infirmitatis mee sunt gloriabor. Quanta sapientia ista sint dicta vigilantes vident. Quanto vero etiam eloquentie cucurrerint flumine et qui stertit advertit. Porro autem qui novit agnoscit quod ea cesa que comata greci vocant et membra et circuitus de quibus paulo ante disserui cum decentissima varietate interponerentur totam istam speciem dictionis et quasi eius vultum quo etiam indocti delectantur moventurque fecerunt. Nam unde cepimus hunc locum inserere circuitus est primus minimus hoc est bimembris. Minor enim quam duo membra circuitus habere non possunt plura vero possunt. Ergo ille primus est. Iterum dico ne quis me existimet insipientem esse. Sequitur alius trimembris. Alioquin velut insipientem suscipite me ut et ego modicum quid glorier. Tercius qui sequitur membra habet quatuor. Quod loquor non loquor secundum deum sed quasi in stulticia in hac substancia glorie. Quartus duo habet. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem et ego gloriabor. Et quintus duo. Libenter enim sustinetis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Etiam sextus bimembris est. Toleratis enim si quis vos in servitutem redigit. Sequuntur tria cesa. Si quis devorat si quis accipit si quis extollitur. Deinde tria membra. Si quis in faciem vos cedit secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmati simus. Additur trimembris circuitus.

In quo autem quis audet in insipiencia dico audeo et ego. Hinc iam singulis quibusque cesis interrogando positis singula itidem cesa responsione redduntur tria tribus. Hebrei sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Semen Abrahe sunt et ego. Quarto autem ceso simili interrogatione posito non alterius cesi sed bimembri oppositione respondet. Ministri christi sunt. Insipiens dico super ego. Iam cesa quatuor sequentia remota decentissima interrogatione funduntur. In laboribus plurimum in carceribus habundantius in plagis supra modum in mortibus sepius. Deinde interponitur brevis circuitus quoniam suspensa pronunciatione distinguendum est. A iudeis quinquies ut hoc sit unum membrum cui connectitur alterum quadraginta una minus accepi. Deinde reditur ad cesa et ponuntur tria. Ter virgis cesus sum semel lapidatus sum ter naufragium feci. Sequitur membrum. Nocte et die in profundo maris fui. Deinde quatuordecim cesa decentissimo impetu profluunt. In itineribus sepe periculis fluminum periculis latronum periculis ex genere periculis ex gentibus periculis in civitate periculis in deserto periculis in mari periculis in falsis fratribus. In labore et erumpna in vigiliis sepius in fame et siti in ieiuniis sepius in frigore et nuditate. Post hec interponit trimembrem circuitum. Preter illa que extrinsecus sunt incursus in me cottidianus sollicitudo omnium ecclesiarum. Et huic duo membra percontatione subiungit. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Postremo totus iste quasi anhelans locus bimembri circuitu terminatur. Si gloriari oportet in hiis que infirmitatis mee sunt gloriabor. Quod vero post hunc impetum interposita narratiuncula quodammodo requiescit et requiescere facit quid decoris et delectationis habeat satis dici non potest. Sequitur enim dicens. Deus et pater domini nostri ihesu christi qui est benedictus in secula scit quod non mentior. Deinde quomodo periclitatus fuerit et quomodo evaserit brevissime narrat. Longum est cetera persequi vel in aliis sanctarum scripturarum locis ista monstrare. Quid si etiam figuras locutionis que illa arte traduntur in hiis saltem que de apostoli eloquio commemoravi ostendere voluissem. Nonne facilius homines graves me nimium quam quisquam studiosorum sibi sufficientem putaret. Hec omnia quando a magistris docentur pro magno habentur pro magno emuntur magna iactatione venduntur. Quam iactationem etiam ego redolere vereor dum ista sic dissero. Sed male doctis hominibus respondendum fuit qui nostros auctores contempnendos putant non quia non habent sed quia non ostentant quam nimis isti diligunt eloquenciam. Sed forte quis putat tamquam eloquentem nostrum elegisse me apostolum paulum. Videtur enim ubi ait. Et si imperitus sermone sed non sciencia quasi concedendo obtrectatoribus sic locutus non tamquam id verum agnoscet confitendo. Si autem dixisset imperitus quidem sermone et non addidisset sed non sciencia nullo modo aliud posset intelligi. Scienciam plane non cunctatus est profiteri sine qua esse doctor gentium non valeret. Certe si quid eius proferimus ad exemplum eloquentie ex illis epistolis utique proferimus

quas etiam ipsi obtrectatores eius qui sermonem
presentis contemptibilem putari volebant graves
et fortes esse confessi sunt, dicendum ergo mihi ali-
quid esse video et de eloquentia prophetarum, ubi per tro-
pologiam multa obteguntur. Que quanto ma-
gis translatis verbis videntur operiri, tanto magis
cum fuerint aperta dulcescunt. Sed hoc loco
tale aliquid commemorare debeo, ubi que dicta sunt
non cogar exponere, sed commendem tantum quomodo dicta
sint. Et ex illius prophete libro potissimum hoc fa-
ciam, qui se pastorem vel armentarium fuisse di-
cit, atque inde divinitus ablatum atque missum
ut dei populo prophetaret. Non autem secundum lxx inter-
pretes, qui etiam ipsi divino spiritu interpretati, ob
hoc aliter videntur nonnulla dixisse, ut ad spiritua-
lem sensum scrutandum magis admoneatur lecto-
ris intencio, unde etiam obscuriora nonnulla
eorum, quia magis tropica sunt, sed sicut ex hebreo
in latinum eloquium presbitero Jeronimo, utri-
usque lingue perito interpretante translata sunt. Cum
igitur argueret impios superbos luxuriosos et fra-
ternitatis ideo negligentissimos, rusticus vel
ex rustico iste propheta exclamavit dicens: Ve qui
opulenti estis in Syon, et confiditis in monte
Samarie, optimates capita populorum, ingredien-
tes pompatice domum Israel. Transite in Cha-
lanne et videte, et ite inde in Emath magnam,
et descendite in Geth Palestinorum, et ad optima
queque regna horum, si latior terminus eorum termi-
no vestro est. Qui separati estis in diem malum, et ap-
propinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis
in lectis eburneis et lascivitis in stratis vestris.
Qui comeditis agnum de grege et vitulos de
medio armenti. Qui canitis ad vocem psal-
terii, sicut David putaverunt se habere vasa
cantici. Bibentes in phialis vinum et optimo
unguento delibuti, et nichil patiebantur super
contritione Joseph. Numquid nam isti, qui prophe-
tas nostros tamquam ineruditos et elocutionis igna-
ros, velut docti disertique contempnunt, si ali-
quid eis tale vel in tales dicendum fuisset,
aliter se voluissent dicere, qui tamen eorum insani-
re noluissent? Quid est enim quod isto eloquio
aures sobrie plus desiderent? Primo ipsa in-
vectio quasi sopitis sensibus ut evigilarent,
quo fremitu illisa est: Ve vobis qui opulen-
ti estis in Syon et confiditis in monte Sama-
rie, optimates capita populorum ingredientes
pompatice domum Israel. Deinde ut beneficiis
dei, qui eis ampla spacia regni dedit, ostendat
ingratos quia confidebant in monte Sama-
rie, ubi utique ydola colebantur: Transite,
inquit, in Chalanne et videte, et ite inde in
Emath magnam, et descendite in Geth Pale-
stinorum, et ad optima queque regna horum, si la-
tior terminus eorum termino vestro est. Simul etiam
cum ista dicuntur, locorum nominibus tamquam
luminibus ornatur eloquium, que sunt Syon,
Samarie, Chalanne, Emath magna, et Geth
Palestinorum. Deinde verba que his adiungun-
tur locis decentissime variantur: opulen-
ti estis, confiditis, transite, ite, descendite. Con-
sequenter quoque denunciatur et futura sub ini-

quo rege appropinquare captivitas, cum adiun-
gitur: Qui separati estis in diem malum, et appro-
pinquatis solio iniquitatis. Tum subiciuntur me-
rita luxurie: Qui dormitis in lectis eburne-
is et lascivitis in stratis vestris. Qui comeditis
agnum de grege et vitulos de medio armenti.
Ista sex membra tres bimembres circuitus edi-
derunt. Non enim ait: Qui separati estis in diem
malum, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui
dormitis in lectis eburneis, qui lascivitis in
stratis vestris, qui comeditis agnum de grege et vi-
tulos de medio armenti. Quod si ita diceretur, esset
quidem et hoc pulchrum, ut ab uno pronomine repe-
tito, omnia sex membra decurrerent, et pronunciantis
voce singula finirentur. Sed pulchrius factum est
ut eidem pronomini essent bina subnexa que
tres sententias explicarent, unam ad capti-
vitatis prenunciationem: Qui separati estis in die ma-
lum, et appropinquatis solio iniquitatis; alteram ad
libidinem: Qui dormitis in lectis eburneis et
lascivitis in stratis vestris; ad voracitatem vero tertiam
pertinentem: Qui comeditis agnum de grege et vi-
tulos de medio armenti. Ut in potestate sit pronunci-
antis utrum singula finiat et membra sint sex,
an primum et tertium et quintum voce suspendat,
et secundum primo, quartum tertio, sextum quinto
conectendo tres bimembres circuitus decentissime
faciat: unum quo calamitas imminens,
alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga
mensa monstratur. Deinde luxuriosam remor-
det aurium voluptatem, ubi cum dixisset: Qui ca-
nitis ad vocem psalterii, quoniam potest exerceri sapi-
enter a sapientibus musica mirabili decore di-
cendi invectionis impetu relaxato, et non ad il-
los sed de illis iam loquens, ut nos musicam sa-
pientis a musica luxuriantis distingueremus, non licet
non ait: Qui canitis ad vocem psalterii, et sicut
David putatis vos habere vasa cantici. Sed cum illud
ad illos dixisset, quod luxuriosi audire deberent:
Qui canitis ad vocem psalterii, imperitiam quoque
eorum aliis quodammodo indicavit, adiungens: Sicut
David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes
in phialis vinum et optimo unguento delibuti. Tri-
a hec melius pronunciantur, si suspensis duobus
prioribus membris circuitus tertio finiatur. Iam
vero quod his omnibus additur: Et nichil patiebantur
super contritione Joseph, sive continuatim dicatur
ut unum sit membrum, sive decentius suspen-
datur et nichil patiebantur, et post hanc distinctio-
nem inferatur super contritione Joseph, atque sit
bimembris circuitus, miro decore non
dictum est: nichil patiebantur super contritione fratris,
sed positus est pro fratre Joseph, ut quicumque fratres proprio
significarentur eius nomine, cuius ex fratribus fa-
ma preclara est, vel in malis que pertulit vel in
bonis que rependit. Iste quoque tropus ubi Joseph
quemcumque fratrem facit intelligi, nescio utrum
illa quam didicimus et docuimus arte tradatur. Quam
sit tamen pulcher et quemadmodum afficiat legen-
tes atque intelligentes non opus est cuiquam dici
si ipse non sentit. Et plura quidem que perti-
neant ad precepta eloquentie, in hoc ipso loco quem
pro exemplo posuimus possunt reperiri. Sed bonum
auditorem non tam si diligenter discuciatur
instruit, quam si ardenter pronunciatur accen-
dit. Neque enim hec humana industria compo(si-)

Nota

Audi-
tor

ta sed divina mente sunt fusa, et sapienter et elo-
quenter, non intenta in eloquentiam sapientia, sed
a sapientia non recedente eloquentia. Si enim
sicut quidam disertissimi atque acutissimi vi-
ri dicere potuerunt, ea que oratoria
velut arte discuntur non observarentur et notaren-
tur et in hanc doctrinam redigerentur, nisi prius
in oratorum invenirentur ingeniis, quid mi-
rum si et in istis inveniuntur, quos ille misit qui
facit ingenia. Quapropter et eloquentes quidem non so-
lum sapientes canonicos nostros auctores doc-
toresque fateamur tali eloquentia usos, que pro personis
eiusmodi congruebat. Sed nos etsi de litteris eorum
que sine difficultate intelliguntur nonnulla
sumimus elocutionis exempla, nequaquam tamen
putare debemus imitandos nobis esse eos in
his que ad exercendas et elimandas quodammodo
mentes legentium, et ad rumpenda fastidia, at-
que acuenda studia discere volentium, celandos
quoque, sive ut ad pietatem convertantur, sive ut
a misteriis secludantur animos impiorum, utili
ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi
locuti sunt, ut posteriores qui eos recte intellige-
rent et exponerent, alteram gratiam disparem quidem
verumtamen subsequentem in dei ecclesia reperirent.
Non ergo expositores eorum ita loqui debent, tam-
quam se ipsos exponendos simili auctoritate proponant,
sed in omnibus sermonibus suis primitus ac ma-
xime ut intelligantur elaborent, ea quantum pos-
sunt perspicuitate dicendi, ut aut multum
tardus sit qui non intelligit, aut in rerum quas
explicare atque ostendere volumus difficultate atque
subtilitate, non in nostra locutione sit causa, quo mi-
nus tardiusve quod dicimus possit intelligi.
Sunt enim quedam que vi sua non intelliguntur
aut vix intelliguntur, quantolibet et quantumlibet qua-
mvis planissime dicentis versentur eloquio, que
no in populi audientia vel raro si aliquid urget vel
nunquam omnino mittenda sunt. In libris autem
que ita scribuntur ut ipsi sibi quodammodo lectorem
teneant cum intelliguntur, cum autem non in-
telliguntur molesti non sint nolentibus legere. Et
in aliquorum collocutionibus non est hoc officium
deserendum, ut vera quamvis ad intelligendum
difficillima que ipsi iam percepimus, cum quantolibet
labore disputationis ad aliorum intelligenci-
am perducamus, si tenet auditorem vel collocuto-
rem discendi cupiditas, nec mentis capacitas
deficit, que quomodo intimata possit accipere,
non curante illo qui docet quanta eloquentia
doceat, sed quanta evidentia. Cuius evidencie dili-
gens appetitus aliquando negligit verba cul-
tiora, nec curat quid bene sonet, sed quid bene
indicet atque intimet quod ostendere inten-
dit. Unde ait quidam, cum de tali genere locu-
tionis ageret, esse in ea quandam diligentem neg-
ligenciam. Hec sic tamen ornatum ut sordes non
contrahat. Quamvis in bonis doctoribus tanta
docendi cura sit vel esse debeat, ut verbum quod nisi
obscurum sit vel ambiguum latinum esse non potest, vul-
gi autem more sic dicatur ut ambiguitas obs-
curitasque vitetur, non sic dicatur ut a doctis,
sed potius ab indoctis dici solet. Si enim non pi-
guit dicere interpretes nostros: Non congregabo con-
venticula eorum de sanguinibus, quoniam senserunt ad re-
pertinere ut eo loco pluraliter enuntiaretur hoc
nomen quod in latina lingua singulariter tantummodo

dicitur. Cur pietatis doctorem pigeat imperi-
tis loquentem ossum potius quam os dicere, ne ista
sillaba non ab eo quod sunt ossa, sed ab eo quod sunt
ora intelligatur, ubi afre aures de correptione
vocalium vel productione non iudicant. Quid enim
prodest locutionis integritas, quam non sequitur in-
tellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit
causa, si quod loquimur non intelligunt, propter quos
ut intelligant loquimur. Qui ergo docet vitabit
verba omnia que non docent, et si pro eis alia que
intelligantur integra potest dicere, magis eliget. Si
autem non potest, sive quia non sunt, sive quia in presencia
non occurrunt, utetur etiam verbis minus integris,
dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integre.
Et hoc quidem non solum in collocutionibus, sive fi-
ant cum aliquo uno sive cum pluribus, verum etiam
et multo magis in populis, quando sermo promi-
tur, ut intelligamur instandum est, quia in collocutionibus
est cuique interrogandi potestas. Ubi autem omnes
tacent ut audiatur unus, et in eum intenta ora
convertunt, ibi ut requirat quisque quod non intel-
lexerit, nec moris est nec decoris, ac per hoc debet
maxime tacenti subvenire cura dicentis. So-
let autem motu suo significare utrum intellexerit
cognoscendi avida multitudo. Quod donec
significet, versandum est quod agitur multimo-
da varietate dicendi, quod in potestate non habent
qui preparata et ad verbum memorie retenta pronunciant.
Mox vero ut intellectum esse constiterit, aut sermo fi-
niendus aut in alia transeundum est. Sicut enim gra-
tus est qui cognoscenda enubilat, sic onerosus
qui cognita inculcat, eis dumtaxat quorum tota
expectatio in dissolvenda eorum que panduntur
difficultate pendebat. Nam delectandi gratia etiam
nota dicuntur, ubi non ipsa sed modus quo dicuntur
attenditur. Quod si et ipse iam notus est atque audi-
toribus placet, pene nichil interest utrum is
qui dicat dictor an lector sit. Solent enim et
ea que commode scripta sunt non solum ab eis
quibus primitus innotescunt iocunde legi, verum
etiam ab eis quibus iam nota sunt, neque adhuc
illa de memoria delevit oblivio, non sine iocun-
ditate relegi, vel ab utrisque libenter audiri. Que
vero quisque iam oblitus est, cum commonetur do-
cetur. Sed de modo delectandi nunc non ago, de
modo quo docendi sunt qui discere desiderant
loquor. Is est autem optimus, quo fit ut qui au-
dit verum audiat, et quod audit intelligat. Ad
quem finem cum ventum fuerit, nichil tunc amplius
de ipsa re tamquam diutius docenda laboran-
dum est, sed forte commendanda ut in corde
figatur. Quod si faciendum videbitur, ita mo-
deste faciendum est, ne perveniatur ad tedium.
Prorsus hec est in docendo eloquentia, qua fit di-
cendo, non ut libeat quod horrebat, aut ut fiat
quod pigebat, sed ut appareat quod latebat.
Quod tamen si fiat insuaviter, ad paucos qui-
dem studiosissimos suus pervenit fructus, qui
ea que discenda sunt, quamvis abiecte incul-
teque dicantur, scire desiderant. Quod cum adep-
ti fuerint, ipsa delectabiliter veritate pascuntur.
Bonorumque ingeniorum insignis est indoles
in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest
clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? Aut
quid obest lignea, si hoc potest, quando nichil querimus
nisi patere quod clausum est. Sed quoniam inter se habent non

Nota bene

De modo loquendi

nullam similitudinem vescentes atque discen-
tes propter fastidia plurimorum, etiam ipsa sine quibus
vivi non potest alimenta condienda sunt. Dixit ergo
quidam eloquens et verum dixit, ita dicere debere elo-
quentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde
addidit: docere necessitatis est, delectare suavi-
tatis, flectere victorie. Horum trium quod primo lo-
co positum est, hoc est docendi necessitas, in rebus est consti-
tuta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus.
Qui ergo dicit cum docere vult, quamdiu non intelligi-
tur, nondum se existimet dixisse quod vult ei quem vult
docere. Quia etsi dixit quod ipse intelligit, nondum illi di-
xisse putandus est a quo intellectus non est. Si vero
intellectus est, quocumque modo dixerit, dixit. Quod
si etiam delectare vult cui dicit, aut flectere, non
quocumque modo dixerit faciet, sed interest quomodo dicat ut
faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum de-
lectandus auditor, ita flectendus ut moveatur
ad agendum. Et sicut delectatur si suaviter loquaris, ita
flectitur si amet quod polliceris, timeat quod
minaris, oderit quod arguis, quod commendas am-
plectatur, quod dolendum exaggeras doleat, cum quod
letandum predicas gaudeat, misereatur eorum
quos miserandos ante oculos dicendo constituis,
fugiat eos quos cavendos terrendo proponis, et
quicquid aliud grandi eloquencia fieri potest ad
commovendos animos auditorum, non quid agen-
dum sit ut sciant, sed ut agant quod agendum esse iam sciunt.
Si autem adhuc nesciunt, prius utique docendi sunt
quam movendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis
ita movebuntur, ut eos non opus sit maioribus
eloquentie viribus iam moveri. Quod tamen cum
opus est, faciendum est. Tunc autem opus est, quan-
do cum scierint quid agendum sit, non agunt.
Ac per hoc docere necessitatis est. Possunt enim homines
et agere et non agere quod sciunt. Quis vero dixerit
eos agere debere quod nesciunt? Et ideo flectere neces-
sitatis non est, quia non semper opus est, si tam docenti
vel etiam delectanti consentit auditor. Ideo victorie
est, quia fieri potest ut et doceatur et delectetur et non
assentiatur. Quid autem illa duo proderunt si de-
sit hoc tercium? Sed neque delectare necessitatis est,
quando quidem cum dicendo vera monstrantur,
quod ad officium docendi pertinet, non eloquio agi-
tur, neque hoc attenditur ut vel ipsa vel ipsum de-
lectet eloquium, sed per se ipsa quoniam vera sunt manifes-
tata delectant. Unde plerumque delectant etiam fal-
sa patefacta atque convicta. Neque enim delectant quia
falsa sunt, sed quia falsa esse verum est, delectat dic-
tio qua hoc verum esse monstratum est. Propter eos
autem quibus fastidientibus non placet veritas si
alio quocumque modo, sed si eo modo dicatur ut place-
at et sermo dicentis, datus est in eloquencia non par-
vus etiam delectationi locus. Que tamen addita
non sufficit duris, quos nec intellexisse nec
docentis eloquio delectatos esse profuerit. Quid
enim hec duo conferunt homini, qui et confitetur ve-
rum et collaudat eloquium, nec inclinat as-
sensum, propter quem solum, cum aliquid suadet, re-
bus que dicuntur invigilat dicentis intencio?
Si enim talia docentur que credere vel nosse suf-
ficiat, nichil est aliud eis consentire, nisi confite-
ri vera esse. Cum vero id docetur quod agen-
dum est, et ideo docetur ut agatur, frustra
persuadetur verum esse quod dicitur, frustra pla-

cet modus ipse quo dicitur, si non ita discitur ut
agatur. Oportet igitur eloquentem ecclesiasticum, quando
suadet aliquid quod agendum est, non solum
docere ut instruat et delectare ut teneat, verum
etiam flectere ut vincat. Ille quippe iam remanet
ad consensionem flectendus eloquentie granditate,
in quo id non egit usque ad eius confessionem
demonstrata veritas, adiuncta etiam suavitate
dictionis. Cui suavitati tantum opere impensum est
ab hominibus, ut non solum non facienda, verum etiam
fugienda ac detestanda tot et tanta mala
atque turpia, que malis et turpibus disertissi-
me persuasa sunt, non ut eis consentiatur, sed sola de-
lectationis gratia legerentur. Avertat autem deus
ab ecclesia sua quod de synagoga iudeorum Hie-
remias propheta commemorat dicens: Pavor et
horrenda facta sunt super terram. Prophete propheta-
bant iniqua, et sacerdotes plausum dederunt
manibus suis, et plebs mea dilexit sic. Et quid
facietis in futurum? O eloquencia tanto terribi-
lior quanto purior, et quanto solidior tanto vehe-
mentior. O vere securis excidens petras. Huic
rei simile esse verbum suum, quod per sanctos prophetas fe-
cit, per ipsum hunc prophetam deus ipse dixit. Absit
itaque, absit a nobis, ut sacerdotes plaudant
manibus iniqua dicentibus, et plebs dei diligat
sic. Absit, inquam, a nobis tanta demencia. Sed
quid faciemus in futurum? Et certe minus intelli-
gantur, minus placeant, minus moveant
que dicuntur. Vera tamen dicantur, et iusta, non
iniqua libenter audiantur. Quod utique non fieret
nisi suaviter dicerentur. In populo autem gravi de quo
dictum est deo: In populo gravi laudabo te, nec il-
la suavitas delectabilis est, qua non quidem iniqua
dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumeo ver-
borum ambitu ornantur, quali nec magna at-
que stabilia decenter et graviter ornarentur. Est
tale aliquid in epistola beatissimi Cypriani, quod
ideo puto vel accidisse vel consulto factum esse, ut
sciretur a posteris quam linguam doctrine christiane
sanitas ab ista redundancia revocaverit, et
ad eloquenciam graviorem modestioremque restrin-
xerit. Qualis in eius consequentibus litteris secu-
re amatur, religiose appetitur, sed difficilli-
me impletur. Ait ergo quodam loco: Petamus No
hanc sedem, dant secessum vicina secreta, ubi
dum erratici palmitum lapsus pendulis
nexibus per arundines baiulas repunt, viteam
porticum frondea tecta fecerunt. Non dicun-
tur ista nisi mirabiliter affluentissima fecunditate
facundie, sed profusione nimia gravitati displi-
cent. Qui vero hec amant, profecto eos qui
non ita dicunt, sed castigatius eloquuntur, non pos-
se ita eloqui existimant, non iudicio ista
vitare. Quapropter iste vir sanctus et posse se os-
tendit sic dicere, quia dixit alicubi, et nolle,
quoniam postmodum nusquam egit. Itaque vir iste
eloquens cum iusta et sancta et bona dicit, neque
enim alia debet dicere, agit quantum potest, cum ista dicit,
ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter
audiatur. Et hec se posse, si potuerit et in-
quantum potuerit, pietate magis orationum quam
oratorum facultate non dubitet, ut orando pro

se ac pro illis quos est allocuturus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora iam ut dicat accedens priusquam exerat proferentem linguam, ad deum levet animam sitientem, ut ructet quod biberit, vel quod impleverit fundat. Cum enim de una quaque re que secundum fidem dilectionemque tractanda sunt multa sint que dicantur, et multi modi quibus dicantur ab eis qui hec sciunt, quis novit quod ad presens tempus vel nobis dicere vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt. Et quis facit ut quod oportet et quemadmodum oportet dicatur a nobis, nisi in cuius manu sunt et nos et sermones nostri. Ac per hoc discat quidem omnia que docenda sunt qui et nosse vult et docere, facultatemque dicendi ut decet virum ecclesiasticum comparet. Ad horam vero ipsius dictionis, illud potius bone menti cogitet convenire quod dominus ait: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis spiritus sanctus qui persequentibus traduntur pro Christo, cur non et in eis qui tradunt discentibus Christum? Quisquis ergo autem dicit non esse hominibus precipiendum quid vel ad quemadmodum doceant, si doctores sanctus efficit spiritus, potest dicere nec orandum nobis esse, quia dominus ait: scit pater vester quid vobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo; aut apostolum Paulum Tymotheo et Tito non debuisse precipere quid vel quemadmodum preciperent aliis. Que tres apostolicas epistolas ante oc[...]los habere debet, cui est in ecclesia persona doctoris impo[...]sita. Nonne in prima ad Timotheum legitur: an[...]nuntia hec et doce? que autem sunt supradicta est. Nonne ibi est: Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem? Nonne in secunda ei dicitur: Formam habe verborum sanorum que a me audisti? Nonne ibi dicitur: Satis age te ipsum probabilem operarium exhibere deo, non erubescentem, verbum veritatis recte tractantem? Ubi est et illud: predica verbum, insta oportune importune, argue, hortare, increpa in omni longanimitate et doctrina. Itemque ad Titum: Nonne dicit episcopum in nota doctrina fidelis verbi perseverantem esse debere ut potens sit in doctrina sana et contradicentes redarguere. Ibi etiam dicit: Tu vero loquere que decet sanam doctrinam: senes sobrios esse, et que sequuntur. Ibi et illud: hec loquere et exhortare et increpa cum omni imperio; nemo te contempnat. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse et cetera. Quid ergo putamus? Numquid contra seipsum sentit apostolus, qui cum dicat doctores operatione fieri spiritus sancti, ipse illis precipit quid et quemadmodum doceant? An et intelligendum est, et hominum officia ipso spiritu sancto largiente, in docendis etiam ipsis doctoribus non debere cessare? Et tamen neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Unde ipsis quoque ministris sanctis hominibus vel etiam sanctis angelis operantibus, nemo recte discit que pertinent ad vivendum cum deo, nisi fiat a deo docilis deo, cui dicitur in psalmo: doce me facere voluntatem tuam, quia tu es deus meus. Unde et ipsi Tymotheo, idem dicit apostolus loquens utique ad discipulum doctor: Tu autem persevera in hiis que didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. Sicut enim corporis medicamenta, que hominibus ab hominibus adhibentur, non nisi eis prosunt quibus deus operatur salutem, qui et sine illis mederi potest, cum sine ipso illa non possint, et tamen

adhibentur; et si hoc officiose fiat, inter opera misericordie vel beneficientie deputantur; ita et adiumenta doctrine tunc prosunt anime adhibita per hominem, cum deus operatur ut prosint, qui potuit evangelium dare homini, etiam non ab hominibus neque per hominem. Qui ergo nititur dicendo persuadere quod bonum est, nichil illorum trium spernens, ut scilicet doceat, ut delectet, ut flectat, oret atque agat, ut quemadmodum supra diximus intelligenter, libenter, obedienter audiatur. Quod cum apte et convenienter facit, non inmerito eloquens dici potest, et si non eum sequitur auditoris assensus. Ad hec enim tria, id est ut doceat, ut delectet, ut flectat, etiam illa tria videtur pertinere voluisse idem ipse Romani auctor eloquii, ubi dixit: Is erit igitur eloquens qui poterit parva summisse, modica temperate, magna granditer dicere, tamquam si adderet illa etiam tria, et sic explicaret unam eandemque sententiam dicens: Is erit igitur eloquens, qui ut doceat poterit parva summisse, ut delectet modica temperate, ut flectat magna granditer dicere. Hec autem tria sicut ab eo dicta sunt, in causis forensibus posset ostendere; non hoc est in ecclesiasticis questionibus in quibus quem volumus informare sermo versatur. In illis enim ea parva dicuntur ubi de rebus pecuniariis iudicandum est, ea magna ubi de salute ac de capite hominum; ea vero ubi nichil horum iudicandum est, nichilque agitur ut agat sive decernat, sed tantum ut delectetur auditor, inter utrumque quasi media, et ob hoc modica hoc est moderata dixerunt. Modicis enim modus nomen imposuit. Nam modica pro parvis abusive non proprie dicimus. In istis autem nostris quando quidem omnia maxime que de loco superiore populis dicimus, ad hominum salutem non temporariam, sed eternam referre debemus, ubi etiam cavendus est eternus interitus, omnia sunt magna que dicimus, usque adeo ut nec de ipsis pecuniariis rebus vel acquirendis vel amittendis, parva videri debeant que doctor ecclesiasticus dicit, sive sit illa magna sive parva pecunia. Neque enim parva est iustitia, quam profecto et in parva pecunia custodire debemus, dicente domino: Qui in minimo fidelis est, et in magno fidelis est. Quod ergo minimum est, minimum est; sed in minimo fidelem esse magnum est. Nam sicut ratio rotunditatis, id est ut a puncto medio omnes linee pares in extima ducantur, eadem est in magno disco que in nummulo exiguo, ita ubi parva iuste geruntur, non minuitur iustitie magnitudo. De iudiciis denique secularibus, quibus utique nisi pecuniariis, cum loqueretur apostolus: Audet quisquam vestrum inquit, adversus alterum negotium habens iudicari ab iniquis et non apud sanctos? An nescitis quia sancti mundum iudicabunt? Et si in vobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, nedum secularia? Secularia ergo iudicia si habueritis, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos collocate ad iudicandum. Ad reverentiam vobis dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, et hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis et fraudatis, et hoc fratres. An nescitis quia iniqui regnum dei non hereditabunt? Quid est quod

sic indignatur apostolus, sic corripit, sic exprobrat, sic increpat, sic minatur? Quid est quod sui animi affectum tam crebra et aspera vocis mutatione testatur? Quid est postremo quod de rebus minimis tam granditer dicat? Tantum ne de illo negocia secularia meruerunt? Absit. Sed hoc facit propter iusticie caritatem pietatem, que nulla sobria mente dubitante etiam in rebus quibuslibet minimis magna est. Sane si moneremus homines, quemadmodum ipsa negotia secularia vel pro se vel pro suis apud ecclesiasticos iudices agere deberent, recte admoneremus ut agerent tamquam parva submisse. Cum vero de illius viri disseramus eloquio, quem volumus earum rerum esse doctorem quibus liberamur ab eternis malis atque ad eterna pervenimus bona, ubicumque agantur hec, sive apud populum sive privatim, sive ad unum sive ad plures, sive ad amicos sive ad inimicos, sive in perpetua dictione sive in collocutione, sive in tractatibus sive in libris, sive in epistolis vel longissimis vel brevissimis magna sunt. Nisi forte quia calix aque frigide res minima atque vilissima est, ideo minimum aliquid atque vilissimum dominus ait, quod si quis dederit discipulo eius non perdet mercedem suam. Aut vero quando iste doctor in ecclesia inde facit sermonem, parvum aliquid debet existimare se dicere, et ideo non temperate non granditer sed submisse sibi esse dicendum. Nonne quando accidit ut de hac re loquentes ad populum et deus affuit ut congrue diceremus, tamquam de illa aqua frigida quedam flamma surrexerit, que etiam frigida hominum pectora ad nunc opera facienda spe celestis mercedis accenderet? Et tamen cum doctor iste debeat rerum dictor esse magnarum, non semper debet eas granditer dicere sed submisse, cum aliquid docetur; temperate, cum aliquid vituperatur sive laudatur. Cum vero aliquid agendum est et ad eos loquimur qui hoc agere debent nec tamen volunt, tunc ea que magna sunt dicenda sunt granditer et ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de una eademque re magna et submisse dicitur si docetur, et temperate si predicatur, et granditer si aversus inde animus ut convertatur impellitur. Quid enim deo ipso maius? Numquid ideo non discitur? Aut qui docet unitatem trinitatis debet nisi summissa disputatione agere, ut res ad dinoscendum difficilis quantum datur possit intelligi? Numquid hic ornamenta et non documenta queruntur? Numquid ut aliquid agat est flectendus auditor, et non ut discat potius instruendus? Porro cum laudatur deus sive de se ipso sive de operibus suis, quanta facies pulchre ac splendide dictionis oboritur ei qui potest quantum potest laudare quem nemo convenienter laudat, nemo quomodocumque non laudat. At si non colatur aut cum illo vel etiam pro illo colantur ydola sive demonia sive quecumque creatura, quantum hoc malum sit atque ut ab hoc malo avertantur homines debet utique granditer dici. Summisse dictionis exemplum est apud apostolum Paulum, ut planius aliquid commemorem, ubi ait: Dicite mihi sub lege volentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera. Sed ille qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem; que sunt in allegoria. Hec enim sunt duo testamenta, unum quidem in monte Syna in servitutem generans, que est Agar. Syna enim mons est in Arabia, que coniuncta est huic que nunc est Ierusalem, et servit cum filiis suis. Que autem sursum est Ierusalem libera est, que est mater nostra, et cetera. Itemque ubi raciocinatur et dicit: Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis testamentum confirmatum nemo irritum facit aut superordinat. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis sed tamquam in uno: et semini tuo, quod est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a deo post quadringentos xxx annos facta est lex, non infirmat ad evacuandas promissiones. Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donavit deus. Et quia occurrere poterat audientis cogitationi: Ut quid ergo lex data est, si ex illa non est hereditas? Ipse sibi hoc obiecit atque ait velut interrogans: Quid ergo lex? Deinde reddit: Transgressionis gratia posita est, donec veniret cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, deus vero unus est. Et hic occurrebat quod sibi ipse proposuit: Lex ergo adversus promissa dei? Et respondit: Absit. Redditque rationem dicens: Si enim data esset lex que posset vivificare, omnino ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide Ihesu Christi daretur credentibus. Et vel si quid eiusmodi est, pertinet ad docendi curam, non solum aperire clausa et nodos solvere questionum, sed etiam que dum hoc agitur aliis questionibus fortassis incidunt, ne id quod dicimus improbetur vel illas refellatur [illegible] occurrere, si tamen et ipsa earum solutio pa[illegible]rit occurrerit, ne moveamus quod auferre non possumus. Fit autem ut cum incidentes questioni alie questiones et alie rursus incidentibus incidentes pertractantur atque solvuntur, in eam longitudinem ratiocinationis extendatur intencio, ut nisi memoria plurimum valeat atque vigeat, ad caput unde agebatur disputator redire non possit. Valde quoque bonum est ut quicquid contradici potest si occurrerit refutetur, ne ibi occurrat ubi non erit qui respondeat, aut presenti quidem sed tacenti occurrat et minus sanatus abscedat. In illis autem apostolicis verbis dictio temperata est: Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, iuniores ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores. Et in illis: Obsecro autem vos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam sanctam deo placentem. Et totus fere ipsius exhortationis locus temperatum habet locutionis genus, ubi illa pulchriora sunt in quibus propria propriis tamquam debita reddita decenter excurrunt, sicut est: Habentes dona diversa secundum gratiam que data est nobis, sive prophetiam secundum regulam fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, sive qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui preest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adherentes bono. Caritate fraternitatis invicem diligentes, honore mutuo prevenientes, studio non pigri, spiritu ferventes, domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus vel necessariis sanctorum communicantes, hos-

pitalitatem sectantes benedicite psequentibz
vos/ benedicite z nolite maledicere/ Gaudete cu
gaudentibz/ flete cu flentibz/ idipm inuicem
sencientes Et qm pulchre ista oia sic effusa
bimembri circuitu tinniant/ no alta sapientes s;
humilibz ꝯsencientes/ Et aliquanto p9/ in hoc ipo
inquit pseuerantes/ Reddite omnibz debita/ cui
tributu tributu/ cui vectigal vectigal/ cui tim
orem timorem/ cui honorem honorem/ Que
membratim fusa clauduntur/ etia ipo circuitu/ q
duo membra ꝯtexerunt Nemini quicq debeatis
nisi ut inuicem diligatis Et p9 paululum Nox
precessit inquit/ dies aute appropinquauit Abiciam9
itaq opa tenebrarum/ z induamus nos ar
ma lucis/ sic ut in die honeste ambulem9 No
in comessationibz z ebrietatibz/ no in cubilibz z
impudiciciis no in contencione z emulacione/ sed
induite dnm ihm xpm/ z carnis prudenciam
ne feceritis in concupiscenciis/ Quod si quisqm
ita dicat z carnis prudenciam ne in concupiscenciis
feceritis/ sine dubio aures clausula numero
siore emulceret/ Sz grauior interpres/ etia ordine
maluit tenere verborum/ Quo aut hoc in greco elo
quio sonet/ quo e locutus aplus/ uiderint eius eloqi
vsq ad ista doctores/ Michi tn qd vobis eodem verborum
ordine interptatum est/ Nec ibi videtur currere
numerose Sane hunc elocutionis ornatu/ q
numerosis fit clausulis/ deesse fatendu est au
ctoribz nris Quod vtrum p interptes fiat sit/ an
qd mag arbitror ꝯsulto/ illi h plausibilia de
uitauerint/ affirmare no audeo/ quo me fat
eor ignorare Illud tn scio quod si quisqm huius
numerositatis peritus/ illorum clausulas eorumde
numerorum lege ꝯponat/ qd facillime fit/ mutatis
quibusdam verbis/ que tantidem significatione
valent vl mutato eorum/ que inuenerit ordine/
nichil horum que velut magna in scolis gramaticorum
aut rethorum didicerint/ illis diuinis
uiris defuisse cognoscet/ Et multa reperiet lo
cucionis genera tanti decoris/ que quide z in nra s;
maxime in lingua sua decora sunt/ quorum nullum
in eis/ quibz isti inflantur libris inuenitur Sz ca
uendu est/ ne diuinis grauibzq sentenciis/ du ad
ditur numerus pondus detrahatur/ Nam illa mu
sica disciplina/ vbi numerus iste plenissime discitur
vsq adeo no defuit pphis nris/ vt vir doctus
Jeronim9 commemoret in hebrea dumtaxat lin
gua/ Quorundam vitate seruaret in verbis h inde n tra
stulit/ Ego aute ut sensu meo loquar/ q michi
plus q aliis z qm aliorum e utiq notior sit in
meo eloquio/ quantu modeste fieri posse arbitr
or no pretermitto istos numeros clausularum/ i tam
auctoribz nris hinc plus placet/ qd ibi eos raris
sime inuenio/ Grande quoq dicendi genus
hoc maxime distat/ ab isto genere temperato qd
non tm verborum ornatibz comptu est/ qua affec
tibz uiolentu animi Nam capit etia illa or
namenta pene oia/ s; ea si n habuerit n requirit/
Fertur quippe impetu suo/ z elocutionis pulchri
tudinem si occurrerit in rem rapit n cura deco
ris assumit/ Satis enim e ei pp quod agitur ut
verba ꝯgruencia n oris eligantur industria/ sed
pectoris sequantur ardorem Nam si aurato ge
matoq ferro vir fortis armetur/ intentissi9
pugne agit quidem illis armis quod agit/
Non qz preciosa s; qz arma sunt Idem ipe cu
et valet plurimu etiam cu timanti telum ira/

facit/ agit aplus ut p euangelico ministerio/ pacie
ter mala huius tpis cu solacio donorum dei omnia
tolerentur/ Magna res est z granditer agitur nec
desunt ornamenta dicendi/ Ecce inquit nunc tps
acceptabile/ ecce nunc dies salutis/ nullam in quo
qua dantes offensionem/ ut no reprehendatur minist
erium nrm/ Sz in omnibz commendantes nos met
ipos/ ut dei ministros/ in multa paciencia/ in tribula
cionibz in necessitatibz in angustiis in plagis in car
ceribz/ in sedicionibz/ in laboribz/ in vigiliis/ in
ieiuniis in castitate in sciencia/ in longanimitate
in benignitate/ in spu scto/ in caritate no ficta
in verbo veritatis/ in virtute dei/ p arma iusticie
dextris z sinistris p gloriam z ignobilitatem/ p infa
miam et bonam famam/ ut seductores et ve
races/ ut qui ignoramur z cognoscimur/ Quasi mo
rientes z ecce viuimus ut coherciti z no mortifi
cati/ vt tristes semp aute gaudentes Sicut ege
ni multos aute ditantes/ tamq nichil habentes z
omnia possidentes/ Vide adhuc ardentem Os
nrm patet ad vos o Chorinthii/ cor nrm dila
tatum e et/ que p sequi longum e Itemq ad Rom
anos ait vt p secutores huius mundi caritate vin
cantur spe certa in adiutorio dei/ Ait aute gra
viter et ornate/ Scim9 inquit quoniam diligen
tibz deu oia cooperantur in bonum hiis qui scdm
ppositum vocati sunt sancti/ qm quos ante prescivit
z predestinauit/ ꝯformes ymaginis filii sui/ ut
sit ipse primogenitus in multis fratribus Quos aut
predestinauit illos et vocauit/ z quos vocauit
ipos z iustificauit/ Quos aute iustificauit il
los z glorificauit/ Quid ergo dicemus ad hec/ Si deus
p nobis/ quis contra nos Qui filio ppo no pepercit
s; pro nobis omnibus tradidit eum Quomodo n et
cu illo/ oia nobis donauit/ Quis accusabit ad
uersus electos dei/ deus qui iustificat/ Quis e
qui ꝯdempnat/ Xpus ihs qui mortuus e ma
gis aut qui resurrexit/ qui e in dextra dei/ qui
et interpellat p nobis Quis nos separabit a caritate
xpi/ Tribulatio/ an angustia/ an psecucio an
fames/ an nuditas/ an periculum an gladius Sic
scriptum e/ Quia ppter te mortificamur tota die
estimati sumus ut oues occisionis Sz in hiis
omnibz superuincimus/ p eum qui dilexit nos Cer
tus sum enim/ qz neq mors/ neq vita/ neq an
gelus/ neq principatus/ neq presencia/ neq futura
neq virtus/ neq altitudo neq profundum
neq creatura alia poterit nos separare a caritate
dei que est in xpo ihu dno nro Ad Galathas
aute qmuis tota epla illa summisso dicendi ge
nere scripta sit h in extremis partibz n e elo
quium temperatum/ tn interponit quedam locum co
motu animi/ ut sine illis quide talibz orna
mentis/ qualia sunt in hiis que modo posuim9
no possit tn n granditer dici/ dies inquit obseruatis
z menses z annos z tempora/ Timeo vos/ ne
forte sine causa laborauerim in nobis/ Estote sic
ego/ quoniam ego sic vos/ Fratres precor vos nichil me
lesistis Scitis qz p infirmitatem carnis iam pridem
Ewangelizaui nobis/ Et temptatoꝝ vestrum in
carne mea/ no spreuistis neq respuistis/ sed
sicut angelum dei/ excepistis me/ sic ihm xpm
Que ergo fuit beatitudo vestra/ Testimonium vobis
phibeo/ quia si fieri posset/ oculos vros eruissetis
et dedissetis michi Ergo inimicus factus sum vobis
verum predicans/ Emulantur vos non bene/ sed ex

Nota

clude vos volunt, ut eos emulemini. Bonum est emulari in bono semper. Et non solum cum presens sum apud vos, filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Vellem autem nunc adesse apud vos et mutare vocem meam, quia confundor in vobis. Numquid hec aut contraria contrariis verba sunt reddita, aut a liqua gradatione sibi subnexa sunt, aut cesa et membra textrinus ille composuerit? Et tamen non ideo tepuit grandis affectus, quo eloquium fervere sentimus. Ceterum apostolica ista sic clara sunt, ut et profunda sint. Atque ita conscripta memorieque mandata, ut non solum lectorem vel auditorem, verum etiam expositorem opus habeant, si quis in eis non superficie contentus altitudinem querat. Quapropter videamus ista genera dicendi in eis, qui istorum lectione ad rerum divinarum atque salubrium scientiam profecerunt eamque ecclesie ministraverunt.

Beatus Cyprianus summisso dicendi genere utitur in eo libro, ubi de sacramento calicis disputat. Solvitur quippe ibi questio, in qua queritur utrum calix dominicus aquam solam, an eam vino mixtam debeat habere. Sed exempli gratia aliquid inde ponendum est. Post principium ergo epistole iam solvere incipiens propositam questionem: Admonitos nos scias, inquit, ut in calice offerendo dominica traditio servetur, neque aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis dominus prior fecit, ut calix qui in commemoratione eius offertur mixtus vino offeratur. Nam cum dicat Christus: Ego sum vitis vera, sanguis Christi non aqua utique est, sed vinum. Nec potest videri sanguis eius quo redempti et vivificati sumus esse in calice, quando vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio predicatur. Invenimus enim in Genesi circa sacramentum Noe hoc idem precucurrisse et figuram dominice passionis illic extitisse, quod vinum bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubans nudis et patentibus femoribus, quod nuditas illa patris a medio filio denotata vel denudata est, a maiore vero et minore contecta est. Et cetera que necesse non est exequi, cum satis sit hoc solum complecti, quod Noe typum future veritatis ostendens non aquam sed vinum biberit, et sic imaginem dominice passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech dominici sacramenti prefiguratum videmus misterium, secundum quod scriptura divina testatur et dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum. Fuit autem sacerdos dei summi et benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat in psalmis spiritus sanctus ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum genui te, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Hec et alia que secuntur huius epistole summisse dictionis modum servant, quod facile est explorare legentibus. Sanctus quoque Ambrosius cum agat rem magnam de spiritu sancto, ut eum patri et filio demonstret equalem, summisso tamen dicendi genere utitur, quoniam res suscepta non ornamenta verborum aut ad flectendos animos commotionis affectum, sed rerum documenta desiderat. Ergo inter cetera in principio huius operis ait: Commotus oraculo Gedeon, cum audisset quod deficientibus licet populorum milibus, in uno viro dominus plebem suam ab hostibus liberaret, obtulit edum caprarum, cuius carnem secundum precepta angeli et azima supra petram posuit et ea iure perfudit. Que simul ut virga tetigit, quam gerebat, angelus dei, de petra ignis erupit atque ita sacrificium quod offerebat absumptum est. Quo indicio declaratum videtur, quod petra illa typum habuerit corporis Christi, quia scriptum est: Bibebant autem de consequenti petra. Petra autem erat Christus. Quod utique non ad divinitatem eius, sed ad carnem relatum est, que sitientium corda populorum perenni rivo sui sanguinis inundavit. Iam tunc igitur in misterio declaratum est, quod dominus Ihesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hedi ad culpam fu refertur, ius ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: Concupivit populus cupiditatem pessimam, et dixerunt: Quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit angelus virgam et tetigit petram, de qua ignis exiit, ostendit quod caro domini spiritu repleta divino peccata omnia humane condicionis exureret. Unde et dominus ait: Ignem veni mittere in terram etc. In quibus rei docende atque probande maxime incumbit. De genere temperato est apud Cyprianum virginitatis illa laudatio: Nunc nobis ad virgines sermo est. Quarum quo sublimior gloria est, maior et cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratie spiritualis, leta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, dei imago respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis largiter floret ecclesie matris generosa gloriosa fecunditas, quantoque plus suo numero addit gloriosa virginitas, tanto matris gaudium augescit. Et alio loco in fine epistole: Quomodo portavimus, inquit, imaginem eius qui de limo est, sic portemus imaginem eius qui de celo est. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat et veritas. Portant discipline dei memores, iusticiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendas iniurias mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Que vos singula, o bone virgines, observare, diligere, implere debetis, que deo et Christo vacantes ad dominum cui vos dicastis maiore et meliore parte preceditis. Provecte annis iunioribus facite magisterium, minores natu prebete comparibus incitamentum, hortamentis mutuis vos excitate, emulis de virtute documentis ad gloriam provocate. Durate fortiter, spiritualiter pergite, pervenite feliciter. Tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.

Ambrosius etiam genere dicendi temperato et ornato professis virginibus proponit tamquam sub exempli forma quod moribus imitentur, et dicit: Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens, intenta operi, verecunda sermonibus, arbitrum mentis solita non hominem, sed deum querere, nulli ledere, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, equalibus non invidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu lesit parentes? Quando dissensit a propinquis? Quando fastidivit humilem? Quando risit debilem? Quando vitavit inopem? eos so-

los sollicita ceterorum vitiorum ministeret quos verba non erubesceret neque perterreret verecundia. Nichil torvum in oculis, nichil in verbis procax, nichil in actu inverecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior; ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis et figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo pretendat ingressu nichil intus latere tenebrarum, ut mens nullis repagulis corporalibus impedita, tamquam lucerne lux intus posita foris luceat. Quid ergo exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam, alterum ultra naturam supfuisse, alterum pene ipsi nature defuisse; illic nulla intermissa tempora, hic congeminatos ieiunio dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obvius qui mortem arceret, non delicias ministraret etc. Hec autem propterea in exemplo huius temperati generis posui, quia non hic agit ut virginitatem voveant, que non dum voverunt, sed quales esse debeant, que iam vote sunt. Nam ut aggrediatur animus tantum ac tale propositum, grandi utique dicendi genere debet excitari et accendi. Sed martir Ciprianus de habitu virginum non de suscipiendo virginitatis proposito scripsit. Iste vero episcopus etiam ad hoc eas magno accendit eloquio. Verum ex eo quod ambo egerunt, dictionis grandis exempla memorabo. Ambo quippe invecti sunt in eas que formam pigmentis colorant vel potius ora decolorant. Quorum prior ille cum hoc ageret, agit inter cetera: Si quis pingendi artifex vultum alicuius et speciem et corporis qualitatem emulo colore signasset, et signato consummatoque simulacro manum alius inferret, ut iam formatam iam pictam quasi peritior reformaret, gravis prioris artificis iniuria et iusta indignatio videretur. Tu te existimas impune laturam tam improbe temeritatis audaciam, dei artificis offensam? Etenim impudica circa homines et incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque que dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista divini operis, prevaricatio est veritatis. Monentis apostoli vox est: Expurgate vetus fermentum ut sitis nova conspersio, sicut estis azimi. Nam pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus non in fermento veteri neque in fermento malitie et nequitie, sed in azimis sinceritatis et veritatis. Numquid sinceritas perseverat et veritas, quando que sincera sunt polluuntur, et colorum adulteris medicaminibus fucis in mendacium vera mutantur? Dominus deus tuus dicit: Non potes facere capillum unum album aut nigrum. Et tu ad vincendam domini tui vocem vis te esse potiorem audaci conatu et sacrilego contemptu. Crines tuos inficis, malo presagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris. Longum est inserere omnia que sequuntur. Ille vero posterior, ut in tales dicit: Hinc inquit illa nascuntur incentiva vitiorum, ut quesitis coloribus ora depingant, dum viris displicere formidant; et de adulterio vultus meditentur adulterium castitatis. Quanta hic amentia, effigiem mutare nature, picturam querere, et dum veretur maritale iudicium, prodere suum. Prior enim de se pronuntiat, que cupit mutare quod nata est. Ita dum alii studet placere, prius ipsa sibi displicet. Quem iudicem, mulier, veriorem requirimus deformitatis tue, quam te ipsam que videri times? Si pulchra es, quid abscondis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tue conscientie nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere; et irasceris si amet alteram, qui adulterare in te docetur. Male magistra es iniurie tue. Lenocinari refugit etiam que est passa lenonem. Et licet vilis mulier, non alteri tamen sed sibi peccat. Tolerabiliora quoque propemodum in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Satis ut existimo apparet feminas ne suam fucis adulterent formam et ad pudorem et ad timorem hac facundia vehementer impelli. Proinde neque summissum neque temperatum, sed grande omnino genus hoc elocutionis agnoscimus. Et in his autem quos duos ex omnibus proponere volui, et in aliis ecclesiasticis viris et bona et bene, id est sicut res postulat, acute ornate ardenterque dicentibus, per multa eorum scripta vel dicta possunt hec tria genera reperiri, et assidua lectione vel auditione, admixta etiam exercitatione, studentibus inolescere. Nec quisquam preter disciplinam esse existimet ista miscere, immo quantum congruenter fieri potest, omnibus generibus dictio varianda est. Nam quando prolixa est in uno genere, minus detinet auditorem. Cum vero fit in aliud ab alio transitus, etiam si longius eat, decentius procedit oratio. Quamvis habeant et singula genera varietates suas in sermone eloquentium, quibus non sinuntur eorum qui audiunt frigescere vel tepescere sensibus. Verumtamen facilius summissum solum, quam solum grande diutius tolerari potest. Commotio quippe animi, quanto magis excitanda est ut nobis assentiatur auditor, tanto minus in ea diu teneri potest, cum fuerit quantum satis est excitata. Et ideo cavendum est ne dum volumus altius erigere quod erectum est, etiam inde decidat quo fuerat excitatione perductum. Interpositis vero que sunt dicenda summissius, bene reditur ad ea que opus est granditer dici, ut dictionis impetus sicut maris estus alternet. Ex quo fit ut grande dicendi genus si diutius est dicendum, non debeat esse solum, sed aliorum generum interpositione varietur; cui tamen generi dictio tota tribuitur, cuius copia prevaluit. Interest enim quod genus cui generi interponatur vel adhibeatur certis et necessariis locis. Nam et in grandi genere semper aut pene semper temperata decet esse principia. Et in potestate est eloquentis ut dicant nonnulla summisse, etiam que possent granditer dici, ut ea que dicuntur granditer, ex illorum fiant comparatione grandiora, et eorum tamquam umbris luminosiora reddantur. In quocumque autem genere aliquorum questionum vincula solvenda sunt, acumine opus est, quod sibi summissum genus proprie vendicat. Ideo per hoc eo genere utendum est, et in aliis duobus generibus, quando eis ista incidunt; sic laudandum aliquid vel vituperandum, ubi nec dampnatio cuiusquam nec liberatio nec ad actionem quamlibet assensio requiritur, in quocumque alio genere occurrerit, genus adhibendum et interponendum est temperatum. In grandi ergo genere inveniunt loca sua duo cetera, et in summisso similiter. Temperatum autem genus non quidem semper, sed tamen aliquando summisso indiget, si ut dixi questio cuius nodus est solvendus incurrat, vel quando nonnulla que ornari possent ideo non ornantur, sed summisso sermone dicuntur, ut quibusdam quasi toris

ris ornamentorum probant eminentiore loquium. G-
randis autem genus temperata dictio non requirit. Ad
delectandos quippe animos non admovendos
ipsa suscipitur. Non sane si dicenti crebrius et
vehementius acclametur, ideo granditer putandus est dicere.
Hoc enim et acumina summissi generis et ornamenta fa-
ciunt temperati. Grande autem genus plerumque pon-
dere suo voces premit, sed lacrimas exprimit. Denique cum
apud Cesaream Mauritanie populo dissuaderem pu-
gnam civilem vel potius plus quam civilem, quam catervam
vocabant; neque enim cives tantummodo, verum etiam propinqui,
fratres, postremo parentes ac filii, lapidibus inter se in
duas partes divisi per aliquot dies continuos certo
tempore anni sollempniter dimicabant, et quisque ut
quemque poterat occidebat. Egi quidem granditer quantum
valui, ut tam crudele atque inveteratum malum
de cordibus et moribus eorum avellerem pelleremque di-
cendo; non tamen egisse aliquid me putavi cum eos
audirem acclamantes, sed cum flentes viderem.
Acclamationibus quippe se doceri et delectari, flecti
autem lacrimis indicabant. Quas ubi aspexi
immanem illam consuetudinem a patribus et avis
longeque a maioribus traditam, que pectora eorum
hostiliter obsidebat vel potius possidebat, victam
antequam re ipsa id ostenderent credidi, moxque
sermone finito ad agendas deo gratias corda atque
ora converti. Et ecce iam ferme octo vel ampli-
us anni sunt propicio Christo, ex quo illic nichil tale
temptatum est. Sunt et alia multa experimenta
quibus didicimus homines, quid in eis fecerit sapientis
granditas dictionis, non clamore potius quam gem-
itu, aliquando etiam lacrimis, postremo vite m-
utatione monstrasse. Summisso etiam dicendi genere
sunt plerique mutati, sed ut quod nesciebant sci-
rent, aut quod eis videbatur incredibile crederent,
non autem ut agerent quod agendum iam noverant
et agere nolebant. Ad huiusmodi namque duriciam flect-
endam opus est granditer dici. Nam et laudes ac vi-
tuperationes quando eloquenter dicuntur, cum sint in
genere temperato, sic afficiunt quosdam ut non
solum in laudibus et vituperationibus eloquencia
delectentur, verum et ipsi laudabiliter appetant, fu-
giantque vituperabiliter vivere. Sed numquid omnes qui
delectantur mutantur, sicut in grandi genere omnes qui
flectuntur agunt, et in summisso genere omnes qui
docentur sciunt aut credunt verum esse quod
nesciunt? Unde colligitur illa duo genera quod
efficere intendunt, hoc eis esse maxime necessarium
qui sapienter et eloquenter volunt dicere. Illud vero quod
agitur genere temperato, id est ut eloquentia ipsa de-
lectet, non est propter se ipsum usurpandum, sed ut rebus
que honeste utiliter dicuntur, si nec docente
indigent eloquio nec movente, quia et scientes
et faventes auditores habent, aliquanto promptius
ex delectatione elocutionis accedat vel tenacius
adherescat assensus. Nam cum eloquencie sit
universale officium, in quocumque istorum trium genere
dicere apte ad persuasionem, finis autem id quod in-
tendis persuadere dicendo, in quocumque istorum
trium genere dicit quidem eloquens apte ad per-
suasionem, sed nisi persuadeat ad finem non pervenit elo-
quencie. Persuadet autem in summisso genere vera
esse que dicit; persuadet et in grandi ut aga-
tur que agenda esse iam sciuntur nec aguntur;

Persuadet in temperato in genere pulchre ornateque se
dicere. Quo fine nobis quid opus est? Appetant eum
qui lingua gloriantur et se in panegiricis ta-
libusque dictionibus iactant, ubi nec docendus nec
ad aliquid agendum movendus, sed tantummodo est delectan-
dus auditor. Nos vero istum finem referamus ad
alterum finem, ut scilicet quod efficere volumus cum gran-
diter dicimus, hoc etiam isto velimus, id est ut bona mo-
res diligantur vel devitentur mala, si ab hac
actione non sic alieni sunt homines ut ad eam grandi
genere dictionis videantur urgendi, aut si iam id
agunt, agant studiosius atque in eo firmiter per-
severent. Ita fit ut etiam temperati generis ornatu
non iactanter sed prudenter utamur, non eius fine
contenti quo tantummodo delectatur auditor, sed hoc po-
tius agentes ut etiam ipso ad bonum quod persuadere
volumus adiuvetur. Illa itaque tria que sup-
posuimus, cum qui sapienter dicit, si etiam eloquenter
vult dicere, id agere debere ut intelligenter, ut liben-
ter, ut obedienter audiatur, non sic accipienda
sunt, tamquam singula illis tribus dicendi generibus
ita tribuantur, ut ad summissum intelligenter, ad
temperatum libenter, ad grande pertineat obedi-
enter audiri, sed sic potius ut hec tria semper
intendat et quantum potest agat, etiam cum in illorum sin-
gulo quoque versatur. Nolumus enim fastidiri etiam
quod summisse dicimus. Ac per hoc nolumus non so-
lum intelligenter verum etiam libenter audiri. Quid
autem agimus divinis testimoniis docendo quod
dicimus, nisi ut obedienter audiamur, id est ut credatur
eis opitulante illo cui dictum est: Testimonia
tua credibilia facta sunt valde. Quid etiam cupit
nisi credi qui aliquid licet summisso eloquio
discentibus narrat? Et quis eum vellet audire
nisi auditorem nonnulla etiam suavitate detineat?
Nam si non intelligatur, quis nesciat nec libenter
eum posse nec obedienter audiri? Plerumque autem
dictio ipsa summissa dum solvit difficillimas ques-
tiones et inopinata manifestatione demon-
strat, dum sententias acutissimas de nescio qui-
bus quasi cavernis unde non sperabatur eruit et osten-
dit, dum adversarii convincit errorem et docet fal-
sum esse quod ab illo dici videbatur invictum, tamen
maxime quando adest eius quoddam decus non appeti-
tum sed quodammodo naturale, nonnulla iactantiuncula
sed quasi necessaria atque ut ita dicam ipsis rebus exorta, in-
crepitas clausularum, tantas acclamationes
excitat, ut vix intelligatur esse summissa. Non enim
quia nec incedit ornata nec armata sed tamquam
nuda congreditur, ideo non adversarium nervis
lacertisque collidit, sed obsistentem subruit ac
destruit membris fortissimis falsitatem.
Unde autem crebro et multum acclamatur ita dicen-
tibus, nisi quia veritas sic demonstrata sic de-
fensa sic invicta delectat? Et in hoc ergo genere
summisso iste noster doctor et dictor id agere debet ut
non solum intelligenter, verum etiam libenter et obe-
dienter audiatur. Illa quoque eloquencia generis
temperati apud eloquentem ecclesiasticum nec inor-
nata relinquitur nec indecenter ornatur, nec
solum hoc appetit ut delectet, quod solum apud alios
profitetur, verum etiam in hiis que laudat sive
vituperat, istis appetendis vel firmius tenen-
dis, illis autem devitandis vel respuendis,

volt utique obedienter audiri. Si autem non auditur
intelligenter nec libenter potest. Proinde illa tria ut
intelligant qui audiunt ut delectentur ut obediant
etiam in hoc genere agendum est ubi tenet delectatio
principatum. Iam vero ubi movere et flectere grandi ge-
nere opus est auditorem, quod tunc opus est quando
et veraciter dici et suaviter confitetur, et tamen non
volt facere quod dicitur, dicendum est procul dubio grandi-
ter. Sed quis movetur si nescit quod dicitur, aut quis tene-
tur ut audiat, si non delectatur. Unde et in isto genere ubi ad
obedientiam cor durum dictionis granditate flectendum
est, nisi et intelligenter et libenter qui dicit audiatur non
potest obedienter audiri. Habet autem ut obedienter audiatur
quantacumque granditate dictionis, magis pondus vita
dicentis. Nam qui sapienter et eloquenter dicit vi-
vit autem nequiter, erudit quidem multos disce-
ndi studiosos, quamvis anime sue sit inutilis sicut
scriptum est. Scribe et pharisei in kathedra moy-
si sederunt, que dicunt facite, que autem faciunt
facere nolite, dicunt enim et non faciunt. Unde ait et
apostolus. Sive occasione sive veritate Christus annuncietur.
Christus autem veritas est, et tamen etiam non veritate annuncia-
ri veritas potest, id est, ut pravo et fallaci corde que recta
et vera sunt predicentur. Sic quippe annunciatur Jhesus
Christus ab eis qui sua querunt non que Jhesu Christi. Sed quo-
niam fideles non quemlibet hominem, sed ipsum dominum obedi-
ent audiunt qui ait. Que dicunt facite, que autem
faciunt facere nolite, dicunt enim et non faciunt, ideo
audiunt utiliter, etiam qui utiliter non agunt. Sua enim
querere student, sed sua docere non audent, de loco sci-
licet superiore sedis ecclesiastice, quam sana doctrina constituit.
Propter quod ipse dominus prius quam de talibus, quod commemoravi
diceret, premisit. Super kathedram moysi sede-
runt. Illa ergo cathedra non eorum sed moysi cogebat
eos bona dicere etiam non bona facientes. Agebant ergo
sua in vita sua, docere autem sua kathedra illos
non permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicen-
do que non faciunt, sed longe pluribus prodessent fa-
ciendo que dicunt. Habundant enim qui male
vite sue defensionem ex ipsis suis prepositis et docto-
ribus querant, respondentes corde suo aut etiam
si ad hoc erumpit ore suo atque dicentes. Quod
me precipis cur ipse non facis. Ita fit ut eum non obe-
dienter audiant, qui se ipse non audit, et dei ver-
bum quod eis predicatur, simul cum ipso predicatore con-
tempnant. Denique apostolus scribens ad Timothe-
um, cum dixisset, Nemo adolescentiam tuam con-
tempnat, subiecit unde non contempneretur atque ait sed
forma esto fidelium in sermone in conversatione in
dilectione in fide in castitate. Talis doctor ut obedi-
enter audiatur non impudenter contempnatur.
Non solum summisse ac temperate verum etiam granditer dici-
tur quia non contemptibiliter vivit. Sic namque eli-
git bonam vitam, ut etiam bonam non negligat fa-
mam, sed provideat bona coram deo et hominibus quan-
tum potest. Illum timendo, hiis consulendo. In ipso
etiam sermone malit rebus placere quam verbis, nec esti-
met dici melius nisi quod dicitur verius, nec doctor
verbis serviat, sed verba doctori. Hoc est enim quod
ait apostolus. Non in sapientia verbi ne evacuetur
crux Christi. Illud hoc valet etiam quod ait ad Timo-
theum. Noli verbis contendere. Ad nichil enim

utile est nisi ad subversionem audientium. Neque enim
hoc ideo dictum est ut adversariis impugnantibus
veritatem nichil nos pro veritate dicamus. Et ubi est
quod cum ostenderet qualis esse episcopus deberet, ait inter cetera
ut potens sit in doctrina sana et contradicentes redar-
guere. Verbis enim contendere est non curare quo-
modo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni
preferatur alterius. Porro qui non verbis conten-
dit, sive summisse sive temperate sive granditer
dicat, id agit verbis ut veritas pateat, veritas pla-
ceat, veritas moveat, quoniam nec ipsa que precepti fi-
nis et plenitudo legis est caritas ullomodo esse recta
potest, si ea que diliguntur non vera sed falsa sunt. Si-
cut autem cuius pulchrum corpus et deformis est animus
magis dolendus est, quam si deforme haberet et corpus,
ita qui eloquenter ea que falsa sunt dicunt, ma-
gis miserandi sunt, quam si illa talia deformiter
dicerent. Quid est ergo non solum eloquenter, verum etiam sapi-
enter dicere, nisi verba in summisso genere sufficientia
in temperato splendentia in grandi vehementia
veris tamen rebus quas audiri oporteat adhi-
bere. Sed qui utrumque non potest, dicat sapienter quod non
dicit eloquenter potius, quam dicat eloquenter quod
dicit insipienter. Si autem ne hoc quidem potest, ita con-
versetur ut non solum sibi premium comparet,
sed et prebeat aliis exemplum, et sit eius quasi co-
pia dicendi forma vivendi. Sunt sane quidam
qui bene pronunciare possunt, quid autem pronun-
cient excogitare non possunt. Quod si ab aliis
sumant eloquenter sapienterque conscriptum, memo-
rieque commendent, atque ad populum proferant, si eam
personam gerunt non improbe faciunt. Etiam sic enim
quod profecto utile est, multi veritatis predicato-
res fiunt, nec multi magistri, si unius veri magistri id
ipsum dicant omnes et non sint in eis scismata. Nec
deterrendi isti sunt voce Jheremie prophete, per quem deus
arguit eos, qui furantur verba eius unusquisque
a proximo suo. Qui enim furantur alienum aufe-
runt. Verbum autem dei non est ab eis alienum
qui obtemperant ei, potius que ille dicit aliena
qui cum dicat bene vivit male. Quecumque enim
bona dicit, eius excogitari videntur ingenio, sed
ab eius moribus aliena sunt. Eos itaque dixit deus
furari verba sua, qui boni volunt videri loquen-
do que dei sunt, cum mali sint faciendo que
sua sunt. Nec sane ipsi dicunt bona que dicunt
si diligenter attendas. Quomodo enim dicunt verbis
quod negant factis. Non enim frustra de talibus
ait apostolus. Confitentur se nosse deum, factis autem
negant. Modo ergo quodam ipsi dicunt, et rursus
alio modo non ipsi dicunt, quoniam utrumque verum est quod
veritas ait, de talibus enim loquens. Que dicunt
inquit facite, que autem faciunt facere nolite. Hoc
est quod ex ore illorum auditis facite, quod in operibus
videtis facere nolite, dicunt enim inquit et non fa-
ciunt. Ergo quamvis non faciant tamen dicunt. Sed alio
loco tales arguens. Ypocrite inquit, quomodo po-
testis bona loqui cum sitis mali. Sic per hoc et ea
que dicunt, quando bona dicunt, non ipsi di-
cunt, voluntate scilicet atque opere negando quod di-
cunt. Unde contingit ut homo disertus et malus
sermonem, quo veritas predicetur dicendum ab

alio non diserto sed bono ipse componat. Quod cum fit, ipse a se ipso tradit alienum, ille ab alieno accipit suum. Cum vero boni fideles bonis fidelibus hanc operam commendant, utrique sua dicunt, quia et Deus ipsorum est, cuius sunt illa que dicunt, et ita sua faciunt que non ipsi componere potuerunt, qui secundum illa composite vivunt. Sive autem apud populum vel apud quoslibet iam iamque dicturus, sive quod apud populum dicendum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendum est, dictaturus oret ut Deus sermonem bonum det in os eius. Si enim regina Hester oravit pro sue gentis temporali salute locutura apud regem ut in os eius Deus congruum sermonem daret, quanto magis orare debet ut tale munus accipiat, qui pro eterna hominum salute in verbo et doctrina laborat. Illi vero qui ea dicturi sunt que ab aliis acceperunt, et antequam accipiant orent pro eis a quibus accipiunt ut eis detur quod per eos accipere volunt, et cum acceperint orent ut bene et ipsi proferant et illi ad quos proferunt sumant, et de prospero exitu dictionis eidem gratias agant a quo id se accepisse non dubitant, ut qui gloriatur in Domino glorietur, in cuius manu sunt et nos et sermones nostri. Longior evasit liber hic quam volebam quamque putaveram, sed legenti vel audienti cui gratus est longus non est. Cui autem longus est, per partes eum legat qui habere vult cognitum. Quem vero cognitionis eius piget, de longitudine non queratur. Ego tamen Deo meo ago gratias quod in his quatuor libris non qualis ego essem, cui multa desunt, sed qualis esse debeat qui in doctrina sana, id est christiana, non solum sibi sed aliis etiam laborare studet, quantulacumque potui facultate disserui. Amen.

Sanctis fratribus et coepiscopis Eutropio et Paulo Augustinus. Caritas vestra que in vobis tanta est et tam sancta ut etiam iubenti servire delectet, petivit ut definitionibus que dicuntur Celestii esse responderem. Sic enim prenotata est eadem cartula quam dedistis: Diffinitiones ut dicitur Celestii. Que prenotatio credo quod non illius sed eorum sit qui hec attulerunt de Sicilia, ubi Celestius non esse perhibetur, sed multi talia garrientes, et sicut ait apostolus, ipsi errantes et alteros in errorem mittentes. Ex illius tamen esse doctrina vel etiam quorundam sociorum eius et nos possumus arbitrari. Nam neque iste breves diffinitiones vel potius ratiocinationes ab illius abhorrent ingenio, quod in opere alio eius inspexi, cuius eum esse constat auctorem. Et non frustra istos fratres qui hec attulerunt in Sicilia existimo audisse quod ipse docuit ista vel instruxerit. Vellem autem si possem ita obtemperare vestre fraterne benivolentie ut etiam ego tam breviter responderem. Sed nisi illa commemorem quibus respondeo, quis poterit quemadmodum respondeam iudicare? Conabor tamen quantum valeo adiuvantibus me apud Dominum vestris orationibus, ut non ultra quam necesse est meus sermo procurrat.

Ante omnia inquit interrogandus est qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcumque peccatum, quod vitari potest aut quod vitari non potest. Si quod vitari non potest, potest homo sine peccato esse quod vitari potest. Respondemus vitari posse peccatum si natura viciata sanetur gratia Dei per Ihesum Christum filium Dei. In tantum enim sana non est, in quantum id quod faciendum est aut cecitate non videt aut infirmitate non implet, dum caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, ut ea que vult homo non faciat. Item querendum est inquit: peccatum voluntatis an necessitatis est? Si necessitatis est, peccatum non est. Si voluntatis est, vitari potest. Respondemus quod supra, et ut sanemur invocamus eum cui dicitur in psalmo: De necessitatibus meis educ me. Iterum inquit querendum est: unde est peccatum, naturale an accidens? Si naturale, peccatum non est; si autem accidens est, et recedere potest, et quod recedere potest vitari potest. Respondetur naturale non esse peccatum, sed nature viciate presertim, unde facti sumus natura filii ire, parum esse ad non peccandum voluntatis arbitrium nisi adiuta sanetur gratia Dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Iterum ait querendum est quid est peccatum, actus an res? Si res est, ut auctorem habeat necesse est; et si auctorem habere dicitur, iam alter preter Deum rei alicuius auctor induci videbitur. At si hoc impium est confiteri, necesse est peccatum omne actum esse non rem. Si igitur actus est, immo quia vere actus est, et vitari potest. Respondemus peccatum quidem actum esse dici non rem, sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est non res, quoniam res pes ipse vel corpus vel homo est qui pede viciato claudicat, nec tamen vitare potest claudicationem nisi habuerit sanatum pedem. Quod etiam in interiore homine fieri potest, sed gratia Dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Ipsum sane vicium quo claudicat homo nec pes est nec corpus nec homo nec ipsa claudicatio, que utique non est quando non ambulat, cum tamen insit vicium quo fit claudicatio quando ambulet. Querat ergo quod eidem vicio nomen imponat, utrum rem velit dicere an actum an rei potius qualitatem malam qua deformis existit. Sic et in homine interiore animus res est, rapina actus est, avaricia vicium est, id est qualitas secundum quam malus est animus, etiam quando nichil agit unde avaricie sue serviat, et quando audit Non concupisces, seque vituperat et tamen avarus manet. Sed per fidem renovatur, id est sanatur de die in diem, nec tamen nisi gratia Dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Iterum inquit querendum est utrum debeat homo sine peccato esse. Proculdubio debet. Si debet, potest. Aut si non potest, ergo nec debet. Et si non debet homo cum peccato esse, debet ergo esse sine.

peccato et peccatum non erit, si illud haberi constiterit. Aut si hoc dicere absurdum est, confiteri necesse est debere hominem sine peccato esse, et constat eum non aliud debere quam potest. Respondetur eadem similitudine qua superius iam usi sumus. Cum enim videmus claudum qui sanari potest, recte utique dicimus: debet esse homo iste sine claudicatione, et si debet potest. Nec tamen cum voluerit continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus et medicina adiuverit voluntatem. Hoc est in interiore homine quod ad peccatum attinet, tamquam eius claudicationem, per eius gratiam qui venit non vocare rectos (iustos) sed peccatores, quia non est opus sanis medicus sed male habentibus. Iterum ait: Quaerendum est utrum praeceptum sit homini sine peccato esse. Aut enim non potest et praeceptum non est, aut quia praeceptum est potest. Nam cur praeciperet quod fieri omnino non posset? Respondetur: consultissime homini praecipi ut rectis passibus ambulet, ut cum se non posse perspexerit medicinam requirat, quae interioris hominis ad sanandam peccati claudicationem gratia Dei est per Iesum Christum dominum nostrum. Iterum ait: Quaerendum est quo velit Deus hominem esse, cum peccato aut sine peccato. Procul dubio non vult esse cum peccato. Et quanta haec impietas blasphemiaque sit cogitandum est, ut dicatur hominem posse esse cum peccato, quod Deus non vult, et negetur posse esse sine peccato, quod Deus vult; quasi quemquam ad hoc Deus creaverit ut posset esse quod nollet et non posset esse quod vellet, et contra suam magis quam ut secundum suam existeret voluntatem. Iam superius responsum est, sed addendum video quod spe salvi facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Tunc ergo plena iustitia quando plena sanitas, plena sanitas quando plena caritas; plenitudo enim legis est caritas. Tunc autem plena caritas quando videbimus eum sicuti est. Neque enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides pervenerit ad visionem. Iterum quaerendum est, inquit, per quod efficitur homo cum peccato, per naturae necessitatem an per arbitrii libertatem. Si per naturae necessitatem, culpa caret. Si per arbitrii libertatem, quaerendum est a quo ipsam arbitrii libertatem acceperit. Procul dubio a Deo. Deus autem quod dedit certe bonum est; negari non potest. Qua igitur ratione bonum probatur, si magis ad malum quam ad bonum pronum est, si homo per illud potest esse cum peccato et non potest esse sine peccato? Respondetur: per arbitrii libertatem factum est ut esset homo cum peccato, sed iam poenalis vitiositas subsecuta ex libertate fecit necessitatem. Unde ad Deum fides clamat: De necessitatibus meis educ me. Sub quibus positi vel non possumus quod volumus intelligere, vel quod intellexerimus volumus nec valemus implere. Nam et ipsa libertas credentibus a liberatore promittitur: Si vos, inquit, filius liberaverit, tunc liberi eritis. Victa enim vitio in quod cecidit voluntate caruit libertate natura. Hinc alia scriptura dicit: A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est.

Sicut ergo non est opus sanis medicus sed male habentibus, ita non est opus liberis liberator sed servis, ut ei dicat gratulatio libertatis: Salvam fecisti de necessitatibus animam meam. Ipsa enim sanitas est vera libertas, quae non perisset si bona permansisset voluntas. Quia vero peccavit voluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas et accipiatur tanta libertas in qua sicut necesse est beate vivendi, et numquam peccandi voluntaria felixque necessitas. Proinde inquit Deus bonum hominem fecit, propter quod illum bonum fecit, bonum ei insuper ut faceret imperavit. Et illa impium ut confiteamur hominem malum esse, quod nec factus est nec ei praeceptum est, si negemus tamen bonum posse esse, quod factum est et quod ei ut faceret imperatum est. Respondemus: Quia ergo non se ipse homo, sed Deus hominem fecit bonum, sed cum non se ipse ut sit bonus refecit, sed volentem credentem invocantem liberat a malo, quod sibi ipse fecit. Hoc autem fit dum gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum renovatur homo interior de die in diem, ut ad sempiternam non poenam sed vitam resurgat homo exterior in novissimo die. Iterum ait: Quaerendum est quot modis constet omne peccatum. Duobus ni fallor: si aut illa fiant quae prohibentur, aut illa non fiant quae iubentur. Tunc certe illa omnia quae prohibita sunt vitari possunt, quam quae praecepta sunt perfici. Nam frustra aut prohiberet aut iuberet quod vel caveri vel impleri non posset. Et quomodo negabimus posse hominem esse sine peccato, cum confiteri necesse sit tam ea omnia illa quae vetantur posse cavere quam quae imperantur efficere? Respondetur: multa esse in scripturis sanctis divina praecepta, quae omnia commemorare nimis operosum est, sed Dominus qui verbum est consummans et brevians fecit super terram, in duobus praeceptis dixit legem prophetasque pendere, ut intelligeremus quicquid aliud divinitus praeceptum est in his duobus habere finem et ad haec duo esse referendum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his inquit duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. Eundemque ergo Dei lege prohibemur et iubemur, ut illo ista compleamus. Et forte generalis prohibitio est: Non concupisces, et generalis iussio: Diliges. Unde breviter et apostolus Paulus quodam loco utrumque complexus est. Prohibitio est enim: Nolite conformari huic saeculo; iussio autem: sed reformamini in novitate mentis vestrae. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere; illud ad continentiam, hoc ad iustitiam; illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim vetustate exspoliamur et novitate induimur diligendo. Sed nec quisquam esse potest continens nisi Deus det, et caritas Dei diffunditur in cordibus nostris non per nos ipsos sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc autem fit de die in diem in his qui volendo et credendo et invocando proficiunt et praeterita obliviscentes in ea quae ante sunt extenduntur. Ideo

Hoc enim lex ista precepit ut in his implendis homo
deficit non se extollat superbia tumidus sed ad
gratiam confugiat fatigatus ac sic eum lex teren-
do ad Christum diligendum pedagogi perducat of-
ficio. Iterum querendum est inquit quomodo non
potest homo esse sine peccato voluntate an natura
Si natura peccatum non est si voluntate perfacile
potest voluntas voluntate mutari. Respondemus
admonentes esse cogitandum quanta sit ista
presumpcio qua dicitur non solum posse quod quidem adiu-
vante dei gratia negandum non est sed etiam perfaci-
le posse voluntatem voluntate mutari cum
dicat apostolus Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus
adversus carnem hec invicem adversantur ut
non ea que vultis faciatis. Non enim ait hec invi-
cem adversantur ut que potestis facere nolitis
sed non ut ea que vultis faciatis. Cur ergo concupis-
cencia carnis que utique culpabilis atque viciosa est
nichil aliud quam desiderium peccati quod iubet apostolus
precipit ne regnet peccatum in nostro mortali corpore
ubi satis ostendit esse tantum in nostro mortali cor-
pore quod permittendum non sit ut regnet. Cur ergo
ista concupiscencia non mutata est ea volunta-
te Quam voluntatem satis evidenter expressit apo-
stolus dicens Ut non ea que vultis faciatis si
facile potest voluntas voluntate mutari. Nec sa-
ne isto modo naturam sive anime seu corporis quam
deus creavit que tota bona est accusamus
sed eam dicimus propria voluntate viciatam sine
dei gratia non posse sanari. Iterum ait querendum
est. Si non potest homo sine peccato esse cuius culpa est
ipsius ne hominis an cuiuslibet alterius. Si ipsius ho-
minis quomodo culpa hominis est si hoc non est quod
esse non potest. Respondemus ideo esse hominis cul-
pam quod non est sine peccato quia sola hominis vo-
luntate factum est ut ad istam necessitatem veniret
quam sola voluntas hominis superare non potest.
Iterum ait querendum est si natura hominis bona
est quod nullus negare nisi Marcion aut Mani-
cheus audebit quomodo ergo bona est si malo ei carere
non est possibile. Omne enim peccatum malum esse quis
dubitet. Respondemus et naturam hominis bo-
nam esse et eam malo carere posse. Nam ideo
clamamus libera nos a malo quod non perficitur
quamdiu corpus quod corrumpitur aggravat animam
sed hoc agitur gratia dei fide ut aliquando dicatur
Ubi est mors contentio tua Ubi est mors acu-
leus tuus. Aculeus autem mortis peccatum virtus
vero peccati lex quia lex prohibendo auget peccati cu-
piditatem nisi diffundat spiritus caritatem que ple-
na et perfecta tunc erit cum videbimus facie ad faciem.
Et hoc inquit dicendum est Certe enim iustus
deus negari enim non potest Imputat autem deus
homini omne peccatum et hoc quoque confitendum
puto quod neque peccatum est quicquid non imputatur
in peccatum. Et si est aliquod peccatum quod vitari non
possit quomodo iustus deus dicitur si imputat cui-
quam quod creditur quod vitari non possit. Respondemus
iam olim contra superbos esse clamatum Beatus
cui non imputabit dominus peccatum. Non enim impu-
tat his qui fideliter ei dicunt Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris et iuste non imputat quia iustum est

quod ait In qua mensura mensi fueritis in ea
remetietur vobis. Peccatum est autem quod vel non
est caritas que esse debet vel minor est quam debet sive
hoc vitari voluntate possit sive non possit
quia si potest presens voluntas hoc facit Si autem non
potest preterita voluntas hoc fecit et tamen vitari potest
non quando voluntas superba laudatur sed quando
humilis laudat. Post hec ille qui ista conscrip-
sit introducit personam suam quasi cum altero
disputantem et facit se interrogari et quasi ab
interrogante sibi dici Das michi hominem
sine peccato. Et respondet Do tibi qui esse possit.
Et rursus ab interrogante dicitur ei Quis est Et
respondet Ipse tu. Quod si dixerit inquit ego ipse
esse non possum respondendum est Cuius culpa
est. Quod si dixerit mea dicendum est Et quomodo
tua est si esse non potest. Iterum facit se interrogari
et dici sibi Tu ipse sine peccato es. Qui dicis hominem
sine peccato esse posse. Et videt quod non sit sine peccato
Cuius culpa est. Quod si dixerit mea quomodo tua est Res-
pondendum est. Quomodo mea si esse non possum
Nos videmus nullum tamen eis debere verbis esse de-
bere conflictum quia non est ausus dicere hominem
esse sine peccato vel aliquem vel seipsum sed tantummodo
esse posse respondit quod neque nos negamus Quan-
do autem possit et per quem possit hoc querimus Si
enim nunc est non omni anime fideli posite in
corpore mortis huius orandum est et dicendum Di-
mitte nobis debita nostra cum iam in baptismo uni-
versa fuerint dimissa preterita. Quisquis autem
membris fidelibus Christi hoc non esse orandum persua-
dere conatur nichil aliud quam seipsum christianum
non esse profitetur. Porro si per seipsum potest homo esse
sine peccato ergo Christus gratis mortuus est. Non autem
gratis mortuus est Christus. Non ergo potest homo esse
sine peccato etiam si velit nisi adiuvetur gratia dei
per Ihesum Christum dominum nostrum. Quod ut perficiatur et
nunc in proficientibus agitur et omnino implebitur con-
tencione mortis absumpta et caritate que creden-
do et sperando nutritur videndo et obtinendo perfi-
cienda. Deinde instituit divinis testimoniis agere quod
intendit quod quale sit diligentius advertamus.
Testimonia inquit quibus probatur preceptum
esse homini ut absque peccato sit. Ad hoc videmus
Non utrum preceptum sit querit quod valde ma-
nifestum est sed homo cui preceptum esse constat
utrum in corpore mortis huius possit implere. Ubi
caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus
carnem ut non ea que volumus faciamus. De quo
corpore mortis huius non omnis liberatur qui fi-
nit hanc vitam sed qui in hac vita susceperit
gratiam et ne in vacuum susceperit bonis operibus
egerit. Aliud est enim exire de hoc corpore quod
omnes homines dies ultimus cogit aliud est autem
liberari de corpore mortis huius quod sola dei gratia
per Ihesum Christum dominum nostrum sanctis ac fidelibus
suis impartit. Post hanc autem vitam merces
perficiens redditur sed eis tantum a quibus in hac vita
mercedis meritum comparatur. Non enim ad satu-
ritatem iusticie tunc pervenient quisque pro me-
met. Nisi ad eam cum hic est esuriendo et siciendo

do cucurrerit. Beati quippe qui esuriunt et
sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Cum
ergo peregrinantes a domino per fidem ambulamus
non per speciem, unde dictum est iustus ex fide vivit,
haec est nostra in ipsa peregrinatione iusticia, ut ad il-
lam perfectionem plenitudinemque iusticiae, ubi in spe-
cie decoris eius iam plena et perfecta caritas
erit, nunc ipsius cursus rectitudine et perfectione ten-
damus castigando corpus nostrum et servituti sub-
iciendo, et elemosinas dando benigniter et di-
mittendo quae in nos sunt commissa peccata hila-
riter et ex corde faciendo, et orationibus indesinenter
instando, et haec faciendo doctrina sana, qua
edificatur fides recta, spes firma, caritas pura.
Haec est nunc iusticia, qua currimus esurientes
et sitientes ad perfectionem plenitudinemque iusticiae,
ut ea postea saturemur. Unde dominus in ewangelio
cum dixisset Nolite facere iusticiam vestram co-
ram hominibus ut videamini ab eis, ne istum nostrum
cursum fine humane glorie metiremur. Propter hoc
in expositione iusticie ipsius excursus non tria
ista: Ieiunium, Elemosinas, Orationes. Ie-
iunio quidem universa corporis castigationem signifi-
cans, Elemosinis omnem benivolentiam
et beneficentiam vel dandi vel ignoscendi, et orone
insinuans omnes regulas sancti desiderii. Ut
quia in castigatione corporis frenatur concupiscentia
que non frenari sed omnino esse non debet, nec erit in
illa perfectione iusticiae ubi nullum erit omnino pec-
catum, et saepe in usu rerum etiam concessarum atque li-
citarum exerit immoderationem suam. In ipsa vero bene-
ficientia qua iustus consulit proximo quaedam
absunt quae obsint, cum prodesse putata sint,
et aliquando per infirmitatem vel cui minus
sufficit necessitatibus aliorum vel parum in eis proficiat
quam benignitatis ac laboris impenditur, subre-
pit tedium, quo fuscetur hilaritas, in qua datorem
diligit deus. Subrepit autem tanto magis quan-
to minus quisque et tanto minus quanto magis
quisque profecerit. Hinc atque huiusmodi consideratis
merito in oratione dicimus: Dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Si tamen quod dicimus faciamus, ut vel ipsi dili-
gantur inimici, vel si quisquam adhuc parvulus in
Christo hoc dum non facit, penitenti tamen qui in
eum quisque peccavit et veniam petenti ex inti-
mo corde ignoscat, si vult ut eius orationem pater
celestis exaudiat. In qua oratione si contentiosi
esse volumus, satis nobis propositum speculum est
quo inspiciatur vita iustorum, qui ex fide vi-
vunt et perfecte currunt, quamvis sine peccato non sint.
Unde dicunt dimitte nobis, quia nondum quo cur-
runt pervenerunt. Hinc dicit apostolus: non quia iam
acceperim aut iam perfectus sim. Fratres ego me non
arbitror comprehendisse, unum autem, quae
retro oblitus in ea quae ante sunt extentus, secundum
intentionem sequor ad palmam superne vocationis
dei in Christo Ihesu. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus,
id est quotquot perfecte currimus hoc sapiamus, quod
nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur quo
perfecte adhuc currimus, ut dum venerit quod
perfectum est, quod ex parte est destruatur, id est

non iam ex parte sit sed ex toto, quia fidei et spei
iam res ipsa quae non credatur et speretur, sed quae vi-
deatur teneaturque succedat. Caritas autem, quae
his tribus maior est, non auferatur sed augeatur
et impleatur, contemplata quod credebat et quod
sperabat adepta. In qua plenitudine caritatis
preceptum illud implebitur: Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex to-
ta mente tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis
concupiscentie, quod frenetur continendo, non omnino
ex tota anima diligitur deus. Non enim caro sine anima
concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia anima car-
naliter concupiscit. Tunc erit iustus sine
ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris
eius repugnans legi mentis eius, sed prorsus
toto corde tota anima tota mente diliget deum,
quod est primum summumque preceptum. Cur ergo non precipe-
retur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita ne-
mo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum
est nesciatur. Quomodo autem sciretur si nullis pre-
ceptis ostenderetur? Sic ergo curramus ut compre-
hendamus. Omnes enim qui recte currunt comprehendunt,
non sicut in agone theatri omnes quidem currunt
sed unus accipit palmam. Curramus credendo,
sperando, desiderando; curramus corpus castigan-
do et elemosinas in bonis dandis malisque ig-
noscendis hilariter et ex toto corde faciendo et
currentium vires ut adiuventur orando, et sic au-
diamus precepta perfectionis ne currere negligamus
ad plenitudinem caritatis. His premissis ea tes-
timonia quae posuit iste cum viderimus, tamquam
nos ea protulerimus diligenter audiamus. In deutero-
nomio: Tu autem perfectus eris coram domino deo tuo.
Item illic: et non erit inconsummatus in filiis Israel.
Item salvator in ewangelio: Estote perfecti quia
pater vester qui in celis est perfectus est. Item apostolus
ad Corinthios secunda: De cetero gaudete, fratres,
perfecti estote. Item ad Colosenses: Corripi-
entes omnem hominem et docentes in omni sa-
pientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo.
Item ad Philippenses: Omnia facite sine mur-
muratione et hesitatione, ut sitis irreprehensibiles
et simplices, sicut filii dei immaculati. Item ad
Ephesios: Benedictus deus et pater domini nostri
Ihesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione
spirituali in celestibus in Christo Ihesu, sicut elegit nos
in ipso ante constitutionem mundi ut essemus sancti
et immaculati in conspectu ipsius. Item ad
Colosenses: et vos, cum essetis aliquando alie-
nati et inimici sensu eius in operibus
malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis
eius per mortem eius exhibere vos sanctos et imma-
culatos et irreprehensibiles. Item ad Ephesios: Ut
exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem
maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi, ut
sit sancta et immaculata. Item ad Corinthios
prima: Sobrii estote et iusti et nolite peccare.
Item in epistola sancti Petri: Propter quod succincti
lumbis mentis vestre sobrii perfecte sperate in eam
quae offertur nobis gratiam, quasi filii obedien-
tie non configurati prioribus ignorantie vestre, sed se-
cundum eum qui vocavit vos sanctum et ipsi sancti

omi q̄usatione sitis quia scriptū est / Sancti
eritis quia ⁊ ego scs sum / Unde ⁊ btūs dauid dt
Domine quis habitabit in thabernaclo tuo / aut
quis requiescet in monte sco tuo / Qui ingredit
sine macula ⁊ operatur iusticia / Et alibi / Et ero
inmaculatus cum eo / Et alibi / Beati inmacula
ti in uia / qui ambulant in lege dni / Item apud
Salomonem / Diligit dns sancta corda / accepti
sunt autē ei omes inmaculati / Horū testi
monia aliqua currentes exhortantur / ut pfe
currant / aliqua ipsum finē comemorat / quo cur
rendo ptendant / Ingredi autē sine macula / nō
absurde etiā ille dicit / nō qui id pfctus est / sed
qui ad ipam pfcone irreprehensibiliter currit
carens crimib; dampnabilib; / atq; ipa pcta
uenalia nō negligens / mundare elemosinis
Ingressum hoc est iter nrm / quo tendimus ad per
fectione / munda mundat oracio / Ubi ueraciter
dr / dimitte nob sicut ⁊ nos dimittim / Ut dum
nō reprehendit quod imputat / sine reprehensioe
hoc est sine macula iter ad pfconem currentis
habeatur / In qua pfcone cū ad ea uenerimus
tam nō sit omnino / quod ignoscendo mundet
Deinde iste adhibet testimonia / quib; ondat
non esse grauia diuina ptepta / Quis aut nes
ciat / cū preceptū graue sit caritas / quia finis
ptepti est caritas / et plenitudo legis ē caritas /
graue nō ee / quod diligendo fit nō timendo labo
rant autē in dei ptepts / qui timendo conant
implere / Sz pfta caritas foras mittit timore
⁊ facit ptepti sarcina leuem / nō solum / opmen
tem onere ponderib; uerpetia sublevante / mtr
pennarū / Que tū caritas ut hēatur ⁊ tanta
grā in corpe mortis hui9 hēri pt / Parū ē mre
uoluntatis arbitriu / nisi adiuuet grā dei p
ihm xp̄m dnm nrm / Diffundit quippe in cordib;
nris qd sepe dicendū est / nō p nos ipos / s p
spm scm / qui datus ē nob / Nec ob aliam tam
scriptura comeorat / nō ee grauia ptepta diui
na nisi ut anima / que illa grauia sentit in
telligat nondū se accepisse uires / quib; talia
sunt ptepta dni / qlia comendant / leuia sz
atq; suauia / et oret gemitu uoluntatis / ut im
petret donū facilitatis / Qui enī dixit / fiat cor
meū inmaculatum / ⁊ itinera mea dirige scdm
uerbū tuū / et ne dncetur mei / omis iniquitas
Et fiat uoluntas tua / sicut in celo ⁊ in terra
et ne nos inferas in temptatonem / ⁊ cetā hmoi
que comemorare longum ē / hoc utiq; orat /
ut ptepta dei faciat / que ut fient nec iubent
si nichil ibi nra uoluntas ageret / nec oraret
si sola sufficeret / Comendantur g° nō ee grauia
ut cui grauia sint / intelligat nondū se accep
isse donū / quo grauia nō sunt / nec arbitret se
ca pficere / quando ita facit ut grauia sint / hyla
rem enī datorem / diligit deus / nec tū tū ea g
uia sentit / desperando frangatur / s ad querē
dum petendum pulsandumq; cogatur / Audi
amus ergo ⁊ in hijs testimonijs / que deinde po
suit / dm sua ptepta nō grauia comendantem /
qd dei mandata inquis nō in impossibilia
sunt / uerum ne grauia quidem / In deutronomio
Et conuertetur dominus deus tuus epula
ri in te sup bonis / sicut epulatus est sup pa
tres tuos / Si audieritis uoce dni dei uri / custo
dire ⁊ facē omnia mandata eius / ⁊ iusticias et
iudicia que scripta sunt in libro legis hui9 / Si
conuersus fueris ad dnm deum tuum / ex toto cor
de tuo / et ex tota aiā tua / quia mandatū hoc
quod ego mando tibi hodie nō ē tibi graue neq;
longe est a te / Non ē in celo ut dicas / qs asce
det in celum ⁊ accipiet illud nobis ⁊ audien
tes faciemus / Non ē transmare ut dicas / qs
transfretabit mare / ⁊ accipiet illud nobis / ⁊ au
dientes faciem9 / Iuxta te ē enī ubū in ore tuo
et in corde tuo / ⁊ in manib; tuis / facē illud / Et
dns in euāgelio / Uenite ad me omes qui la
boratis ⁊ onerati estis / ⁊ ego uos requiescere fa
ciam / Tollite iugū meū sup uos ⁊ discite a
me qz mitis sum ⁊ humilis corde / et inuenietis
requiē aiab; uris / Iugū enī meū suaue est
et onus meū leue / Item in epla sci Johannis
hec ē caritas dei / ut mandata eius obseruem9
et mandata eius grauia nō sunt / hijs audit
legitimis euangelicis ⁊ aplicis testimonijs
erigitemur ad grām / qua nō intelligunt / qui
ignorantes dei iusticiā / ⁊ suā uolentes consti
tuere / iusticie dei nō sunt subiecti / Si enī nō in
telligunt illud / ex deutronomio / quēadmodū
Paulus aplus comemorauit / ut corde credat
ad iusticiā / ore autē fiat confessio ad salutem
Quia nō eo p9 sanis medicus / s male habentibus
Isto certo Johannis apli testimonio / qd ad
istā sententiā posuit / ubi ait / h ē caritas
dei ut mandata eius obseruem9 / ⁊ mandata
eius grauia nō sunt / debent utiq; comoneri ca
ritati dei nō ee graue mandatū dei / que nō ni
p spm scm diffundit in cordib; nris / nō huma
na uoluntate cui plus dando qz oportet ig
norant iusticiam dei / Que tamē caritas tūc
pfta erit / cū penalis timor omis abscesserit /
Post hec ꝓposuit testimonia / que contra eos
dici solent / Nec eas soluit / sed comeorando
qsi contraria questiones arctius illigauit / Sunt enī
Testimonia scripturarū que cōmemoro ponenda
sunt / hijs qui arbitrij libertate uel nō peccan
di possibilitate impite existimat / se scriptu
rarū autē posse destruere / Obicere enī solet
inquit / Quod scūs Job dixit / Quis mund9
ē a pctō / Nec infans cui9 ē unius diei / uita
sup terram / deinde qz videt huic testimonio
alijs testimonijs / quod ipe Job dixerit / Iustus
enī uir ⁊ sine querela / factus sum in derisum /
nō intelligens posse dici hominem iustū / qui
pfctoni iusticie plurimū accessit / ita ut ei proxim9
fieret / qd multos etiā in hac uita potuisse
in qua ex fide uiuitur nō negamus / hoc ⁊ illo
testimonio confirmat / qd iste consequens / adiu
xit ab eod Job dictum / Ecce ego proxim9 sum
iudicio meo / ⁊ scio quia iustus inueniar / hoc
ē enī iudiciū de quo alibi dicit / Et educet qs
lumē iusticiā et iudiciū tuū uelud meridiem
Denique nō dixit ibi / sum / s proxim9 sum / Quod
si iudiciū suū / illud intelligi uelit / nō quo ipe
iudicabit / sed quo in fine iudicandus ē / tā in ul
lo iudicio inueniuntur / omis qui nō fallant

dicunt / dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris / per hanc enim dimis-
sionem iusti inveniuntur et quod ea hunc habebant
peccata elemosinis diluerunt / Unde dominus dicit
Date elemosinas et ecce omnia munda sunt vobis
denique hoc dicitur iustis in regnum promissum itu-
ris Esurivi enim et dedistis michi manducare
et cetera huiusmodi / Sed aliud est esse sine peccato quod
de solo unigenito in hac vita dictum est, aliud
esse sine querela, quod de multis iustis, etiam
in hac vita dici potuit / quia est quidam modus
bone vite, de quo etiam in ista humana conversatione
iusta querela esse non possit / Quis enim iuste queritur
de homine qui nemini male vult et quibus potest
fideliter consulit, nec tenet cuiusquam iniurias cum
libidine vindicandi / ut veraciter dicat / Sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris, et tamen eo ipso quod ve-
rum dicit: dimitte sicut et nos dimittimus / sine
peccato se non esse declarat / Unde est quod dicit Nichil
erat iniquum in manibus meis / sed oratio mea mun-
da Hinc erat munda oratio, quia veniam non iniu-
ste petebat qui veraciter dabat / Et quod dicit de do-
mino contentiones enim multas meas fecit sine causa
Non ait nullas fecit cum causa sed multas sine
causa / Sed enim propter multa peccata eius facte sunt
ei multe contentiones / sed propter probationem patientie
Aut propter peccata sine quibus ut alibi confitetur non fuit /
pauciora se pati debuisse iudicavit / Item quod
dicit vias enim eius custodivi non declinavi a
mandatis eius neque discedam custodit vias
dei qui non sic exorbitat ut eas relinquat sed
in eis currendo proficit / et si aliquando ut infir-
mus offendat / aut titubat proficit autem minuen-
do peccata donec perveniat ubi sine peccato sit Non
enim aliter potest eo modo proficere nisi custodiendo vi-
as eius / Declinat autem a mandatis domini neque
discedit apostata non ille qui etiam si habet peccatum con-
fligendo tamen cum perseverantiam non relinquit do-
nec eo perveniat ubi nulli mortis contentio re-
manebit In isto quoque conflictu ea induimur iustitia
qua hic ex fide vivitur et ea quodammodo loricamur
Assumimus quoque iudicium quod etiam contra nos pro nobis
facimus / quando peccata nostra accusando dampnamus
unde scriptum est Iustus ipse sui accusator est /
in primordio sermonis huius libri dicit Iustitia
vestitus eram et induebam iudicium sicut clami-
dem Nam et ista vestis belli magis solet esse
quam pacis ubi adhuc expugnatur concupiscentia
non ubi erit plena sine aliquo prorsus hoste iu-
stitia novissima inimica morte destructa Quod
autem ait iste sanctus Iob Non enim reprehendit me cor
meum in omni vita mea / et nos in ista vita
in qua ex fide vivimus non reprehendit cor nostrum
Si eadem fides in qua corde creditur ad iustitiam
non negligit reprehendere peccatum nostrum Unde dicit apo-
stolus Non enim quod volo facio bonum / sed quod
odi malum hoc ago / Bonum est enim non concupiscere
Et hoc bonum vult iustus / qui ex fide vivit et
facit tamen quod odit / quia concupiscit quamvis post con-
cupiscentias suas non eat Quod si fecerit tunc
vere ipse facit / dum cedit ut consentiat ut deside-
rio peccati obediat Tunc tamen cor eius reprehendit
quia reprehendit ipsum non illud peccatum eius quod
habitat in membris eius Cum vero non sinit pec-

catum in suo mortali corpore ad obediendum deside-
riis eius nec membra exhibet arma iniquitatis
peccato inest quidem peccatum in membris eius sed non regnat
quia non obeditur desideriis eius Et ideo dum quod
non vult agit id est non vult concupiscere et concupiscit
consentit legi quoniam bona est hoc enim vult et ipse
quod lex / quia vult ipse non concupiscere et lex dicit non
concupisces In hoc / quo vult quod et lex vult procul du-
bio consentit legi / Concupiscit tamen quia non est sine pec-
cato Sed etiam ipse non operatur illud sed id quod in
illo habitat peccatum Ideo non eum reprehendit cor eius
in omni vita eius Scit enim quia non habitat in
carne eius bonum ubi habitat peccatum sed non ei consenti-
endo vivit ex fide qua invocat deum ut adiu-
vetur pugnans contra peccatum Quod ut omnino ibi non
sit adiacet ei velle sed perficere bonum non adiacet
Non facere bonum non adiacet sed perficere Nam in eo
quod non consentit bonum facit in eo quod odit concu-
piscentiam suam bonum facit et in eo quod elemosinas
facere non cessat bonum facit et in eo quod illi qui in
eum peccat ignoscit bonum facit et in eo quod petit
dimitti sibi debita sua / et veraciter dicit quod di-
mittat etiam ipse debitoribus suis et orat ne infera-
tur in temptationem sed liberetur a malo bonum facit
Sed tamen perficere bonum non adiacet quod tunc erit quando
concupiscentia illa que habitat in membris eius nulla
erit Non ergo eum reprehendit cor eius quando repre-
hendit peccatum quod habitat in membris eius et non
habet quam reprehendat infidelitatem eius ita nec in vi-
ta sua id est in fide sua a corde suo reprehenditur et sine
peccato non esse convincitur Quod et ipse Iob de se confitetur
ubi dicit Nichil te latuit peccatorum meorum Signasti
iniquitates meas in sacculo et annotasti si quid
invitus transgressus sum Testimonia ergo que po-
suit de verbis sancti viri Iob Nos sicut potuimus
quemadmodum sunt accipienda monstravimus nec
tamen ille solvit quod eundem Iob dixisse proposuit Nemo
est mundus a peccato Nec infans cuius est diei
unius vita super terram Ceterum proponere solent
inquit Omnis homo mendax Neque hoc tamen contra
se a seipso propositum solvit sed commemorando alia
velud contraria testimonia apud eos qui non
intelligunt satis scriptura divina eloquia in lite
dimisit Ait enim quibus respondendum est quod in nume-
rorum libro scriptum est homo verax Et de sancto Iob
legitur ita Erat enim vir habitans in regione
Ausitide nomine Iob verax sine crimine iustus
dei cultor abstinens se ab omni re mala Mi-
ror quod ausus est ponere hoc testimonium ubi
dictum est abstinens se ab omni re mala cum hoc
ab omni peccato vellet intelligi cum superius dixit
peccatum actum esse malum non rem Reminiscatur
ergo quia etiam si actus est res potest dici Abstinens
se ab omni re mala quia peccato sive quo non est vel numquam
consentit vel si aliquando premitur non opprimitur sicut
luctator fortior Et si aliquando tenetur non ideo
perdit quo superior invenitur legitur sane homo
sine crimine legitur sine querela et non legitur
sine peccato nisi filius hominis unus idemque dei filius
unicus Item inquit apud ipsum Iob et mira-
culum tenuit veracis hominis Item apud Salemonem
de sapientia Veri mendaces non erunt illius me-

mores. Ubi autem veraces invenient in illa /
Item in Apokalipsi / Et in ore ipsorum non est inven-
tum mendacium / sine macula sunt / Quod hec
et nos videmus admonentes quo dicendus sit
homo verax per dei graciam et veritatem / qui per se
ipsum sine dubio mendax est / Unde dictum est omnis
homo mendax / hoc testimonium sonat de sapiencia
quod ipse posuit / Ubi autem veraces invenientur
in illa / qui procul dubio non in illa / sed in seipsis in
veniuntur esse mendaces / sicut est / Fuistis aliquando
tenebre / nunc autem lux in domino / cum dicit et te
nebre non dixit in domino / cum autem dixit lux addi
dit utique in domino / quia in seipsis lux esse non posset
Ut qui gloriatur in domino glorietur / Illi vero in Apoka
lipsi propterea tales dicti sunt / quod non sit inventum in
ore eorum mendacium / quia non dixerunt se non habere pec
catum / Quod si dicerent seipsos seducerent et ve
ritas in eis non esset / Porro sinceritas in eis
non esset inveniretur in ore eorum mendacium. Quod
si propter iniudia tamen essent sine peccato dicerent se non
esse sine peccato hoc ipsum esset mendacium falsumque
esset quod dictum est / Non est inventum in ore eorum
mendacium / Ideo ergo sine macula sunt / quia
sicut ipsi dimiserunt debitoribus suis / sic illis
deo dimittente mundati sunt / Ecce nos ut
valuimus exposuimus / quomodo accipienda sint testi
monia / que pro sua causa commemoravit / Ipse
autem quo sit accipiendum quod scriptum est omnis homo
mendax omnino non solvit / nec solvere poterit /
nisi correcto errore / quo credit hominem sine
adiutorio gracie dei / per solam propriam voluntatem
posse esse veracem / Hic aliam que sequitur
questionem proposuit / nec solvit in uno verbo amovit /
et difficiliorem reddidit / proponendo adversum se
prolatum testimonium / Non est qui faciat bonum
non est usque ad unum / cui contraria testimonia refe
rendo / quibus ostenderet esse homines qui faciunt
bonum / Quod quidem ostendit / sed aliud est non facere bo
num / aliud non esse sine peccato / eciam si homo faciat
multa bona / Quapropter ea testimonia / que po
suit non sunt contra illud / quod dicitur non esse in hac
vita sine peccato / ipse autem non ostendit quemadmodum dictum
sit / Non est qui faciat bonum non est usque ad u-
num. Ait enim dixisse sanctum David / Opera in domino et
fac bonitatem / hoc preceptum est non factum / Quod
preceptum non utique faciebant / de quibus dictum est
Non est qui faciat bonum non est usque ad unum
Ait enim dixisse sanctum Thobiam / Noli timere fili
Pauperem vitam gessimus / sed multa bona
habebimus si timuerimus deum et recesserimus
ab omni peccato / Tunc enim ei nulla erunt mala / ut
non oporteat dicere libera nos a malo / quamvis
et tunc omnis qui proficit recta intencione proficiens
recedit ab omni peccato et tanto magis fit longin
quior / quanto plenitudini iusticie et perfectionis propin
quior / quia et ipsa concupiscentia quod est peccatum habi
tans in carne nostra etsi manet adhuc in
membris mortalibus minuitur tamen non desinit in profi
cientibus / Aliud est ergo recedere ab omni peccato
quod nunc in opere est. Aliud est recessisse ab
omni peccato / quod in illa perfectione tunc erit / Sed tamen

et qui iam recessit et qui adhuc recedit / non
est negandus facere bonum / Quomodo ergo dictum est
Non est qui faciat bonum non est usque ad unum
Quod ille proposuit / et non solutum reliquit / nisi quia
populum quendam psalmus ille culpat / in quo
nec unus erat qui faceret bonum / dum volunt
remanere filii hominum et non esse filii dei / cuius gracia
homo fit bonus ut faciat bonum / De illo enim bo
no dictum hic habemus accipe quod ibi ait / Deus
de celo prospexit super filios hominum ut videat si
est intelligens aut requirens / hoc ergo bonum
quod est requirere deum non erat qui faceret non erat
usque ad unum / sed in eo genere hominum quod predestinatum
est ad interitum / super hos respexit dei presciencia
protulitque sentenciam / Item dicunt inquit illud
quod salvator ait / Quid me dicis bonum / Ne
mo bonus nisi solus deus / Hanc etenim proposi
cionem omnino non solvit / sed opposuit velut e contra
adversa alia testimonia quibus probaret esse et hominem
bonum / Dixit enim esse videndum quod idem dominus alibi
ait / Bonus homo de bono thezauro cordis sui
profert bona / Et iterum / Qui solem suum oriri fa
cit super bonos et malos / Et alibi scriptum est inquit
Bonis bona creata sunt ab inicio / Et iterum
qui sunt boni erunt habitatores terre / Cui
sic videndum est / ut et illud intelligatur quomodo
dictum sit Nemo bonus nisi unus deus / Omnia
omnia que creata sunt / quamvis ea deus fecerit
Bona valde / Creatori tamen comparata nec bona
sunt / Cui comparata nec sunt / Altissime quippe
et proprio modo quodam de seipso dixit / Ego
sum qui sum / sicut dictum est / Nemo bonus nisi
unus deus / quemadmodum de Johanne dictum est / Non
erat ille lumen / cum dominus eum dicat esse lucernam /
Sicut discipulos quibus dixit Vos estis lumen
mundi. Nemo accendit lucernam et ponit eam sub
modio / sed in candelabro / Sed illius quod est lu
men verum / illuminans omnem hominem venientem
in hunc mundum non erat ille lumen / Omnes
etiam quia ipsi filii dei comparati sibi ipsis quales in
illa perfectione eterna futuri sunt / ita boni sunt
ut et adhuc et mali sint / Quod de illis dicere
non auderem / quis enim audeat dicere malos esse
quorum pater est deus / nisi ipse dominus diceret / Si ergo
vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis
vestris / quanto magis pater vester qui in celis est da
bit bona petentibus se / Cum ait utique pater vester
filios dei iam esse monstravit / quos tamen adhuc malos
esse non tacuit / Ille tamen non solvit / quo et isti boni
sint et nemo sit bonus nisi unus deus / Un
de ille admonitus est qui interrogavit quid
boni faceret / ut illum quereret cuius gracia bonus
esset / Cui bonum esse hoc est ipsum esse quia incom
mutabiliter bonus non potest omnino malus esse
Item dicunt inquit / quis gloriabitur castum
se habere cor / Et adhuc respondit multis testi
moniis volens ostendere posse esse in homine
castum cor / nec tamen dicit quo accipiendum sit quod
proposuit / quis se dicat / Quis gloriabitur castum se habere
cor / ne scriptura divina in hoc testimonio
et in his per que videtur sibi ipsa adversaria /

videatur / Nos autem hinc videntes dicimus
ideo scriptum esse Quis gloriabitur castum se habere
cor quis presumit / Cum rex iustus sederit in th
rono / Quantalibet enim iusticia sit preditus ho
cogitare debet ne aliquid in illo quod ipse non videt
inveniatur esse culpandum / Cum rex iustus sederit
in throno / cuius cognicionem fugere delicta non possunt
nec illa de quibus dictum est / delicta quis intelli
git / Cum rex iustus sederit in throno / quis glo
riabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundum
se esse a peccato / nisi forte isti / qui volunt in sua ius
ticia non in ipsius iudicis misericordia gloriari Tamen et illa
vera sunt / que videndo subiecit / quod salvator ait
in ewangelio / Beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt / Et quod david dicit / Quis ascendet in
montem domini / aut quis stabit in loco sancto eius Inno
cens manibus et mundo corde / Et alibi Benefac domine
domine bonis et rectis corde Item apud Salomonem
Bona est substancia cui non est peccatum in consciencia Et
illud Averte te a delicto et dirige manus et ab
omni delicto munda cor tuum Item in Epistola Iohannis
Si cor nostrum nos non reprehendit fiduciam habemus
ad deum et quecumque pecierimus accipiemus ab eo
hoc enim agitur voluntate credendo / sperando dili
gendo / corpus castigando / elemosinas faciendo /
iniurias ignoscendo / instanter orando / et proficiendi
vires precando / veraciterque dicendo Dimitte
nobis sicut et nos dimittimus / et ne inferas nos
in temptacionem Sed libera nos a malo Hoc
prorsus agitur / ut cor mundetur et peccatum omne
tollatur / et quod iustus iudex / cum in throno sederit
occultum invenerit / minus sed mundatum / eius misericordia
remittatur / ut deo videndo totum sanum mundumque
reddatur / Iudicium sine misericordia sed illi qui non facit
misericordiam / Superexaltat autem misericordia iudicium / Quod si
non esset / que spes esset / quando quidem cum rex iustus
sederit in throno / quis gloriabitur castum se habere cor /
aut quis gloriabitur mundum se a peccato / Tunc ergo per eius
misericordiam iusti plene perfecteque mundati fulgebunt in
regno patris sui / sicut sol / tunc plene atque perfecte / erit
ecclesia non habens maculam / aut rugam / aut aliquid
eiusmodi / quia tunc etiam erit vere gloriosa / Cum enim non
tantum ait / Ut exhibet sibi etiam / non habentem macu
lam aut rugam / sed addidit gloriosam / satis signi
ficavit / quando erit sine macula et ruga / aut aliquid
eiusmodi Tunc utique quando gloriosa Non enim modo in
tantis malis in tantis scandalis in tanta per
mixtione hominum pessimorum in tantis obprobriis im
piorum / dicenda est eam esse gloriosam / quia reges ei
serviunt / ubi est periculosior maiorque temptacio /
Sed tunc potius erit gloriosa / quando fiet / quod idem
Apostolus ait / Cum Christus apparuerit vita vestra / tunc et
nos apparebimus in gloria / Cum enim dominus ipse / secundum
formam servi / per quam se mediator coniunxit ecclesie
non fuit glorificatus / nisi gloria resurrectionis / unde
dictum est / Spiritus autem non erat datus / quia Ihesus
nondum fuerat glorificatus / quomodo dicenda est ante
resurreccionem suam ecclesia eius esse gloriosa / Mundat
ergo nunc lavacro aque in verbo / abluens peccata preterita
expellens ab ea dampnacionem malorum angelorum
Deinde perficiens eius sanitates / facit eam pervenire
re in illam gloriosam sine macula et ruga / Quos
enim predestinavit illos et vocavit / Et quos vo

cavit illos et iustificavit Quos autem iustifica
vit illos et glorificavit In hoc mysterio dictum arbitror
Ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et
cras et tercia consummor id est perficior Dixit enim hoc
ex persona corporis sui / quod est ecclesia dies ponens pro dis
tinctis ordinatisque temporibus / quod et in sua resurreccione
significavit in triduo / Puto autem intersse inter
rectum corde / et mundum corde / Nam rectus corde
in ea que ante sunt extendit ea que retro sunt
obliviscens / ut recto cursu id est recta fide atque inte
rione perveniat / ubi habeat mundum corde / sicut illa
singula reddenda sunt / singulis ubi dictum est / Quis
ascendet in montem domini / aut quis stabit in loco
sancto eius / Innocens manibus et mundo corde / In
nocens manibus ascendet / et mundo corde stabit /
Illud in opere est / illud in fine Et illud magis in
telligendum est / quod dictum est Bona est substancia cui non est
peccatum in consciencia Tunc enim erit vere bona substancia
id est vere divicie / cum transierit tota paupertas id est cum con
sumpta fuerit omnis infirmitas Nunc vero cavetur
se homo a delicto / cum proficiendo inde discedit / et re
novatur de die in diem / et dirigat manus in op
era misericordie / et ab omni delicto mundet cor suum / dum
opera miseracionis iuvetur / et quod restat per veniam
remittatur / hoc enim salubriter et sine vana
namque iactancia / bene intelligitur in eo / quod dixit
sanctus Iohannes / Si cor nostrum nos non reprehendit / fi
duciam habemus ad deum / et quecumque pecierimus acci
piemus ab eo / Hoc enim videtur isto loco / admo
nuisse ne cor nostrum nos in ipsa oracione et peticione
reprehendat / hoc est ne forte cum ceperimus dicere / Di
mitte nobis sicut et nos dimittimus / compungamur
non facere quod dicimus / aut etiam non audeamus dicere
quod non facimus / et fiduciam petendi amittamus /
Item sibi opposuit testimonium scripturarum quod
eis dici solet / quia non est homo iustus in terra / qui fa
ciat bonum et non peccet / et qui videt aliis testi
moniis / quia dominus de sancto Iob ait / Numquid consi
derasti servum meum Iob / Non enim est similis quis
quam in terris homo sine querela verus dei cultor
abstinens se ab omni malo Unde iam supra disse
ruimus / nec tamen iste ostendit nobis / quomodo et Iob / si eius
verba ita intelligenda sunt / sine ullo peccato fuerit
in terra / et verum sit quod scriptum esse dixit / Non
est homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet /
Item dicitur inquit / quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens / Et huic testimonio / qui videt
ad nichil aliud nisi ut scripture sancte inter se liti
gare videantur / quarum concordia nos debemus
ostendere Ait enim / Quibus videndum est / quod de sancto
Zacharia et Elizabeth / Ewangelista testatur di
cens / Erant autem Zacharias et Elisabeth uxor
eius / iusti ambo in conspectu domini et incedentes
in omnibus mandatis / et iustificacionibus domini sine que
rela / Cum iusti ambo / utique legerant / inter ipsa
mandata / quemadmodum sua peccata mundarent /
Nam Zacharias quod de omni sacerdote / ex hominibus
accepto / in epistola ad hebreos / dicitur etiam pro suis
peccatis utique hostias offerebat / Quomodo autem
intelligendum sit / quod dicitur sine querela / iam supra satis
quantum opinor ostendimus / Ut beatus Apostolus ait Ut
simus sancti et immaculati in conspectu eius Hoc
agitur ut hoc simus / si immaculati intelligendi
sunt / qui omnino sine peccato sunt Si autem illi

criminati intelligendi sunt, qui sunt sine crimine, etiam in hac vita fuisse atque esse negare non possumus; quia ideo sine illo peccato est aliquis, quo non habet maculam criminis. Unde et apostolus cum ministros eligeret ordinandos non ait: si quis sine peccato, quod invenire non posset, sed ait: si quis sine crimine, quod utique posset. Videt tamen iste quemadmodum secundum scripturam debeamus accipere quod scriptum est: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ipsa quippe sententia est de superiore versu illustrius declarata: Ne intres, inquit, in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Iudicium timet, quia misericordiam desiderat que superexaltat iudicium. Hoc est enim ne intres in iudicium cum servo tuo: Noli me iudicare secundum te, qui es sine peccato; quia non iustificabitur, etc. Quod de hac vita dictum sine difficili questione intelligitur. Et quod ait non iustificabitur, ad illam perfectionem iustitie retulit, que in hac vita non est. Item: Sicut, inquit: si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Et subiunxit evidentissimo testimonio, quasi contrariis testimoniis videre conatus est, quod idem sanctus Iohannes in eadem epistola dicit: Hoc autem dico, fratres, ut non peccetis. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, et non potest peccare. Et illic: Qui natus est ex deo non peccat, quia generatio dei conservat eum, et malignus non tangit eum. Item illic, inquit, ubi de salvatore ait: Quoniam ille apparuit ut peccata tolleret. Omnis qui in eo manet non peccat. Omnis qui peccat non vidit eum, nec cognovit eum. Item illic: Carissimi, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eum, sanctificat se, sicut et ipse sanctus est. Et tamen cum hec omnia testimonia vera sint, verum est et illud quod proposuit, et non solvit: quod si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Nec propter hoc secundum id quod ex deo nati sumus, in eo qui apparuit ut peccata tolleret, id est in Christo manemus et non peccamus, hoc est autem quod interior renovatur de die in diem. Secundum autem quod de homine illo nati sumus, per quem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, sine peccato non sumus, quia sine illius infirmitate non sumus, donec illa renovatione que fit de die in diem, quia secundum ipsam ex deo nati sumus, infirmitas tota sanetur, in qua ex primo nati sumus, et in qua sine peccato non sumus. Cuius reliquiis in homine interiore manentibus, quamvis de die in diem minuantur in proficientibus, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Quo enim verum est: Omnis qui peccat non vidit eum, neque cognovit eum, nisi secundum visionem et cognitionem que erit in specie. Nemo enim in hac vita videt atque agnoscit secundum visionem autem et cognitionem que adhuc est in fide. Multi sunt qui peccant, certe ipsi apostoli. Qui tamen in eum aliquid crediderunt, ut de nullo eorum dici possit secundum visionem et cognitionem que adhuc in fide est: non vidit eum neque cognovit eum. Sed

intelligendum arbitror, quia renovatio perficienda videt et cognoscit, infirmitas vero absumenda nec videt nec cognoscit. Cuius infirmitatis quantiscumque reliquiis interius constituti, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Cum ergo per gratiam renovationis filii dei simus, tamen propter reliquias infirmitatis nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc peccatum nullum erit, quia infirmitas nec interior nec exterior ulla remanebit. Et omnis qui habet hanc spem in eum, sanctificat se, sicut et ipse sanctus est. Sanctificat enim se non per se ipsum, sed credendo in illum et invocando illum, qui sanctificat sanctos suos. Cuius sanctificationis perfectio, que nunc proficit et crescit de die in diem, omnibus infirmitatis reliquiis sublata erit. Item dicit, inquit: Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Quibus respondendum est, quod idem apostolus alibi de quodam ait: Quod vult faciat. Item inquit ad Filemonem de Onesimo: Quem ego volueram apud me retinere, ut pro te michi ministraret. Sed ego sine consilio tuo nichil volui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Item in Deuteronomio: Vitam et mortem dedi ante faciem tuam, bonum et malum. Elige vitam ut vivas. Item apud Salomonem: Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilii sui. Adiecit ei mandata et precepta. Si volueris, precepta servabunt te, et in posterum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam et ignem; ad quod vis porrige manum tuam. Ante hominem bonum et malum, vita et mors, paupertas et honestas a domino deo sunt. Item apud Ysaiam: Et si volueritis et audieritis me, que bona sunt terre manducabitis. Si autem nolueritis nec obaudieritis me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum est hec. Hic enim quantumlibet se isti obtegant, apertius declarant, cum se contra dei gratiam vel misericordiam disputare, qua volumus impetrare, cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra; vel: ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo. Ut quid enim ista orando tanto gemitu petimus, si volentis hominis et currentis, non miserentis est dei? Non quia hic sine voluntate nostra agitur, sed quia voluntas non implet quod agit, nisi divinitus adiuvetur. Hec est fidei sanitas, que nos facit orare, querere ut inveniamus, petere ut accipiamus, pulsare ut aperiatur nobis. Contra ista qui disputat, contra se ipsum claudit ostium misericordie dei. Nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fidelium gemitibus quam sermonibus meis. Videte tamen, obsecro, quale sit ideo volenti et currenti misericordiam dei non necessariam, quia illum etiam prevenit ut curreret. Quia de quodam ait apostolus: Quod vult faciat, ibi ut arbitror virginem sequitur et dicit: Non peccat, nubat. Quasi pro magno beneficio sit velle nubere, ut de adiutorio divine misericordie operosius disputatur. Aut vero esset ibi prodest aliquid velle, nisi deus providentia qua gubernat omnia marem femine iungat? Aut quia ad Philemonem scripsit apostolus, ut non quasi ex necessitate bonum eius esset, sed voluntarium; quasi aliter sit voluntarium bonum, nisi cum deus operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Aut quia in Deuteronomio scriptum

est. Vitam et mortem dedit ante faciem hominis
bonum et malum, et admonuit ut eligeret vitam; quia
ipsa admonitio non de mea veniat, vel aliquid prode
esset eligere vitam, nisi deus et intelligendi caritatem
inspiraret, et electam hic prestaret, de quo dictum
est: Quoniam ira in indignatione eius et vita in vo
luntate eius. Sicut quod dictum est: Si voles precepta
servabunt te, quasi non debeat deo agere gratias quia
precepta voluit, quod desertus omni lumine veritatis
hec velle non posset. Positis ante hominem igne
et aqua, quo vult quisque porrigit manum; sed al
tior est qui vocat altius, quia omnis humana cogi
tatio, unde quisque incipit corrigendi cor, fides est
sicut scriptum est: Venies et pertransies ab initio fidei, et
quisque ita eligit bonum, sicut unicuique deus partitus
est mensuram fidei. Et nemo potest ad me venire
ait, participes fidei, nisi pater qui misit me traxerit
eum. Quod de fide dictum esse, qua in eum creditur, post
ea satis evidenter explanat ubi dicit: verba que
ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Sed sunt
quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab in
itio Ihesus qui essent non credentes et quis traditurus
esset eum, et dicebat: Propterea dixi vobis quia nemo
potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo.
Magnum autem aliquis pro sua causa se invenisse
arbitratus est apud Ysayam prophetam, quia dicit deus:
Si volueritis et audieritis me, que bona sunt terre
manducabitis. Si autem nolueritis et non audieritis
me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum est
hec. Quasi non lex tota huiusmodi conditionibus plena sit,
aut ob aliud superbis precepta ista data sunt, nisi
quia lex prevaricationis gratia posita est, donec veniret
semen cui promissum est. Unde subintravit ut habun
daret delictum, superhabundaret gratia, id est ut acciperet
homo precepta, superbe de suis viribus fidens, in quibus
deficiens et factus etiam prevaricator, liberatorem sal
vatoremque requireret, atque ita eum timor legis humi
lem factum tanquam pedagogus ad fidem gratiamque
perduceret. Ita multiplicatis infirmitatibus postea
accelerauerunt, quibus sanandis optime Christus ad
venit, in cuius gratiam etiam iusti antiqui crediderunt
eadem ipsa gratia eius adiuti, ut gaudentes eam
prospicerent, et quidam etiam pronunciarent esse ventu
ram, vel in illo populo, ut sunt sicut Moyses et Ihesus
Nave et Samuel et David et ceteri tales, vel extra
ipsum populum, sicut Abraham, sicut Noe, et quicumque
alii sunt quos vel commemorat vel tacet scriptura
divina. Unus enim deus et unus mediator dei et
hominum homo Christus Ihesus, sine cuius gratia nemo a condempna
tione liberatur, sive quam traxit ex illo in quo omnes pecca
verunt, sive quam postea suis iniquitatibus addi
dit. Quale est autem quod iste posuit in extremo:
Si quis dixerit potest fieri ut homo vel in verbo non
peccet, respondendum est: Si vult deus potest. Vult
enim deus, ergo potest. Item ait: Si quis dixerit fieri
potest ut homo nec in cogitatione delinquat, respondendum
est: Si vult deus potest. Vult enim deus, ergo potest.
Videte quemadmodum noluit dicere: Si deus adiu
vat potest, cui dicitur: Adiutor meus esto, ne derelin
quas me. Non utique ad corporalia bona capessen
da et mala cavenda, sed ad regendam perficien
damque iustitiam, propter quod dicimus: Ne nos inferas
in temptationem, sed libera nos a malo. Nec adiu
vatur nisi qui et ipse aliquid agit. Adiuvatur autem

si invocat, si credit, si secundum propositum vocatus est.
Quoniam quos ante prescivit et predestinavit con
formes ymaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus. Quos autem predestinavit, illos
et vocavit. Quos autem vocavit, illos et iustificavit.
Quos autem iustificavit, illos et glorificavit. Cur
rimus ergo cum proficimus, si sanitas nostra in proficientibus
curat, sicut etiam cicatrix cure dicitur, quando ab
vulnus diligenter curatur. Ut omni ex parte perfecta
sine ulla sint omnino infirmitate peccati, quod
non solum vult deus, verum etiam ut impleatur facit
atque adiuvat; et hoc nobiscum agit gratia dei per
Ihesum Christum dominum nostrum, non solum preceptis, sacra
mentis, exemplis, sed etiam spiritu sancto, per quem latenter
diffunditur caritas in cordibus nostris, que interpel
lat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis sa
nitas perficiatur, et deus sicuti est videndus in eter
na veritate monstretur. Quisquis ergo fuisse vel esse
in hac vita aliquem hominem vel aliquos homines putat
excepto uno mediatore dei et hominum, quibus necessaria
non fuerit remissio peccatorum, contrarius est divine
scripture, ubi apostolus dicit: Per unum hominem pecca
tum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in
omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.
Et necesse est ut impia contentione asserat esse posse
homines qui sine mediatore Christo liberante atque
salvante sint liberi salvique a peccato, cum ille di
xit: Non est opus sanis medicus sed male habentibus.
Non veni vocare iustos sed peccatores. Quisquis
autem dicit post acceptam remissionem peccatorum
ita quemquam hominem iuste vixisse in hac carne vel
vivere ut nullum haberet omnino peccatum, contradicat
apostolo Iohanni qui ait: Si dixerimus quia peccatum non ha
bemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est.
Non enim ait habuimus sed habemus. Quod
si quisquam asserit de illo peccato dictum quod habitat
in carne nostra mortali secundum vitium quod peccan
tis primi hominis voluntate contractum est, cuius
parere desideriis ne obediamus, Paulus apostolus pre
cipit, non autem peccare, qui ad peccatum communis in car
ne habitanti ad nullum opus malum consentit omnino,
vel facti vel dicti vel cogitati, quamvis ipsa concupiscentia
moveatur, que alio nomine accepit quod
ei consentire peccare sit nobisque moneatur; minutis
subtiliter quid ista discernit, sed videat quid
agat de dominica oratione ubi dicimus: Dimitte nobis
debita nostra. Quod nisi fallor non esset opus dicere
si numquam vel in lapsu lingue vel in oblectanda
cogitatione eiusdem peccati desideriis aliquantum consen
tiremus, sed tantummodo dicendum esset: Ne nos inferas
in temptationem, sed libera nos a malo. Nec Iaco
bus apostolus diceret: In multis offendimus omnes. Non
enim offendit nisi cui mala concupiscentia contra iusti
cie rationem appetendo seu vitando faciendum
vel dicendum vel cogitandum aliquid quod debuit sine
fallens sive prevalens persuadet. Postremo si
excepto illo capite nostro sui corporis salvatore asse
runt vel fuisse in hac vita vel esse aliquos ho
mines iustos sine aliquo peccato, sive numquam consenti
endo desideriis eius, sive quia pro nullo peccato
habendum est quod tantum est ut hoc pietati non
imputat deus, quamvis aliter sit beatus sine pec
cato, aliter autem beatus cui non imputat dominus
peccatum, non nimis existimo reluctandum. Scio enim

quibusdam esse visum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quamquam nec defendere valeam. Sed plane quisquis negat nos orare debere ne intremus in temptationem (negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratie dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem) ab auribus omnium removendum et ore omnium anathemati esse habendum sive anathematizandum non dubito.

Explicit liber Aurelii Augustini ad Eutropium et Paulum de perfectione iusticie etc.

Incipit liber Aurelii Augustini de natura summi boni etc.

Summum bonum quo superius non est deus est, ac per hoc incommutabile bonum est, ideo vere eternum et vere inmortale. Cetera omnia bona non nisi ab illo sunt, sed non de illo. De illo enim quod est hoc est quod ipse est. Ab illo autem que facta sunt non sunt quod ipse. Et per hoc si solus ipse incommutabilis, omnia que fecit, quia ex nichilo fecit, mutabilia sunt. Tam enim omnipotens est ut possit etiam ex nichilo, id est de eo quod omnino non est, bona facere et magna et parva et celestia et terrena et spiritualia et corporalia. Quia vero et iustus est, ei quem de se genuit ea que de nichilo fecit non equavit. Quia ergo bona omnia sive magna sive parva per quoslibet rerum gradus non possunt esse nisi a deo. Omnis autem natura in quantum natura est bonum est, omnis vero natura non potest esse nisi a summo et vero deo, quia omnia etiam non summa bona sed propinqua summo bono, et rursus omnia etiam novissima bona que longe sunt a summo bono non possunt esse nisi ab ipso summo bono. Omnis ergo spiritus etiam mutabilis et omne corpus a deo. Et hec est omnis facta natura. Omnis quippe natura aut spiritus est aut corpus. Spiritus incommutabilis deus est, spiritus mutabilis facta natura est, sed corpore melior. Corpus autem spiritus non est, nisi cum ventus, quia nobis invisibilis est et tamen vis eius non parva sentitur, aliquo quodammodo spiritus dicitur. Propter eos autem qui intelligere non possunt omnem naturam, id est omnem spiritum et omne corpus naturaliter bonum esse, moventur spiritus iniquitate et corporis mortalitate, et ob hoc aliam naturam maligni spiritus et mortalis corporis quam deus non fecerat conantur inducere, sic arbitramur ad eorum intellectum quod dicimus posse perduci. Fatentur enim omne bonum non esse posse nisi a summo et vero deo, quod et verum est, et ad eos corrigendos si velint advertere sufficit. Nos enim katholici christiani deum colimus a quo omnia bona sunt seu magna seu parva; a quo omnis modus est seu magnus seu parvus; a quo omnis species sive magna sive parva; a quo omnis ordo sive magnus sive parvus. Omnia enim quanto magis moderata speciosa ordinata sunt, tanto magis utique bona sunt; quanto autem minus moderata minus speciosa minus ordinata sunt, minus bona sunt. Hec itaque tria, modus species et ordo, ut de innumerabilibus taceam que ad ista tria pertinere monstrantur, tamquam generalia bona sunt in rebus a deo factis sive in spiritu sive in corpore. Deus itaque super omnem creature modum est, super omnem speciem super omnem ordinem, nec spatiis locorum supra est, sed ineffabili et singulari potentia, a quo omnis modus omnis species omnis ordo. Hec tria ubi magna sunt magna bona sunt, ubi parva sunt parva bona sunt, ubi nulla sunt nullum bonum est. Et rursum hec tria ubi magna sunt magne nature sunt, ubi parva sunt parve nature sunt, ubi nulla sunt nulla natura est. Omnis ergo natura bona est. Proinde cum queritur unde sit malum, prius querendum est quid sit malum. Quod nichil aliud est quam corruptio vel modi vel speciei vel ordinis naturalis. Mala itaque natura dicitur que corrupta est. Nam incorrupta utique bona est. Sed etiam ipsa corrupta in quantum natura est bona est, in quantum corrupta est mala est. Fieri autem potest ut quedam natura que modo et specie naturali excellentius ordinata est etiam corrupta melior sit adhuc quam est incorrupta alia que minore modo et specie naturali inferius ordinata est, sicut in hominum estimatione secundum qualitatem que aspectibus adiacet, melius est etiam utique corruptum aurum quam incorruptum argentum, et melius est etiam corruptum argentum quam plumbum incorruptum. Sic et in naturis potentioribus atque spiritualibus melior est etiam corruptus per malam voluntatem spiritus rationalis quam irrationalis incorruptus. Et melior est quilibet spiritus etiam corruptus quam corpus quodlibet incorruptum. Melior est enim natura que cum presto est corpori prebet ei vitam, quam illa cui vita prebetur. Quantumlibet enim corruptus sit spiritus vite qui factus est, vitam prebere corpori potest, ac per hoc melior illo est quamvis incorrupto corruptus. Corruptio enim si omnem modum omnem speciem omnem ordinem rebus corruptibilibus auferat, nulla natura remanebit. Ac per hoc omnis natura que corrumpi non potest summum bonum est, sicut deus est. Omnis enim natura que corrumpi potest etiam ipsa aliquod bonum est. Non enim posset ei nocere corruptio nisi adimendo et minuendo quod bonum est. Creaturis enim prestantissimis hoc est rationabilibus spiritibus hoc prestitit deus ut si nolint corrumpi non possint, id est si obedientiam conservaverint sub domino deo suo, ac sic incorruptibili pulchritudini eius adheserint. Si enim obedientiam conservare noluerint, quoniam volentes corrumpuntur in peccatis, nolentes corrumpantur in penis. Tale quippe bonum est deus ut nemini eum deserenti bene sit. Et in rebus a deo factis tam magnum bonum est natura rationalis ut nullum sit bonum quo beata sit nisi deus. Peccantes igitur in suppliciis ordinantur, que ordinatio quia eorum nature non competit ideo pena est, sed quia culpe competit ideo iusticia est. Cetera vero que sunt facta de nichilo, que utique inferiora sunt quam spiritus rationalis, nec beata possunt esse nec misera. Sed quia pro modo et specie sua etiam ipsa bona sunt, nec esse quamvis minora et minima bona nisi a summo bono deo potuerunt, sic ordinata sunt ut cedant infirmiora firmioribus, et invalidiora fortioribus, et impotentiora potentioribus, atque ita celestibus terrena concordent tamquam pre

collantibus subdita. sic enim decedentibus vel succe-
dentibus rebus temporalibus quedam in suo genere
pulcritudo, ut nec ipsa que moriuntur vel quod
erant esse desinunt turpent aut turbent modum et
speciem et ordinem universe creature. Sicut sermo
bene compositus utique pulcher est quamvis in
eo sillabe atque omnes soni tamquam nascendo et
moriendo transcurrant. Qualis enim et quanta pena
cuique culpe debeatur divini iudicii est non humani.
Que utique que et cum conversis remittitur magna
est bonitas apud deum, et cum debita redditur
nulla est iniquitas apud deum, quia melius or-
dinatur natura ut iuste doleat in supplicio
quam ut impune gaudeat in peccato. Que tamen
etiam sic habens nonnullum modum et speciem et ordi-
nem in quacumque extremitate adhuc aliquod bo-
num est. Que si omnino detrahantur et peni-
tus consumantur, ideo nullum bonum erit, quia
nulla natura remanebit. Omnes igitur nature
corruptibiles nec omnino nature essent nisi a
deo essent, nec corruptibiles essent si de illo essent
quia hoc quod ipse est essent. Ideo ergo quocumque modo
quacumque specie quocumque ordine sunt, quia deus est
a quo facte sunt. Ideo enim non incommutabiles sunt
quia nichil est unde facte sunt. Sacrilega enim au-
dacia coequant nichil quia deus si quale est
illud quod de eo natum est, tale velimus esse illud
quod ab eo de nichilo factum est. Quapropter nec nature
dei nocere omnino potest nec alicui nature sub deo
nocere iniuste potest. et quia cum peccando iniuste
aliqui nocent voluntas iniusta eis imputatur.
Potestas enim qua nocere permittuntur non est nisi
a deo qui et ipsis nescientibus novit quid illi pa-
ti debeant quibus eos nocere permittit. Hec omnia
tam perspicua tam certa si vellent advertere
qui aliam naturam inducunt quam deus non fecit
non tantis blasphemiis implerentur ut et in sum-
mo malo tanta bona ponerent et in deo tanta
mala. Sufficit enim ut supra dixi ad eorum correctionem
si velint attendere quod eos etiam invitos cogit
veritas confiteri omnia prorsus bona non esse
nisi a deo. non ergo ab alio sunt magna bona et ab
alio parva bona. Sed et magna et parva bona
non nisi a summo bono quod deus est. Commemoremus
ergo bona quanta potuerimus que dignum est ut
deo auctori tribuamus, et hiis sublatis videamus
utrum aliqua natura remanebit. Omnis vita et mag-
na et parva. Omnis salus magna et parva. Omnis
memoria et magna et parva. Omnis intellectus
et magnus et parvus. Omnis tranquillitas et mag-
na et parva. Omnis virtus et magna et parva.
Omnis copia et magna et parva. Omnis sensus
et magnus et parvus. Omne lumen et magnum
et parvum. Omnis suavitas et magna et parva.
Omnis mensura et magna et parva. Omnis
pulchritudo et magna et parva. Omnis pax
et magna et parva. Et si qua similia occurre-
re potuerint, maximeque illa que per omnia reperi-
untur sive spiritualia sive corporalia. Omnis modus,
Omnis species, Omnis ordo et magnus et parvus
a domino deo sunt. Quibus bonis omnibus qui ma-
le uti voluerint divino iudicio penas luunt. U-
bi enim nullum horum omnino fuerit nulla natura
remanebit. Sed in hiis omnibus quecumque par-
va sunt in maiorum comparatione contrariis nominibus
appellantur. Sicut in hominis forma quia maior est
pulchritudo, in eius comparatione simie pulchri-
tudo deformitas dicitur. et fallit imprudentes ta-
mquam illud sit bonum et hoc malum, nec inten-
dunt in corpore simie modum proprium, parilitatem
ex utroque latere membrorum, concordiam partium, — Nota
incolomitatis custodiam, et cetera que persequi
longum est. Sed ut quod dicimus intelligatur et nimi- — Nota hic
um tardis satis fiat, vel etiam pertinaces et ap-
tissime veritati veritati cogantur, repugnan-
tes quod verum est confiteri, interrogent utrum corpori
simie possit nocere corruptio. quod si potest ut fedius
fiat, quid minuit nisi pulchritudinis bonum.
unde tamdiu aliquid remanebit quamdiu corporis
natura subsistit. Proinde si consumpto bono natura
consumitur. Bona est ergo natura. Sic et tardum
dicimus veloci contrarium, sed tamen qui se omnino non
movet nec tardus dici potest. Sic acute voci con-
trariam vocem gravem dicimus vel canore asperam.
Sed si omnem speciem vocis penitus adimas sile-
tium est ubi vox nulla est. Quod tamen silentium
eo ipso quod vox nulla est tamquam contrarium voci solet
opponi. Sic et lucida et obscura tamquam duo
contraria dicuntur. habent tamen et obscura aliquid lucis
quo si penitus careant ita sunt tenebre lucis
absencia sicut silentium vocis absencia. Que tamen
etiam privationes rerum sic in universitate nature or-
dinantur ut sapienter considerantibus non inde-
center vices suas habeant. Nam et deus certa lo-
ca et tempora non illuminando tenebras fecit tam de-
center quam deus. Si enim nos continendo voce
decenter interponimus in loquendo silentium, quanto
magis ille quarundam rerum privationes decenter
facit sicut rerum omnium perfectus artifex. Unde et in
ymno trium puerorum etiam lux et tenebre lau-
dant deum, id est eius laudem in bene considerantium
cordibus pariunt. Non est ergo mala in quantum natura
est ulla natura. Sed cuique nature non est malum
nisi minui bono. Quod si minuendo absum-
eretur sicut nullum bonum ita nulla natura
relinqueretur. Non solum qualem inducunt Ma-
nichei ubi tanta bona inveniuntur ut nimia
eorum cecitas mira sit, sed qualem potest quilibet indu-
cere. Neque enim vel illa materies quam hylen anti-
qui dixerunt malum dicenda est. Non eam di-
co quam Manicheus hylen appellat dementissima
vanitate nesciens quid loquatur for-
matricem corporum. Unde recte illi dictum est quod
alterum deum inducat. Nemo enim formare
et creare corpora nisi deus potest. Neque enim creantur
nisi cum eis modus et species et ordo subsistat.
Que bona esse nec eam posse nisi a deo puto
quia iam etiam ipsi confitentur. Sed hylen dico quan-
dam penitus informem et sine qualitate ma-
teriam unde istas quas sentimus qualitates
formari antiqui dixerunt. Hinc enim et silva
grece hyle dicitur quod operantibus apta sit non
ut aliquid ipsa faciat sed unde aliquid fiat.
Nec ista ergo hyle malum dicenda est que non
per aliquam speciem sentiri sed per quodammodo speciei
privationem cogitari vix potest. Nam si ca-
pere impositam ab artifice formam non posset
nec materies utique diceretur. Porro si

Habet enim et ipsa capacitatem formarum

bonū est aliquod forma / Unde qui ea prevaluerint formosi appellantur / sicut ab spē speciosi
procul dubio bonū / aliquod est etiā capacitas
forme / sicut quia bonū ē sapiā / Nemo dubitat / q̄d bonū sit capacem ēē sapie / et quia
omē bonū a deo est / neminem oportet dubitare / et ista si qua ē / materia nō ēē nisi a deo
/ Magnifice ergo ꝛ divine deus noster famulo suo
dixit / Ego sum qui sum Et dices filiis Israhel / Qui ē misit me ad vos / Vere enim ipse
est quia incommutabilis est / Omnis enim mutatio
facit nō ēē quod erat / Vere ergo ille ē qui incommutabilis est / Cetera que ab illo facta sunt / ab
illo pro modo suo ēē acceperunt / Ei ergo qui summe est / nō pt̄ ēē contrariū nisi q̄d nō est / Et pro
hoc sicut ab illo est / omē quod bonū ē / sic ab
illo est omē q̄d naturale est / quoniam omē q̄d naturaliter est bonū est / Omnis itaq̄ natura bona ē
et omē bonū a deo est / Omnis ergo natura a deo
ē / Dolor autem q̄d precipue malū nonnulli arbitrantur / sive in animo sit sive in corpore / nec
ipse pt̄ ēē nisi in naturis bonis / Hoc enim ipsum q̄d resistit / vel resistit ut doleat / quodammodo recusat nō ēē q̄d erat / quia bonū
aliqd̄ erat / Sed cū ad melius cogitur / utilis
dolor est / cum ad deterius inutilis / In animo
ergo dolorem facit / voluntas resistens potestati maiori / Sunt autem mala sine dolore peiora
/ Peius ē enim gaudere de iniquitate / quam dolere de corruptione / veruntamen etiā tale gaudium / nō pt̄ ēē / nisi ex adeptione bonorum inferiorum / Sed iniquitas est desertio meliorum / Item
in corpore melius ē vulnus cum dolore / quam
putredo sine dolore / Que specialiter corruptio
dicatur / quia nō vidit i. nō passa ē mortua
caro dn̄i / sicut in prophia predictum erat / Nec
dubius sentiatur tum vide corruptionem / Nam vulneratam ēē confixione clavorum ꝛ perfossam
lancea quis negat / Potestati enim maioris
in corpore dolorem facit sensus resistens / Sed
eciā ipsa que proprie / ab omnibz corruptio corporis
dicitur i. ipsa putredo / si adhuc aliqd̄ habz q̄d
alte consumat / bonū minuendo crescit corruptio / Quod si penitus absumpserit / sicut nullum
bonū / ita nulla natura remanebit / quia iam
corruptio que corrumpat nō erit / et ideo nec
ipsa putredo erit / quia ubi sit omnino nō erit /
/ Iccirco quippe ꝛ parva atq̄ exigua ia communi
loquendi usu / modica dicunt / quia modus
in eis aliquis resistit / sine quo iā nō modica /
sed omnino nulla sunt / Illa autem que propter
nimium progressum / immodica dicunt / nimie taxe
culpantur / sed cū ipsa etiā sub deo qui
omnia in mensura ē nūo ꝛ pondere disposuit / necesse est ut modo aliquo cohibeantur
/ Deus autem / nec modum habere dicendus ē / Ne
finis eius dici putetur / Nec ideo tū immoderatus est / a quo modus omnis rebz tribuitur
ut aliquo mō esse possit / Nec rursus moderatum oportet dici deum / tanquam ab aliquo
modū acceperit / Si enim dicamus eū summum
modum forte aliqd̄ dicimus / si tū in eo q̄d
dicimus summū modum intelligamus summum
bonū / Omnis enim modus inquantū modus ē
bonus est / unde omnia moderata modesta modificata dici sine laude nō possunt / Quanquam
sub alio intellectu modū pro fine ponamus / ꝛ nullum
modū dicamus / ubi nullus ē finis / Quod aliquando cū laude dicitur / sicut dictū est / Et regni
eius nō erit finis / Posset enim dici et / nō erit
modus / ut modus pro fine dictus intelligeretur
/ Nam qui in illo modo regnat / non utique regnat / Malus ergo modus / vel mala species / vel
malus ordo / aut ideo dicunt / quia maiora
sunt / quā ēē debuerunt / aut quia nō his rebus
accommodantur / quibz accommodanda sunt / Ut ideo
dicantur mala / quod sunt aliena ꝛ incongrua
tanquam si dicatur / aliquis nō bono mō egisse
quia minus egit quā debuit / aut q̄d ita egit
sicut in re tali nō debuit / vel amplius / quam
oportebat / vel nō conveniente / ut hoc ipsum q̄d
reprehenditur malo modo actū / nō ob aliud iuste reprehendatur / nisi quia nō est ibi servatus
modus / Item species mala vel in comparatione dicitur
formosioris atq̄ pulchrioris / quod ista sit
minor species / illa maior nō mole sed decore
/ ubi enim nullus modus / nulla species / nullus
ordo ē / nullū bonū / nulla natura est / aut
quia nō congruit huic rei cui adhibita ē / Ut
aliena ꝛ inconveniens videatur / tanquam si nudus
homo in foro deambulet / offendit / nō offendit autem si in balneo videatur / Similiter ꝛ
ordo tunc malus dicitur / cū minus ipse ordo servatur / unde nō ibi ordo / sed potius inordinatio
mala est / Cū autem minus ordinatū est / quā
debuit / aut nō sicut debuit / tamen ubi aliquis modus / aliqua species / aliquis ordo est /
/ Aliquod bonū / et aliqua natura est /
Hec et que mea fides habz / et utcumq̄ re
investigavit / divinarum scripturarum
testimoniis munienda sunt / Ut
qui ea minore intellectu assequi non
possunt / divine auctoritati credant et ob hoc
intelligere mereantur / Qui enim intelligunt
si ecclesiasticis litteris minus instructi sunt / magis
ea nos ex nostro intellectu proferre / quā in illis
libris ēē non arbitrentur / Itaq̄ deum esse
incommutabilem / sic scriptū ē in psalmis / Mutabis ea ꝛ mutabuntur / tū autem idem ipse
es / Et in libro sapie de ipsa sapiā / Sapientia
in se ipso manens / innovat omnia / Unde et
Paulus apls / Invisibili incorruptibili soli
deo / Et apls Iacobus / Omē datū optimum
et omē donū perfectum desursum ē descendens
a patre luminum / apud quē nō ē commutatio
nec momenti obumbratio / Item quia id quod
de se genuit / hoc q̄d ipse est / ita ab ipso filio
breviter dicitur / Ego ꝛ pater unū sumus / quia non
est autem factus filius quippe / cū per ipsum facta
sunt omnia / sic enim scriptum ē / In principio
erat verbum / et verbū erat apud deum /
et deus erat verbum / Hoc erat in principio
apud deum / Omnia per ipsum facta sunt / et

No quid sit
iniquitas

ordo
mali

sine ipso factum est nichil / i. non est factum sine
ipso aliquid / Neque enim audienda sunt deli-
ramenta hominum / qui nichil hoc loco aliquid
intelligendum putant / et ad huiusmodi vanitatem
propterea putant cogi posse aliquem / quia ipsum
nichil in fine sine positum est / Ergo inquiunt
factum est et ideo quia factum est ipsum nichil aliquid
est / Sensum enim perdiderunt / studio contradicendi / nec
intelligunt nichil interesse / utrum dicatur / Sine ipso
factum est nichil / an sine ipso nichil factum est / quia
et si illo ordine diceretur / sine illo nichil factum
est possent nichilominus dicere ipsum nichil ali-
quid esse quia factum est / Quod enim revera est ali-
quid quid interest utrum dicatur / sine illo facta est domus
an sine illo domus est facta / dum intelligatur ali-
quid sine illo factum quod aliquid domus est / Ita quia
dictum est sine illo factum est nichil / quod nichil
utique non est aliquid / quando vere et proprie dicitur / sine
dicatur sine illo factum est nichil / sive sine illo
nichil factum est nil nichil factum est / nichil interest /
Quis autem velit loqui cum hominibus / qui hoc
ipsum quod dixi nichil interest possunt dicere
Ergo interest aliquid quia ipsum nichil aliquid
est / Hii autem qui sanum habent cerebrum rem mani-
festissimam vident / hoc enim intelligi cum dixi
nichil interest quod intelligeretur / si dicerem nullo modo
est nichil / Ita sit si aliam dicant / quid fecis-
ti / et illi videat nichil se fecisse / consequens
est / Ut ei calumpnientur dicentes / fecisti ergo
aliquid / quia nichil fecisti / Ipsum enim nichil ali-
quid est / Habent autem et ipsum dominum in fine sen-
tencie ponentem / hoc verbum ubi ait / Et in occul-
to locutus sum nichil / Ergo legant et taceant
Omnia ergo deus omnia que non de se genuit /
sed per verbum suum fecit / non de hiis rebus que iam
erant / sed de hiis que omnino non erant hoc
est de nichilo fecit / Ita dicit Apostolus Qui vo-
cat ea que non sunt tamquam sint / Apertius
autem in libro Machabeorum scriptum est / Oro
te fili respice ad celum et terram / et omnia que in
eis sunt / vide et scito quia non erant / ex quibus
nos fecit dominus deus / Et illud quod in psalmo
scriptum est / Ipse dixit et facta sunt / Manifestum
quod non de se ista genuerit / sed in verbo atque im-
perio fecit / Quod autem non de se utique de nichi-
lo / Non enim erat aliud unde faceret / de quo a-
pertissime Apostolus dicit / Quoniam ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia / Ex ipso autem non hoc sig-
nificat quod de ipso / Quod enim de ipso est potest
dici ex ipso / Non autem omne quod ex ipso est recte
dicitur de ipso / Ex ipso enim celum et terra quia
ipse fecit ea non autem de ipso quia non de sub-
stancia sua / sicut aliquis homo / si gignat
filium et faciat domum / domus ex ipso / sed fili-
us de ipso / domus de terra et de ligno / Sed
hoc quia homo est qui non potest aliquid etiam
de nichilo facere / Deus autem ex quo omnia per
quem omnia in quo omnia / non opus habebat
aliqua materia quam ipse non fecerat adiu-
vari omnipotenciam suam / Cum autem
audimus omnia ex ipso / et per ipsum et in ipso / omnes
utique naturas intelligere debemus / que naturaliter
sunt / Neque ex ipso sunt peccata / que naturam non ser-
vant sed viciant / Que peccata ex voluntate pec-
cancium / multis modis sancta scriptura testatur /
Precipue illo quo dicit Apostolus / Existimas autem
hoc o homo / qui iudicas eos qui talia agunt / et
facis ea quia tu effugies iudicium dei / An divitias bonitatis
eius et pacientie et longani-
mitatis contempnis / ignorans quia paciencia dei ad
penitentiam te adducit / Secundum autem du-
riciam cordis tui / et cor impenitens thezauri-
zas tibi iram in die ire / et revelacionis iusti iu-
dicii dei qui reddet unicuique secundum opera sua / At-
tamen cum in deo sint universa que condidit / inqui-
nant eum qui peccant / De cuius sapiencia dicitur / Attin-
git autem omnia propter suam mundiciam / et nichil in-
quinatum in eam incurrit / Oportet enim ut sicut
deum incorruptibilem et incommutabilem / ita
consequenter etiam incoinquinabilem credamus
Quia vero et minima bona hoc est terrena atque
mortalia ipse fecit / illo Apostoli loco / sine dubitatione
intelligitur / ubi loquens de membris carnis nostre
quia si glorificatur unum membrorum congaudent
omnia membra / Et si patitur unum membrum
compaciuntur omnia membra / etiam hoc ibi agit / De-
posuit membra singulum quodque corpore prout
voluit / Et deus temperavit corpus ei cui de-
erat / maiorem honorem dans / Ut non essent
scissure in corpore / sed idipsum ut pro invicem sol-
licita sint membra / Hoc autem quod sit in modo
et specie et ordine membrorum carnis / laudat
Apostolus / in omnium animalium carne invenies / et
maximorum et minimorum / cum omnis caro in bonis
terrenis ac per hoc in minimis deputetur / Item
quia utique culpe / qualis et quanta pena de-
beatur / divinum iudicium est / non humanum / sic scriptum
est / O altitudo divitiarum etc. / Item quia bonitate
dei donantur peccata conversis / hoc ipsum quod Christus
missus est / satis ostendit / quia non in sua natura
qua deus est / sed in nostra quam de femina assump-
sit pro nobis mortuus est / Quia dei bonitate circa
nos et dilectione sit predicat Apostolus / Commendat magis
suam caritatem deus in nobis / quoniam cum adhuc
peccatores essemus / Christus pro nobis mortuus est / multo
magis iustificati nunc / in sanguine ipsius sal-
vi erimus ab ira per ipsum / Si enim cum inimici
essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius
multo magis reconciliati / salvi erimus in vita
ipsius / Quia vero etiam cum peccantibus pena debita
redditur non est iniquitas apud deum / sic
dicit / Quid dicamus / Numquid iniquus deus / qui
infert iram / Absit / Uno autem loco / et bonitatem
et severitatem / ab illo esse breviter ammonuit
dicens / Vides ergo bonitatem et severitatem dei in
eos quidem severitatem / qui ceciderunt / In
te autem bonitatem / si permanseris in bonitate /
Item quia etiam nocentium potestas non est nisi a deo
sic scriptura loquente per sapienciam / Per me
reges regnant / et tyranni per me tenent terram
dicit Apostolus / Non est potestas nisi a deo / Digne au-
tem fieri in libro Job scriptum est / Qui facit inquit
regnare hominem ypocritam ob perversitatem
populi / Et de populo Israhelitico / dicit deus / Dedi

De locacione membrorum

eis regem in ira mea. Iniustum enim non est, ut improbis accipientibus nocendi potestatem et bonorum paciencia probetur et malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatem dyabolo datam et Iob probatus est, ut iustus appareret, et Petrus temptatus ne de se presumeret, et Paulus colafizatus ne se extolleret, et Iudas dampnatus ut se suspenderet. Cum ergo per potestatem quam dyabolo dedit omnia iuste ipse deus fecerit, non tamen pro his iuste factis, sed pro iniqua nocendi voluntate, que ipsius dyaboli fuit, ei reddetur in fine supplicium, cum dicetur impiis qui eius nequicie consentire perseveraverunt: Ite in ignem eternum. Quia vero et ipsi mali angeli non a deo mali sunt conditi, sed peccando facti sunt mali, sicut Petrus in epistola sua dicit: Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos servari, hinc Petrus ostendit adhuc eis ultimi iudicii penam deberi, de qua dominus dicit: Ite in ignem eternum. Quamvis iam penaliter habent inferos, hoc est inferiorem caliginosum aerem tamquam carcerem acceperint. Qui tamen aer quia celum dicitur, non illud celum in quo sunt sidera, sed hoc inferius cuius caligine nubila conglobantur et ubi aves volitant, nam et celum nubilum dicitur et volatilia celi appellantur. Secundum hoc apostolus Paulus eos iniquos angelos, contra quos nobis invidos pie vivendo pugnamus, spiritualia nequicie in celestibus nominat. Quod ne de illis superioribus celis intelligatur, aperte alibi dicit: Secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidencie. Item peccatum vel iniquitas non est appetitus naturarum malarum, sed desertio meliorum, sicut in scripturis invenitur. Scriptum est: Omnis creatura dei bona est. Ac per hoc et omne lignum quod in paradiso deus plantavit utique bonum est. Non ergo malam naturam homo appetivit, cum arborem vetitam tetigit, sed id quod melius erat deserendo factum malum ipse commisit. Melior quippe creator quam ulla creatura quam condidit, cuius imperium non erat deserendum, ut tangeretur prohibitum quamvis bonum, quo deserto melius bonum creature appetebatur, quod contra creatoris imperium tangebatur. Non itaque deus arborem malam in paradiso plantaverat, sed ipse erat melior qui eam tangi prohibebat. Ad hoc enim et prohibuerat ut ostenderet anime rationalis naturam non in sua potestate sed deo subdita esse debere, et ordinem sue salutis per obedienciam custodire, per inobedienciam corrumpere. Hinc et arborem quam tangi vetuit appellavit dinoscencia boni et mali, quia cum eam contra vetitum tetigisset, experiretur penam peccati et eo modo dinosceret quid interesset inter obediencie bonum et inobediencie malum. Nam quis ita desipiat ut dei creaturam maxime in paradiso plantatam vituperandam putet? Quando quidem nec ipse spine ac tribuli, quos peccatori in labore conterendo secundum dei iudiciariam voluntatem terra peperit, recte vituperentur. Habent enim et tales herbe modum et speciem et ordinem suum, que si quis sobrie consideraverit laudanda reperiet. Sed ei natura ista mala sunt, quam peccati merito sic coercere oportebat. Non est ergo, ut dixi, peccatum male nature appetitio,

sed melioris desertio, et ideo factum ipsum malum est, non illa natura qua male utitur peccans. Malum est enim male uti bono. Unde apostolus dampnatos quosdam divino iudicio reprehendit, qui coluerunt et servierunt creature potius quam creatori. Neque enim creaturam reprehendit, quod qui facit creatori facit iniuriam, sed eos qui male usi sunt bono meliore deserto. Proinde si custodiant omnes nature modum et speciem et ordinem proprium, nullum erit malum. No[ta] Si autem his bonis quisque male uti voluerit, nec sic vincit voluntatem dei, qui etiam iniustos iuste ordinare novit. Ut si ipsi per iniquitatem voluntatis sue male usi fuerint bonis illius, ille per iusticiam potestatis sue bene utatur malis ipsorum, recte ordinans in penis qui se perverse ordinaverunt in peccatis. Nam nec ipse ignis eternus, qui cruciaturus est impios, mala natura est, habens modum et speciem et ordinem suum nulla iniquitate depravatum, sed cruciatus est dampnatis malum, quorum peccatis est debitus. Neque enim et lux ista, quia lippos cruciat, mala natura est. Eternus autem ignis non sicut deus eternus dicitur. Primo quia propterea dicitur ignis eternus quod sine fine sit, non est tamen sine inicio; deus autem etiam sine inicio est. Deinde quia licet perpetuus peccatorum suppliciis adhibeatur, mutabilis tamen natura est. Illa est autem vera eternitas, que vera immortalitas, hoc est illa summa incommutabilitas, quam solus deus habet, qui mutari omnino non potest. Aliud est enim non mutari cum possit mutari, aliud autem prorsus non posse mutari. Sicut ergo dicitur homo bonus, non tamen sicut deus, de quo dictum est: Nemo bonus nisi unus deus. Et sicut dicitur anima immortalis, non tamen sicut deus, de quo dictum est: Solus habet immortalitatem. Et sicut dicitur homo sapiens, non tamen sicut deus, de quo dictum est: Soli sapienti deo. Sic dicitur ignis eternus, non tamen sicut deus, cuius solius immortalitas ipsa est vera eternitas. Que cum ita sint secundum katholicam fidem et sanam doctrinam et intelligentibus perspicuam veritatem, nec natura dei nocere quisquam potest, nec natura dei nocere iniuste cuiquam, nec nocere impune patitur quemquam. Qui enim nocet, ait apostolus, recipiet id quod nocuit, et non est personarum acceptio apud deum. Quod si manichei vellent sine pernicioso studio defendendi erroris sui et cum dei timore cogitare, non scelestissime blasphemarent, inducendo duas naturas, unam bonam quam dicunt deum, alteram malam quam non fecerit deus. Ita errantes, ita delirantes, immo vero ita insanientes, ut non videant etiam in eo quod dicunt naturam summi mali ponere se tanta bona, ubi ponunt vitam, potenciam, salutem, memoriam, intellectum, temperiem, virtutem, copiam, sensum, lumen, suavitatem, mensuras, numeros, pacem, modum, speciem, ordinem. In eo autem quod dicunt summum bonum tanta mala, mortem, egritudinem, oblivionem, insipienciam, perturbacionem, impotenciam, egestatem, stoliditatem, cecitatem, dolorem,

iniquitatem / dedecus / bellum / inmoderacionem
deformitatem / peruersitatem / Una pars tene
brarum et vixisse in sua natura dicunt / et in
regnis suo saluos fuisse / et meminisse et intel
lexisse Sic enim concionatum illis dicunt principem
tenebrarum / Ut neque ipse talia dicere / neque ab
his quibus dicebat audiri sine memoria et intellectu
potuisset / et habuisse temperiem / animo et corpori suo
congruam / et virtute potencie regnasse / et
copias elementorum suorum / ac fecunditates habuis
se / et sensisse se inuicem / ac sibi vicinam lucem
et oculos habuisse quibus illud longe aspicerent /
qui utique oculi / sine aliquo lumine / lumen vide
re non poterant / unde recte etiam lumina nominant
a suauitate sue voluptatis esse perfruitos / et di
mensis membris atque habitacionibus determina
tos fuisse / Nisi autem eciam qualiscumque pulch
ritudo ibi fuisset nec amarent coniugia sua
Nec parcium congruencia corpora eorum constaret
Quod ubi non fuerit / non possunt ea fieri / que
ibi facta esse delirant / Et nisi pax aliqua ibi es
set / nichil aliud ibi agerent / quam comederent aut
biberent aut seuirent / aut quodlibet aliud / sine
aliqua satietate / Quamquam nec ipsi / qui hoc age
bant formis suis determinati essent / nisi mo
dus ibi esset / Nunc vero talia dicunt / eos egisse
ut in omnibus actionibus suis / modos sibi congru
os habuisse negare non possunt / Si autem species
ibi non fuisset / nulla ibi qualitas naturalis
subsisteret / Si nullus ordo ibi fuisset / non alii domina
rentur / alii subderentur / non in suis elementis
congruenter viuerent / Non denique suis locis
haberent membra disposita / ut illa omnia que
vana isti fabulantur agere possent / Dei autem
naturam / si non dicunt mortuam / quid seculorum corpus
vanitate suscitat christus / Si non dicunt egram
quid curat / Si vero dicunt oblitam / quid commo
rat / Si non dicunt insipientem / quid docet / Si non
dicunt perturbatam / quid redintegrat / Si non victa
et capta est / quid liberat / Si non eget / cui sub
uenit / Si non amisit sensum / quid vegetat / Si
non est excecata / quid illuminat / Si non est in dolore /
quid recreat / Si vero est iniqua / quid per precepta
corrigit / Si vero est dedecorata / quid mundat /
Si vero est in bello / cui promittit pacem / Si vero est
inmoderata / cui modum legis imponit / Si
vero est deformis / quid reformat / Si vero est peruersa /
quid emendat / Omnia enim hec a christo non illi ri
prestari dicunt / que facta est a deo / et arbitrio proprio
peccando deprauata / Sed ipsi nature ipsi substancie
dei / que hoc est quod deus / Cui istas blasphe
mias comparari potest / Nichil omnino / Sed si
aliarum peruersarum sectarum considerent errores /
Si autem iste sibi error / ex parte altera / de qua
nondum diximus compararetur / adhuc eciam mul
to peius / execrabilius in dei natura blasphe
mare conuincitur / Dicunt enim etiam nonnullas
animas / quas volunt esse de substancia dei / et eius
omnino nature / que non sponte peccauerunt /
sed agente tenebrarum / quam mali naturam
dicunt / ad quam debellandam non ultro

sed patris imperio descenderunt / stipate et oppres
se sint / affligi metuuntur globo horribili te
nebrarum / Ita secundum eorum sacrilega vaniloquia
quia deus seipsum / in quadam parte / a magno
malo liberauit / et rursus seipsum in quadam
parte dampnauit / quam liberare ab hoste non
potuit / et tamquam de ipso hoste deuicto insuper
triumphauit / O scelestam et incredibilem auda
ciam / talia de deo credendi talia loquendi
talia predicandi / Quod cum defendere conantur
ut in peiora irruant / clausis oculis dicunt
nature male commixtione facere ista / Ut bo
na dei natura / tanta mala paciatur / Nam
ipsam apud seipsam nichil horum pati potuis
se / vel posse / quasi inde laudanda sit na
tura incorruptibilis / quia ipsa sibi non no
cet / et non quia nichil ei noceri ab aliquo potest /
Deinde si natura tenebrarum / nocuit nature
dei / et natura dei nocuit / nature tenebrarum /
Duo ergo mala sunt / que sibi inuicem no
cuerunt et melioris animi fuit gens
tenebrarum / quia et si nocuit / nolens nocuit /
Neque enim nocere sed frui voluit bono dei / Deus
autem illa extinguere voluit / Sicut manifeste Mani
cheus apertissime in epistola ruinosi sui funda
menti delirat / Oblitus enim quod paulo ante
dixerat Ita autem fundata sunt eiusdem sple
ndidissima regna / super lucidam et beatam terram
ut a nullo umquam moueri aut concuti possint
Postea dixit / Lucis vero beatissime pater sciens la
bem magnam ac vastitatem que ex tenebris sur
geret aduersus sua sancta impendere secula / nisi aliquod
eximium ac preclarum et virtute potens numen
opponat / quo superet simul ac destruat / stirpem
tenebrarum / qua extincta perpetua quies lucis
incolis pararetur / Ecce timuit labem ac vas
titatem impendentem seculis suis / Certe sic er
ant fundata / super lucidam et beatam terram / Ut
a nullo umquam moueri ac concuti possent /
Ecce a timore nocere voluit vicine genti / quam
destruere et extinguere conatus est / ut perpetua
quies lucis incolis pararetur / Quare non addi
dit et perpetuum supplicium / An ille anime / quas
in globo tenebrarum / in eternum configit / non
erant incole lucis / de quibus aperte dicit / quod
errare se a priore lucida sua natura passe
sint / Ubi nesciens vel nolens coactus est dicere
libera eas voluntate peccasse / Cum non vult
peccatum ponere / nisi in necessitate nature contrarie
ubique nesciens quid loquatur / et tamquam ipse iam
inclusus sit in tenebrarum globo / quem sibi
quereret qua exeat / et non inueniens / Sed
dicat quod vult seductis et miseris / a quibus
multo amplius quam christus honoratur /
ut hoc precio tam longas / et tam sacrilegas
ei fabulas vendat / dicat quod vult / includat
in globo / tamquam in carcerem ingentem tene
brarum extrinsecus / affigat naturam lucis / cui
de hoste extincto / quietem perpetuam promittebat
Ecce peior est pena lucis / quam tenebrarum

peior pena divine nature quam gentis adverse. Illa quippe et si in tenebris intus est, ad naturam eius pertinet in tenebris habitare. Iste vero anime que hoc sunt quod deus, non potuerunt recipi sicut dicit in regna illa pacifica et a vita ac libertate sancte lucis alienabuntur, et configentur in predicto horribili globo, unde et adherebunt inquit hiis rebus anime easdemque quas dilexerunt relicte in eodem tenebrarum globo suis meritis id sibi conquirentes. Certe non est liberum voluntatis arbitrium. Vide quo insaniens quid dicat ignorat et contraria sibi loquendo penis bellum contra se gerit quia contra deum ipsi gentis tenebrarum. Deinde si propterea dampnat animas lucis quia dilexerunt tenebras, iniuste dampnat gentem tenebrarum que lucem dilexit. Et gens quidem tenebrarum lucem ab inicio dilexit. Quam et si violenter, tamen possidere voluit, non extinguere. Lucis autem natura in bello tenebras extinguere voluit, eas ergo victa dilexit. Quod si inlicitis eligere, utrum necessitate compulsa ut diligeret tenebras, an voluntate seducta. Si necessitate, quare dampnatur? Si voluntate, quare dei natura in tanta iniquitate deprehenditur? Si necessitate dei natura coacta est diligere tenebras, victa est que non vicit. Si voluntate, quid iam miseri dubitant peccandi voluntatem tribuere nature quam deus ex nichilo fecit, ne tribuant eam luci quam genuit? Quod si etiam ostendimus ante commixtionem mali quam fabulose confictam clementissime crediderunt in ipsa lucis natura quam dicunt ingenua mala fuisse, quid ad istas blasphemias addi posse invenitur? Illic enim fuit antequam pugnaretur dura et inevitabilis pugnandi necessitas. Ecce iam magnum malum antequam bono misceretur malum. Dicant hoc unde cum adhuc nulla facta esset commixtio. Si autem necessitas non erat, voluntas ergo erat. Unde et hoc tam magnum malum, ut deus ipse naturam suam nocere vellet cui nocere ab hoste non poterat, mittendo eam crudeliter miscendam, turpiter purgandam, inique dampnandam? Ecce quantum malum perniciose et noxie et immanissime voluntatis antequam ullum malum de gente contraria misceretur. An forte nesciebat hoc eventurum membris suis, ut diligerent tenebras et inimice existerent sancte luci, sicut ipse dicit, hoc est non tantum deo suo sed etiam patri de quo erant? Unde ergo hoc in deo tam magnum ignorantie malum, antequam ullum de gente contraria misceretur malum? Si autem hoc futurum sciebat, aut sempiterna in illo erat crudelitas, si de sue nature futura contaminatione et dampnatione nichil dolebat, aut sempiterna miseria si dolebat. Unde et hoc tantum malum summi boni vestri ante ullam commixtionem summi mali vestri? Ipsa certe particula que in illius globi vinculo extremo configitur, si hoc sibi futurum nesciebat, et sic erat in natura dei sempiterna ignorantia. Si autem sciebat, sempiterna miseria. Unde hoc tam magnum malum antequam ullum de gente contraria misceretur malum? An forte magna caritate gaudebat, quia per eius penam perpetuam quies ceteris lucis incolis parabatur? Hoc quam nephas sit dicere nature dei aut nature dei sic subveniri, qui videt anathematizet. Sed si hoc saltem ita fieret ut ipsa luci inimica non fieret, posset fortasse non tamquam dei natura sed tamquam aliquis homo laudari, quia pro patria sua vellet mali aliquid pati, quod quidem malum ad tempus posset esse, non eternum. Nunc vero et illam in globo tenebrarum confixionem dicunt eternam, et non cuiuslibet rei sed nature dei, et utique iniquissimum et execrabile et ineffabiliter sacrilegum gaudium erat si dei natura gaudebat se tenebras dilecturam et lucis sancte inimicam futuram. Unde hoc tam immane et scelestum malum antequam ullum de gente contraria misceretur malum? Quis tam perversam et tam impiam ferat vesaniam, summo malo tanta tribuere bona et summo bono quod deus est tanta mala? Iam vero quod ipsam partem nature dei dicunt ubique permixtam, in celis, in terris, sub terris, in omnibus corporibus siccis et humidis, in omnibus carnibus, in omnibus seminibus arborum, herbarum, hominum, animalium, non potentia divinitatis sine ullo nexu incoinquinabiliter, incorruptibiliter in omnibus rebus administrandis regendisque presentem, quod nos de deo dicimus, sed ligatam, oppressam, pollutam, quam solvi, liberari purgarique dicunt non solum per discursum solis et lune et virtutes lucis, verum etiam per electos suos, hoc genus nefandissimi erroris quam sacrilegas et incredibiles turpitudines eis suadeat, etiam si non persuadeat, horribile est dicere. Dicunt enim virtutes lucis transfigurari in masculos pulchros et opponi feminis gentis tenebrarum, et easdem rursus virtutes lucis trans [margin: in feminas pulchras et opponi in masculis gentis tenebrarum] figurari. Ut per pulchritudinem suam inflamment spurcissimam libidinem principum tenebrarum, et eo modo vitalis substantia, hoc est dei natura, quam dicunt in eorum corporibus ligatam teneri, ex eorum membris per illam concupiscentiam relaxatis soluta fugiat et suscepta vel purgata liberetur. Hoc infelices legunt, hoc dicunt, hoc audiunt, hoc credunt, hoc in libro septimo thesauri eorum (sic enim appellant scripturam quandam Manichei ubi iste blasphemie conscripte sunt) ita positum est. Tunc beatus ille pater qui lucidas naves habet diversoria et habitacula seu magnitudines, pro insita sibi clementia fert opem qua exuitur et liberatur ab impiis retinaculis et angustiis et angoribus sue vitalis substantie. Itaque invisibili suo nutu

illas suas virtutes que in clarissima hac navi habent transfigurat easque parere facit adversis potestatibus que in singulis celorum tractibus ordinate sunt. Que quoniam utriusque sexus masculorum ac feminarum consistunt, ideo predictas virtutes partim specie puerorum investium parere iubet generi adverso feminarum, partim virginum lucidarum forma generi contrario masculorum, sciens eas omnes hostiles potestates propter ingenitam sibi letalem et spurcissimam concupiscenciam facillime capi atque eisdem speciebus pulcherrimis que apparent mancipari hocque modo dissolvi. Sciatis autem hunc eundem nostrum beatum patrem hoc idem esse quod etiam sue virtutes, quas ob necessariam causam transformat in puerorum et virginum intemeratam similitudinem. Utitur autem hiis tamquam propriis armis atque per eas suam complet voluntatem. Harum vero virtutum divinarum, que instar coniugii contra inferna genera statuuntur, queque alacritate ac facilitate id quod cogitaverint momento eodem efficiunt, plene sunt lucide naves. Itaque cum racio poposcerit ut masculis appareant, eedem sancte virtutes illico etiam suam effigiem virginum pulcherrimarum habitu demonstrant. Rursus cum ad feminas ventum fuerit, postponentes species virginum puerorum investium speciem ostendunt. Hoc autem visu decoro illarum ardor et concupiscencia crescit, atque hoc modo vinculum pessimarum cogitacionum earum solvitur, vivaque anima que earundem membris tenebatur hac occasione laxata evadit et suo purissimo aeri miscetur, ubi penitus ablute anime ascendunt ad lucidas naves que sibi ad evectionem atque ad sue patrie transfretacionem sunt preparate. Id vero quod adhuc adversi generis maculas per estus portat atque calores particulatim descendit atque arboribus ceterisque plantacionibus atque satis omnibus miscetur et coloribus diversis inficitur. Et quo pacto ex ista magna et clarissima navi figure puerorum et virginum apparent contrariis potestatibus que in celis degunt queque igneam habent naturam, atque ex isto aspectu decoro vite pars que in earundem membris habetur laxata deducitur per calores in terram, eodem modo etiam illa altissima virtus que in navi vitalium aquarum habitat similitudine puerorum ac virginum sanctarum per suos angelos apparet hiis potestatibus quarum natura frigida est atque humida queque in celis ordinate sunt. Et quidem hiis que femine sunt in ipsis forma puerorum apparet, masculis vero virginum. Hac vero mutacione et diversitate personarum divinarum ac pulcherrimarum humide frigideque stirpis principes masculi sive femine solvuntur, atque id quod in ipsis vitale est fugit; quod vero resedit laxatum deducit in terram per frigora et cunctis terre generibus admiscetur. Quis hoc ferat, quis hoc credat, non dico ita esse, sed vel dici potuisse? Ecce quod docentem timent anathematizare Manicheum, et non timent credere sic facientem deum. Per electos autem suos purgari dicunt eandem ipsam commixtam partem atque naturam dei, manducando scilicet et bibendo, quia eam in elementis omnibus dicunt ligatam teneri. Que cum ab electis velud sanctis in refectionem corporis manducando et bibendo assumuntur, per eorum sanctitatem solvi, signari et liberari, nec attendunt miseri quam non incongrue de illis credi sit quod fieri negant, nisi eosdem libros anathematizaverint et Manichei esse destiterint. Si enim sicut dicunt in omnibus seminibus est ligata pars dei, et ab electis manducando purgatur, quis non digne credat eos facere quod inter virtutes celorum et principes tenebrarum fieri in thezauro suo legunt, quando quidem et carnes suas de gente tenebrarum dicunt esse et in eis ligatam teneri vitalem illam substanciam quam partem dei credere et affirmare non dubitant, que utique si solvenda est et manducando purganda, sicut eos fateri cogit funestus error ipsorum, quis non videat, quis non horreat quanta turpitudo et quam nefaria consequatur? Nam et a quibusdam principibus gentis tenebrarum sic dicunt Adam primum hominem creatum ut lumen ab eis ne fugeret teneretur. In epistola enim quam fundamenti appellant, quomodo princeps tenebrarum, quem patrem primi hominis inducunt, ad ceteros suos socios tenebrarum principes locutus fuerit et egerit, ita scripsit Manicheus: Iniquis gestis commentis ad eos qui aderant ait: Quid vobis videtur maximum hoc lumen quod oritur? Intuemini quemadmodum polum movet, concutit plurimas potestates. Quapropter michi vos potius equum est id quod in vestris viribus habetis luminis prorogare. Sic quippe illius magni qui gloriosus apparuit ymaginem fingam per quam regnare poterimus, tenebrarum aliquando conversacione liberati. Hec audientes ac diu secum deliberantes, iustissimum putaverunt id quod postulabantur prebere. Nec enim fidebant se idem lumen iugiter retentos. Unde melius rati sunt principi suo id offerre, nequaquam desperantes eodem pacto se regnaturos. Quo igitur modo lumen idem quod habebant prebuerint considerandum est. Nam hoc etiam omnibus divinis scripturis archanisque celestibus aspersum est. Sapientibus vero quomodo sit datum scire minime est difficile. Nam coram apteque cognoscitur ab eo qui vere ac fideliter intueri voluerit. Quoniam eorum qui convenerant frequencia promiscua erat, feminarum scilicet ac masculorum, impulit eos ut inter se coirent, in quo coitu alii seminarunt, alie gravide effecte sunt. Erant autem partus hiis qui genuerant similes vires plurimas parentum utpote primi obtinentes. Hec sumens eorum princeps uti precipuum donum gavisus est. Et sicuti etiam nunc fieri videmus corporum formatricem naturam mali inde vires sumentem figurare, ita etiam antedictus princeps sodalium prolem accipiens habentem parentum sensus, prudenciam, lucem simul secum in generacione procreatam comedit, ac plerisque viribus sumptis ex istiusmodi esca, in qua non modo inerat fortitudo, sed multo magis astutie et pravi sensus ex fera genitorum mente, propriam ad se coniugem evocavit, ex ea qua ipse erat stirpe manantem, et facto cum ea coitu seminavit ut ceteri habundanciam malorum que devoraverat, nichil etiam ipse adiciens ex sua cogitacione

ac virtute ut esset sensus eius omnium corporum que
profuderat formator atque descriptor. Eius co-
pax excipiebat hec. Ut semen conficeret aeta
optime terra perciperet. In eas enim construebant
et concipiebantur omnium ymagines celestium ac c-
renarum virtutum ut plenum vel orbis id quod forma-
bat similitudine obtineret. O scelestum monstrum
o execranda perditas et labes deceptarum animarum.
Omitto quod sit de natura dei quod sic ligetur hec
dicere. hoc saltem attendant miseri decepti et
errore mortifero venenati quia si per coitum
masculorum et feminarum ligatur pars dei quam se man-
ducando solvere et purgare profitentur. cogit eos
huius tam nefandi erroris necessitas ut non solum de
pane et oleribus et pomis que sola videntur in ma-
nifesto accipere sed inde etiam solvant et purget
partem dei unde per concubitum potest si femine utero con-
cepta fuerit colligari. Nec se facere quod confessi esse
in publicis iudiciis perhibentur. non tantum in paflagonia
sed etiam in Gallia sicut a quodam Rome christiano
katholico audivi. Et cum interrogarentur cuius auctoritate
scripture ista facerent hoc de thezauro suo prodidisse
quod paulo ante commemoravi. Isti autem cum eis hoc
obicitur solent respondere nescio quem inimicum suum
de numero suo id est electorum suorum descivisse et scisma
fecisse atque huiusmodi spurcissimam heresim condidis-
se. Unde manifestum est quia et si isti non faciunt
de istorum libris hoc faciunt. quicumque faciunt. Abici-
ant igitur libros si eum exhorrent quod committere co-
guntur si libros tenent. At si non committunt
mundius vivere contra suos libros conantur. Sed quid
agunt cum eis dicitur aut purgate lumen de quibus
potueritis seminibus ut nec illud recusetis quod
vos non facere asseritis. aut manicheum anathemati-
zate qui cum dicat in omnibus seminibus esse partem dei et con-
cumbendo ligari quicquid autem lucis hoc est
eiusdem partis dei ad escas electorum pervenerit man-
ducando purgari quid vobis suadeat videtis
et eum adhuc anathematizare dubitatis. Quid agi-
mus cum eis hoc dicitur. Ad quas tergiversationes
se convertunt cum aut tam nefanda doctrina sit
anathematizanda aut tam nefaria turpitudo fa-
cienda in cuius comparatione iam illa omnia mala
que intollerabilia paulo ante commemorabam
eos de natura dei dicere quod necessitate oppressa sit
ut bellum gereret quod aut secura ignoranda
secura erit aut sempiterno dolore et timore
sollicitata qui sibi veniret corruptio commixtionis
bonis et vinculum eterne dampnationis quod de-
nique gesto bello sic fuit captivata oppressa
polluta quod post falsam victoriam sic fu-
tura sit in horribili globo inclusa confixa
et ab originis sue felicitate separata tollera-
bilia iudicantur. cum per se ipsa si considerentur sus-
tineri non possint. O magna paciencia tua
domine misericors et miserator longanimis et mul-
tum misericors et verax qui facis oriri solem
tuum super bonos et malos et pluis super iust-
os et iniustos qui non vis mortem peccatoris
sed ut convertatur et vivat. qui per nos corripiens
das locum penitencie ut relicta malicia cre-
dant in te domine. qui paciencia tua ad penitenciam

adducis quamvis multi secundum duritiam cordis
et cor inpenitentes thezaurizent sibi iram in die
ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet
unicuique secundum opera sua. qui in qua die conver-
sus fuerit homo a nequicia sua et iniquitate vitatem
tuam omnes iniquitates eius oblivisceris. Pre-
sta nobis. dona nobis ut per nostrum ministerium quo
execrabilem et nimis horribilem hunc errorem te
dampnari voluisti. sicut iam multi liberati sunt et
alii liberentur et sive per sacramentum sancti baptismi
tui sive per sacrificium contribulati spiritus et cordis
contriti et humiliati in dolore penitencie. remissionem
peccatorum et blasphemiarum suarum quibus per ignoran-
ciam te offenderunt accipere mereantur. Tan-
tum enim valet prepollens misericordia et potestas tua et veri-
tas baptismi tui. Clavesque regni celorum in
sancta ecclesia tua ut nec de illis desperandum sit qui-
dum in hac terra per tuam pacienciam vivunt qui etiam
scientes quantum malum sit talia de te sentire
vel dicere propter aliquam temporalis et terrene commoditatis
consuetudinem vel adeptionem in illa maligna
professione detinentur. si ad tuam ineffabilem bo-
nitatem saltem increpationis tue correptione fugiant
et omnibus carnalis vite illecebris celestem et
nam eternam vitam preponant. Explicit Augustinus de
natura boni. Incipit prologus sancti Augustini Episcopi
de natura Boni adversus Manicheos.

Liber de natura boni adversum Mani-
cheos est. ubi ostenditur naturam incommu-
tabilem deum esse ac summum bonum atque ab
illo esse ceteras naturas sive spirituales sive
corporales atque omnes inquantum nature sunt bo-
nas esse et quid vel unde sit malum et quanta ma-
la manichei ponant in natura boni et quanta bo-
na in natura mali quas naturas finxit error ipsorum.
Hic liber sic incipit. Summum bonum quo superius non est.

De laude et utilitate penitentie. Et quibus
actibus hortatur servire deo Iohannes Crisostomus

Dilectissimi una nobiscum omnes
suscipite in precordiis vestris vocem
domini nostri dicentis. Penitenciam agi-
te. appropinquabit enim regnum celo-
rum. O dulcedo ut inter peniten-
ciam et regnum celorum nichil sit
medium. Vigeamus igitur penitenciam a facinoribus
nostris et in puncto patet nobis regnum celorum. sicut
ait beatus ysaias propheta. Desinite a malis vestris
discite bonum facere. peccata enim vestra vos separant
et deum. Ergo si inter deum et hominem peccata se-
parant. tollantur per penitenciam e medio peccata et homo
coniunctus est deo. Instruente et docente Apostolo.
Qui autem adheret domino unus spiritus est. Sed dicit
aliquis. Quomodo de medio tollere possum peccata.
Audi precursorem domini vociferantem et docentem.
Facite fructus dignos penitencie. Iam enim securis
ad radices arborum posita est. Omnis arbor
que non facit fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur. Et qui sunt fructus digni penitencie
ut facias que contraria sunt peccato. Sermo

bas ydolatre vel demonibus nunc autem confusus sis in deo per fidem. Eras adulter et fornicator nunc econtrario esto castus. Ebrietati eras deditus nunc sobrietatis obtine locum. Eras fraudulentus et raptor nunc esto fidelis et largus. Eras tumidus et superbus modo esto mansuetus et humilis. Avarus eras et mendax nunc esto pius et verax. Ecce qui sunt fructus digni penitencie. Ut qui ante agebas contra deo nunc omnia agas dyabolo spernas. Dum impii dicunt. Nec ego te condempnabo vade et amplius noli peccare. Et iterum ait. Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. O penitencia que peccata in sancte deo remittis et paradisum reseras que contritum sanas omnem triste exhilaras vita de interitu renovas statum restauras honorem renovas fiduciam reformas graciamque habundanciorem refundis. O penitencia quid de te nonni referam. Omnia ligata tu solvis. Omnia soluta tu reseras. Omnia adversa tu mitigas. Omnia contrita tu sanas. Omnia confusa tu lucidas. Omnia desperata tu animas. O penitencia rutilancior astro splendidior sole quia non vincit peccatum nec afflictio superat nec desperacio delet. Penitencia respuit avariciam horret luxuriam fugat furorem firmat amorem calcat superbiam linguam continet componit mores odit maliciam excludit invidiam. Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. Si insolenter queratur contra eum non vetat. si vestem diripiat non restringat patiencia maxillam prebet alteram. angariatus ultro adiacet. castigatus gracias agit. Provocatus tacet. exasperatus blanditur. superiori supplex est. inferiori subiacet. In corde eius contricio est in ore confessio in opere tota humilitas. Hec est perfecta et fructifera penitudo. Sic penitenti presto est deus esurienti nutritor est sicienti potator. sapienti quod stultum putatur sapit quod triste est placet quod molle est displicet quod fluvium est horret. O penitencia nunc mater et nutrix utilium magna ubera tua quibus reos resolvis ac respiras delinquentes lapsos relevas retrahis desperatos. Videte ergo karissimi quanta sit utilitas penitencie quanta conversionis spes. Nullum enim est peccatum nulla iniquitas que non medicamento penitencie sanetur si conversio pura et sincera fuit. Donec enim in hac sumus vita quantacumque nobis acciderint peccata quantecumque impietates et scelera possibile est omnia divina largiente gracia abluere per penitenciam. post mortem autem nulla erit utilitas penitencie. Nullus enim peccator pro magnitudine peccatorum suorum de dei omnipotentis despexit gracia sed dum adhuc vivit et appetit emendacione malorum huius vite dies ad inducias ei relaxabuntur agat penitenciam pro peccatis et iniquitatibus suis et erit dominus miserator et nutritor qui non vult mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat propicius delictis et facinoribus suis. Unde Gregorius. Altos quippe gurgites fluminum parve sed minime replent gutte pluviarum ita et multa peccata minima faciunt grandem et inmensam peccatorum molem. Nemo itaque sua peccata minima negligat. Cum a dicente scriptura Nichil impunitum

relinquit dominus sed ea potius confessione penitencia lacrimis elemosinis contricione cordis et corporis purget. Unde Augustinus. De cotidianis autem levibus brevibusque peccatis sine quibus hec vita non ducitur ut beatus pater Augustinus ait. Cottidiana oracio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere Pater noster qui es in celis. qui iam tali patri regenerati sunt ex aqua et spiritu. delet omnino hec oracio minima peccata cottidiana. Quia licet minima peccata crebro tamen illata faciunt et nequaquam considerant qualia sed quanta committat. Exempla antiquorum qui per penitenciam restaurati sunt atque ad dei graciam reducti. Ysidorus. Penitentibus exemplum Job primus exhibuit quando post funera vel flagella adhuc in sui redargucione eciam in cilicio et cinere lamenta penitudinis sumpsit dicens. Ideirco ago penitenciam in favilla et cinere. Post hunc nobis David penitencie magisterium prebuit. quando gravi vulnere lapsus dum audisset a propheta peccatum suum confestim penituit et culpam suam penitencie confessione sanavit. Sic Ninivite et alii multi peccata sua confessi sunt et penitenciam egerunt displicuerunt sibi quales fuerant et quales per dominum sunt illis placuerunt. Rex enim impius Achab qui cupiditate sue predam uxoris nequicia quesivit sed perturbatus ipsius sceleris immanitate penituit et cilicio induatus facinus suum flevit atque ita circa se dei misericordiam provocavit ut cunctis eum absolveret malis. Sic enim ait et dixit dominus ad Helia. Vidisti quomodo compunctus est Achab a facie mea et quia flevit in conspectu meo. tocio non inducto mala in diebus eius. Sed post hunc Manasses qui omnes tyrannos immanitate scelerum superavit celesti gracia cultu est enatus. hic ergo impietate sceleris supergrediens omnem memoriam tamen quia penituit inter Amicos dei postmodum numeratus est. Filius etenim prodigus per penitenciam recepit prioris glorie statum quem senior frater habebat extra penitenciam. Et mulier fornicaria per penitenciam uberes stillavit lacrimas fontemque sui haustissimum protinus lavit pedes Christi crinibus quos tersit. Et per penitenciam Petrus apostolus postquam ter dominum negavit lavit lacrimis maculas criminis. Et Corinthus ille qui commisit tale peccatum quale nec inter gentes admitti solet antequam ageret penitenciam iubet apostolus Paulus eum tradi Sathane in interitum carnis ut spiritus salvus fiet in die domini nostri Ihesu Christi. Postquam vero penituit sufficit ei inquit apostolus increpacio hec que fit a pluribus et addit Obsecro vos Confirmetis in illum caritatem ne possideamur a Sathana. Donec enim sumus in hac vita fratres quantacumque nobis acciderint peccata possibile est abluere omnia per penitenciam. Gregorius papa. Omnipotens enim deus nobis velut in signo ad exemplum penitencie posuit eos quos fecit per penitenciam vivere post lapsum. Perpendo etenim Petrum. Considero latronem. Aspicio Zacheum. intueor Mariam et nichil in hiis aliud video nisi ante oculos meos posita spei et penitencie exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis. Vi

piciat Petrum qui amare flevit quod ter eum
denegaverat. Alius ꝯ proximum in malicia crude
litatis exarsit. Aspiciat latronem qui et in ipso
mortis articulo ad vite premia penitendo pervenit.
Alius avaricie estibus anhelans aliena diripuit.
aspiciat zacheum qui si quid alicui abstulit
quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus
sue carnis mundiciam perdidit. Aspiciat mariam
que in se carnis amorem igne divini amoris
excoxit. Ecce omnipotens deus ubique oculis nostris quos
imitari debeamus obicit. ubique exempla sue misericordie
opponit. Mala igitur iam displiceant. vel experta
libenter obliviscantur. Omnipotens deus quod nocentes
fuimus paratus est primam iram ad innocenciam
deportare. Inquinati post aquas salutis renascamur
ex lacrimis itaque iuxta primi pastoris vo
cem sicut modo geniti infantes lac concupiscite.
Redite parvuli filii ad sinum matris vestre eterne sapiencie.
Sugite larga ubera pietatis dei. Transacta pl
angite immunicia vitate. Redemptor hic mo
mentaneos fletus nostros eterno consolabitur gau
dio qui per infinita vivit et regnat secula. Am
brosius. Ad hoc enim sacerdos factus est. dux
populi ut huius salutis sollicitudinem gerat. Nobis
utique deus illum super populum suum constituit ut prospiciat
saluti plebis sue admonendo. docendo
exemplum bonum ostendendo. Gregorius. Scire
etenim debet quia si perversa unquam perpetrat. tot mor
tibus dignus est. quot ad subditos suos perdicionis
exempla transmittit. Sicut cottidiana levia
que peccata difficile vitant. ita facile caventur.
Sed quo ordine hec alterutrum peticio sit celeb
randa pro peccatis. Iacobus apostolus insinuat dicens
Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invi
cem ut salvemini. Si igitur in cogitatu verbo ig
norancia oblivione necessitate voluntate sur
repcione forte deliquisti. vade ad fratrem confitere
illi. postula intuencionem. si ipse fragilitatis sue
consortium prius te confitendo fecerit. et in eius
caritate pie intercedendo diluere. Sed hec de levioribus
dicta sunt peccatis. Porro graviores lepre
immundiciam iuxta legem sacerdoti panda
mus atque ad eius arbitrium qualiter et quanto
tempore iusserit purificare curemus.

Hic libellus collectus est ex sententiis illu
strissimorum virorum.

Dei omnipotentis filius inter cetera
sacre sue locucionis verba. suis lo
quens discipulis. dixit Primum que
rite regnum dei et iusticiam eius Prime
sciencie studium est querere deum. de
inde honestatem vite cum innocencie opere.
Ysidorus. Regnum autem dei et iusticia eius querere
est celestis patrie dona desiderare. et quibus
iusticie meritis ad hec perveniri debeat indesinenter
inquirere. Sixtus. Exordium sume a deo in
agendo que agis. omni que agis deum invoca
testem. in omni quod bene agis adiutorem deum esse
deputa. Ieronimus. Cuiuslibet edificii res
fundamentum non fuerit destruetur. discedat
omnis ab iniquitate qui invocat nomen domini.
Idem. Difficile est ut bono peragantur exitu
que malo inchoata sunt principio. Sapiencia

autem et disciplina est scire quomodo recte credere
qualiter vivere oporteat. queque veraciter didi
cisse quo intencionem cordis dirigere. quid operan
do gerere. quid conveniat nosse. Primo enim
querendum est bonum. que sit vera sciencia veraque sapi
encia. quia sapiencia huius seculi stultitia est
apud deum. Sed vera est a dyaboli servicio que
sunt peccata recedere et sapiencia perfecta est deum colere
secundum mandatorum illius veritatem. quia in his
his duobus vita acquiritur. omnis qui sic sapiens
est procul dubio beatus erit. beata siquidem vita est cog
nicio divinitatis. cognicio divinitatis virtus.
boni operis virtus boni operis fructus est eterne
beatitudinis. Idem. Ab omni nequitia mundu
mundare esse et dolo qui cupit regnare cum xpo. Si
vis habere partem cum xpo. xpi tibi exemplo vi
vendum est qui ab omni malicia et nequicia ita
fuit extraneus ut nec inimicus quid vice reddi
cogaret. Si sanctorum cupis habere consorcium a mali
cie et nequicie cogitacione pectus emunda. quia non
nisi sanctos et iustos et simplices et innocentes
et puros celestis aula suscipiet. Nec potest adhuc
mereri quod petit. qui non vult audire quod ius
sit. Eterna vita non nisi per omnem divinorum pre
ceptorum custodiam percipi potest. dicente scriptura
Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Et qui
vitam non habuit celestis regni non potest esse posses
sor. in quo non mortui sed vivi quique regna
bunt. Idem. Tres sunt species per quas regni
celestis possessio introitur. Prima est pudicicia
Secunda mundi contemptus. tercia vero iusticia
In primis igitur queritur pudicitia ut facilius subse
quatur mundi contemptus. quia ab illis contemp
ni mundus levius potest. qui matrimonii nexibus
tenentur. Mundi vero contemptus expostitur
ut iusticia conservetur. quia difficile implere
possunt. qui secularium bonorum cupiditatibus
et mundanarum voluptatum negociis implicantur.
Iusticia nichil est aliud. quam non peccare. non pec
care autem legis precepta servare. Gregorius.
Facile contempnit omnia. qui se semper cogitat esse
moriturum. Nemo potest proficere in virtutibus
nisi prius surrexit a viciis. ut illud. declina a
malo et fac bonum. prius desere studeat malum.
Nec enim possunt edificari bona nisi prius de
struantur mala. unde ad Ieremiam dictum est.
Ecce constituam te super gentes et regna ut evel
las et destruas. et disperdas et dissipes. et edi
fices et plantes. Prius precepit destruere mala
deinde edificare bona. quia non est ubi edifi
centur bona nisi prius destruantur mala. Unde
dicit propheta. Diverte a malo et fac bonum. Nec
sufficit tamen malum non facere nisi etiam bona
faciat. nec bona facere nisi etiam et mala devi
tat. Preceptorum vero observatio duplex que
custoditur ut nichil eorum que prohibentur fa
cias et que iubentur implere custodias. hoc
est quod dicit Recede a malo et fac bonum. In utroque
legis prevaricatio continetur. quando qui dicit
recede a malo. ipse dicit et fac bonum. Si a ma
lo recesseris et non feceris bonum transgressor
es legis. Nec sufficit christiano a malo absti-

nere nisi etiam bonorum operum officia pstent
Parum est abstinere tantummodo a peccatis nisi addamus et bona ¶ Gregorius. Bonum opus non
bis in voluntate sit. Nam ex divino adiutorio erit in pfectione Nemo qui recto corde bona q
valet operatur de salute sua desperet Non est opus
bonum nisi bono geratur animo ¶ Ieronimus.
Bonum quod facis tunc causa non iactancie facito Quidquid agis pro futura mercede age Nichil studeas propter laudem nichil propter humanam opinionem Nichil propter famam sed propter
vitam eternam Nam qui bona agere videtur et
per hec non deo sed hominibus placere desiderat
intentionis sue faciem deorsum premit ¶ Sixtus. Quicquid egeris causa glorie hoc erit meritum
tuum Ille solummodo fuit deo qui studio deo
placendi bonum operatur ¶ Idem. Omnis sapiencia in gratia et opinione consistit Melior
est ex conscientia veniens quia opinione sua
Nam illa vera est ista dubia Nullus sapientiam
dei plene recipit nisi qui se abstrahere ab omnium actionum cura contendit ¶ Idem. Sapienciam scribe in tempore ocii et qui minoratur
actu ipse percipiet eam. Qui scit deum sapiens
est beatus est. Qui scit seculum sapiens est secundum
deum stultus est Nullus in culpa maior est quam
ille qui nescit deum absque noticia sui bonorum peius est ¶ Ieronimus. Nichil nobis prodest omnium rerum erudicio cum dei scientia caruerimus ¶ Idem.
Nichil prodest scire omnem prudentiam cum ignorantia dei et nichil obest scientibus deum
ignorantia mundi ¶ Gregorius. Qui ea que
dei sunt nesciunt a domino nesciuntur Paulo
attestante qui ait Si quis ignorat ignorabitur
¶ Ieronimus. Nulla te ignorantia a peccato
excusat Prudencia sine bonitate malicia
est Studendum est vt bene vivamus sed valde cavendum est ne inde laudari velimus Si humanam laudem querimus divina amittimus
Quisquis ab hominibus laudatur culpatur a christo
si hic laus queritur illic remuneratio amittitur ¶ Idem. Quotiescumque duo vel tres congregantur in nomine domini in medio eorum ipse adesse non dedignabitur Etiam si vnius hominis sensus et voluntas in dei amore querit
eum vnum sentiendo venire ad illum ipse dignabitur etiam cum patre sicut ipse amatori suo
dicit Ego et pater ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus ¶ Augustinus. Cordis compunctio exercitat orationis affectum Oratio cordis est non labiorum neque verba deprecantis intendit
Sed orantis cor aspicit Melius est cum silencio
orare cordis quam solis verbis sine intuitu
mentis Internus iudex mente potius quam
verba considerat Inaniter oramus si spei fiduciam non habemus ¶ Idem. Frequenter orandum
et flexo corpore mens est erigenda ad dominum
Quotiescumque impugnatur vicio toties in
oratione se subdat quia frequens oratio viciorum
impugnationem extinguit ¶ Gregorius.
Quanto amplius tumultu cogitationum carnalium premimur tanto orationi insistere ardencius debemus Qualem vis esse deum dum
oras talis semper esto Oratio humilis continuo
penetrat ad celum Oratio vera medelam sanitatis exposcit Ipse deus nobis sibi testis est
quia invocantibus misereri desiderat qui admonet ut invocetur sicut per psalmistam dicit
Invoca me in die tribulationis tue et eruam
te et honorificabis me Ipse tremori nostro fiduciam dat qui per prophetam clamat Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat Reducamus ante oculos mentis quicquid errando commisimus et quod neguntur equum flendo puniamus
et cum psalmista ploremus coram domino preoccupemus faciem eius in confessione et cum propheta levemus corda nostra cum manibus ad dominum Ad
dominum quippe corda cum manibus levare est orationis studium cum merito bone operationis erigere
Orare oportet in tribulatione et laudare deum
in leticia atque in omnibus gratias agere Cor cum manibus levat qui orationem cum opere sublevat Nam
quis orat et non operatur cor levat et manum non
levat Qui vero operatur et non orat manum levat et cor non levat Ergo et orare necesse est et operari
Qui ad ameni domini viam pedibus cupit stare summopere studendum est vt vocis actibus adiuvent
Culpabiles manus ad dominum erigit qui sua
sua orando iactant prodit Citius ad precem in
vera flectitur si ad preceptum sua petitor corrigatur Nam inanis fit oratio vbi prava est actio
¶ Beda. Deo nostro iocunda sit laudatio si quod
canimus non impugnamus operibus quidam qui
temporalem quietem et prosperitatem a suo creatore
querunt non ut eorum creatori devotionibus ais
obediant sed ut habundantius comessationibus
et ebrietatibus vacent et scortis ac libidinibus
suis concupiscentiis suisque carnis serviant illecebris Huiusmodi petitores accipere non merentur
eo quod male petant Nequaquam enim propheta diceret Prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate Si non aliquos dominum invocare sed non in
veritate cognosceret Invocant quippe dominum in
veritate qui hoc quod orando petunt vivendo
non contradicunt Illi itaque in veritate deum invocant qui eum tunc comprobant Plerumque in
rerum opulencia regnat carnis culpa Difficile inter divicias servatur pudicicia Sunt
enim qui intrantes etiam multis psalmodys
vel sermonibus orationem prolongant sed alibi corde intendendo nec ipsi quid dicant recolunt
Hec quidem orantes sed mente foris vagantes
omni orationis fructu priventur putantes adeo precem
exaudiri quam nec qui fundit audiunt Quod
antiquum hostis instinctu fieri nemo est qui animadvertere nequeat Cum psalmum dicis eius
verba loquaris agnosce et in compunctione magis animi
quam in tumultu vocis dulcedine delectare Laicis
ac enim deus psallentis magis quam vocem comprobat Quanto antiquus hostis superatum se
conspicit tanto insidiari acrius non quiescit Statim ut quis ad servitute dei accedit
acriores adversum se hostis antiquus excitat temptationes ¶ Laurentius dicit

multi qui intrant in ecclesiam et strepunt in
oratione confuse atque intemperata voce dispergunt labia
sua et egressi foras obliti sunt omnia. Si tu
ipse verba tua et preces ignoras quomodo te exau
dit deus. Dicis inclinavi genua mea et oravi.
Genua tua inclinasti in terra et mens tua fo
ris per diversa discurrit. Corpus quidem intus set co
gitatio foris. Lingua tua peccatas (?) iniat (?) et con (?) su
etus dyabolus malus et invidus nunquam quando
oramus tunc magis incumbit et obstrepit. Nunquam
est sine gemitu orandum. Qui magna iniquitate
depscatur magna miseria confiteatur. Una nos
pulsat cum secum iacemus in lectulis. Venimus ad
orationem et mille nos cogitationum stimuli turbat
huiusmodi versutias cogitantes. Revertamur ad mu
lierem Chananeam que sic obsecrat. Miserere
mei domine fili david filia mea male a demo
nio vexatur. Dic et tu Miserere mei domine quia
anima mea male pulsatur a demonio. Malum
demon est peccatum anime demon si non extinguit
peccatum stat. De gubernaculis regim(inis) etc.

de gubna(culis)
regim(inis)

Cunt regnum bene regitur cum rege
dei gratia animo non dominatur. Si liberta
tem vestram a maioribus vestris traditam
minuam (?) non vultis. Subiectorum vestro
rum libertatem honorando custodite. Cum precedis
omnibus hominibus memento quod tibi preest deus.
Qui cupit dignitatis tenere fastigia humilitatis
viam sectetur. Ille vanitatem alta amat quam mente
suam ad humilitatis radice non desero
at. Omnis honor sine humilitate vanitas est.
In summo honore summa tibi sit humilitas. Qua
nis sublimis sis potestate vite celsitudine reprime.
Preside humilis culmini sublimitatis. Tanto ma
iori sis humilitate conspicuus quanto magna es
dignitate prelatus. Nequaquam valet in culmine
humilitatem discere qui in imis positus non desinit
superbire. Deus excelsus non superbia set humilita
te attingitur. Ille vero humilis est in bonis qui non
est defensor in malis. Ad summitatem virtutum
non potentia sed humilitate venitur. Ysidorus (?)
Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi
pulverem in vento portat. Quanto sublimior
ascensus tanto lapsus periculosior. Cave ho
nores quos sine culpa tenere non possis. Subli
mitas honorum magnitudo est scelerum. In maiori
gradu sine dubio maior est pena dicente scrip
tura. Potenter potentes tormenta patientur.
Iudicium enim durissimum hiis qui presunt. Cui
multum datur multum ab eo requiritur et cui
plus committitur plus ab eo exigitur. Hono
res pericula gerunt cito periclitatur potestas. Bre
vis est huius mundi felicitas modica est huius
seculi gloria caduca et fragilis temporalis potentia.
Quanto maior honor tanto maiora pericula.
Alta enim arbor ventis fortius agitur. Excelse
turres graviori casu procumbunt. Altissimi mon
tes ventis concutiuntur. Item. Et si bre
vi tempore absolvatur quandoque (?) sermo est Misere
re mei deus. Brevis quidem sed virtute ple
nus. Nam si foris fueris clama et dic Mi

Miserere mei deus. Clama non voce set mente.
Nam et tacentes exaudit deus. Nec tum quantum
locus quantum sensus. Ieremias in lacu confor
tatur. Daniel inter leones exultat. Tres
pueri in fornace tripudiant. Iob nudus sub di
vo triumphat. Paradisum de cruce latro in
venit. Quid ergo si fueris in publico foro ora
nisi te noli querere locum. Locus ipse est. Ubicumque
fueris ora. Si fueris in publico ora quia ibi tem
plum est. Verum ipsi templum anima credentis est.
Domum est pretiosam cum silentio salutate dominum. Et ait
Apostolus Templum dei sanctum est quod estis vos. Tu
Virtus. Templum et altare sanctum est deo mens
pura. Mens bona chorus dei est mala mens
chorus est demonum malorum. Ieronimus.
Non vacet mens tua variis perturbationibus
que si pectori tuo insederint dominabuntur
tui et deducent te ad delictum maximum. Ocia
o semienti malignum spiritus prunas cogitationes
immittunt ut et si quiescat ab opere non quiesc
cat malorum operum delectatione. Neque non potest reg
num habere virtutum nisi iugum prius excusserit vi
ciorum. Mens vestra dedita sit tanto sed minoa (?)
quomodo maiora peccata sciens etiam pro omni verbo
ocioso in die iudicii rationem esse reddendam. Pre
quens meditatio carnis est afflictio. Omne
tempus in quo non de deo cogitas hoc te
computa perdidisse. Excerptum ex epistola
Beati Gregorii ad secundinum servum
dei inclusum de callidi hostis insidiis.

Antiquus hostis mos ut ociosam
mentem invenerit ad eam sub quibus
dam occasionibus locuturus venit
et quedam ei de gestis peccatis ad
memoriam reducat. Audita quidem verba in
decenter resonat et si qua dudum cupit acta
sunt eorum speciem cordis oculis opponit et quia
de presentibus non valet inquinare de malis tran
sactis inolat et decepta mente sepe in delecta
tionem repat. Unde dominus iam se per penitentiam affli
xit ut ei cum psalmista dicat. Computruerunt
et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie
mee. Cicatrix quippe signum est vulneris set sana
ti. Cicatrix ergo ad putredinem redit quando
peccata vulneris que iam per penitentiam sanata est in de
lectationem suam animam generat. Sepe quod nunquam fe
cimus per hostis callidi insidias cordis oculis
videmus. Cumque insensibiliter in hoc delecta
cio surripit quamvis iam plangat que
fecerit credet tamen infelicem animam que
dam non fecisse que plangat. Hoc sunt cor
dis illi tenebre qui in hac vita volentes no
lentesque sustinemus. Quid cogit hic quemquam est
nisi adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Dyabolus non cogendo sed suadendo nocet.
Suadere enim et sollicitare potest cogere omnino non potest.
Neque est unde gaudeat plus dyabolus. Nisi quan
do dicit quod ipse fecit ut peccaret. Aliquando
sunt qui cogitationes a dyabolo immitti pu
tant et non ex propria nasci voluntate. Dyabolus
adiutor et incentor malorum cogitationum
esse potest. Ieronimus. Dum in cogi

tacōe voluntas non reprimit etiā in actiōe dominatur. Augustinus. Nec quisquam potest aliquid facere aut ad aliquid faciendum membra movere nisi primo processit iussio cogitationis. Facta de cogitatiōe procedunt. Nec potest anima fieri ut habeat mala facta qui habet bonas cogitationes. Plurima namque animam omnipotens deus modis multis visitatione conspicit. Nam assidue hanc visitat precepto, aliquando autem flagello, aliquando autem miraculo, ut et vera que nesciebat videat et tamen adhuc superbiens contempnit aut dolore compuncta redeat aut beneficiis devicta malum quod fecerat erubescat. Prava mens si non prius per timorem excititur, ab assuetis malis non evellitur. Deus namque fidelis animam timore corrigit, correctam letificat. Gregorius. Stantibus si ceciderint minatur penam, lapsis vero ut surgant promittit indulgentiam. Illos terret ne presumant in bonis, istos refovet ne desperent in malis. Iustus es, noli pertimescere, ne corruas. Peccator es, presume de misericordia ut resurgas. Iusticia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit, et iniquitas iniqui non nocebit eum in quacumque die conversus fuerit. Ieronimus. Sancti coruunt si fuerint negligentes, et peccatores resipiscent. Si sordes peccatorum laverint fletibus, non solum in fletibus, non in actibus meis, sed in domino confidamus, qui ex carnis blandimento multa peccavimus. Consolatio laurenciani. Ex carnis afflictione puri gemitur. Sciendum quoque nobis est quia pena prius si afflicti animo conteruntur, finis est culpe precedentis. Si ante ad timorem domini minime conterunt, initium est pene sequentis. Curandum ergo nobis est summopere in fletibus tota mente compunctione vigilandum, ne de tormento ad tormenta transeamus. Animi leticia dolores corporis mitigat. Nam si ad egrotationem corporis accedat egritudo animi, duplicatur infirmitas. Idem. Adversitas que bonis viris obicitur probatio virtutis est, non indicium reprobationis. Ieronimus. Quando in bono opere aliquid adversi accidit, in celum maior merces servatur. Gregorius. Apud misericordem iudicem nec fallax ille habebitur qui ad veritatem venerit, etiam postquam mentitur. Sicut persev[er]anti culpe debetur umbra, ita resipiscentibus est venia concedenda. Ieronimus. In afflictionis tempore humilitas debet apparere, et quibus resistere virtute non possumus, lacrimis obviemus. Quere itaque tibi accedendum, ubi humanum cessat auxilium. Idem. Ineptias et aniles fabulas devita. Ieronimus. Scurrilitas atque lascivia te presente non habeant locum, numquam verbum inhonestum audias. Omne quod non edificat audientes in periculum vertitur audientium. Corrumpunt mores bonos confabulationes pessime. Idem. Lingua tua sensum sequitur. Verba sine sensu obprobria sunt. Verbositas non effugiet peccatum. Gregorius. Sunt ceteri ad linguam lubricatur corpus, ad iocos vel inania verba movetur lingua. Idem. Nichil animus peccat si animus oculis imperat. Claude aures tuas ne audias malum. Sugerenda ita verba, vana verba cito polluunt mentem, facile agitur quod libenter auditur. Hoc procedat ex labiis quod aures non polluat audientis. Sermo vanus vane conscientie index est. Qualis sermo auditur, talis animus comprobatur. Petere verbum quod non edificat aures. Quia ociosa verba non reprimunt, ad noxia cito transit. Paulatim crescunt vicia, et dum parva non cavemus, in magnis prolabimur. Et in loquendo et in tacendo peritus esto, discerne quid loquaris, quid taceas. Lingua tua te non prodat. Ociosum quippe verbum est quod aut utilitate rectitudinis aut ratione necessitatis caret. Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos quos erudire poterat in errore relinquit. Quid in homine tutum sit si innocentia dampnosa est. Non prodest scissitatorum membrorum si inveniatur in uno corruptio. Quid prodest cuncta munivisse, si per unum locum pretiosus hosti prebeatur accessus. Sixtus. Semper de bonis loqui stude. Ex bonis est hoc solum te dicere puta. Insuesce linguam tuam bene proloqui. Ieronimus. Preciosa deo lingua est que non in divinis rebus nouit verba construere et suum os. Unde celestia semper eloquia proferuntur. Melius est e duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam quam eloquentiam peccatricem. Multoque melius est vera rustice quam diserte falsa proferre. Sixtus. Quod nitere est fieri voluntarie fac cito. Quod non oportet fieri nullo modo facias. Semper in manu tua sit sacra lectio. Ieronimus. Vertenti tibi codicem sompnus surrepat, et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Albinus. Sanctorum lectio scripturarum divine est cogitatio beatitudinis. In hiis enim quasi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit vel quo tendat. Lectio assidua purificat animam, timorem incutit gehenne, ad gaudia superna cor instigat legentis. Qui vult cum deo semper esse, frequenter debet orare et legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur, cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Ille beatissimus est qui divinas scripturas legens verba vertit in opera. Labor honestus est lectionis et ad emendationem multum prestat anime. Omnis plane scriptura sacra ad nostram scripta est salutem, ut perficiamus in ea in veritatis cognitione. Terram suam relinquit qui carnis sue voluntatem non sequitur. Melior est subiecta simtus quam clara libertas. De discretione actuum. Diligenter distinguere omnia que agis, qualiter bonum incipias, qualiter perficias. In omni actione tene discretionem, in nulla re indiscretus appareas. Sena unicuique virtuti congruum tempus suum. Quicquid bonum cum discretione feceris virtus est. Quicquid sine discretione gesseris vicium est. Virtus sine discretione vicium obtinet locum. Non sis plus iustus quam oportet. Ysidorus. Perfectum est ieiunium quod elemosina firmat et orationibus celum transit et ad thronum ...

De discretione actuum

tissimi dei puenit Per ieiunia et orationes occulta
misteriorum celestium revelantur divinorumque sacramenti
archana panduntur. Quia dum Adam abstinuit
mansit in paradiso manducavit et expulsus est.
Ieiunia fortia tela sunt adversus temptamenta
diaboli. Cito enim per abstinenciam vincitur. Un
ciam dominus et salvator noster eorum incursus ieiu
niis et orationibus premonet superari dicens hoc ge
nus non eicitur nisi per orationem et ieiunium. Absti
nencia corpus macerat sed cor impinguescit.
Carnem debilitat sed animam confortat. Melius
est predicacionis sancte communio vitetur in precio
mente reficere quam ventrem mortifere carnis
deliciis saturare epulis. De ieiunio Ieronimus

de ieiunio

Omnibus servis dei tempore ieiunandum est.
Ieiunium non perfecta virtus sed ceterarum vir
tutum est fundamentum. Nichil pro
dest biduo vel triduo vacuum portare ventrem
si compensetur saturitate ieiunium. Ardentes
dyaboli sagitte ieiuniorum et vigiliarum frigore
extinguende sunt. Carnis non facile tollit
delectacio. Perditur ieiunium quod in vesperum reple
cione ciborum restituitur. Pro refectione paupe
cia ieiunare bonum est. Paste animam tuam verbo
dei. Corpus vero simplicibus cibis, quia multi a
bi impedit castitatem et incontinentia ciborum homi
nem immundum facit. Parcus cibus et venter semper esu
riens triduanis prefertur ieiuniis. Moderatus
temperatus cibus et carni et corpori utilis est. Sic
debes manducare ut semper esurias ut statim
post cibum possis legere orare et psallere. Me
lius cottidie parum quam raro satis sumere. Ho
mines a ventre vincuntur belue sunt. Et vita
belua distat qui semper prospera captat. Au
gustinus. Neque enim reputanda est abstinentia
ubi fuit ventris saturitas subsecuta. Idem.
Non deo sed sibi quisque ieiunat si ea que sibi
ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit sed
ventri postmodum offerenda custodit. Sibi come
dit et bibit qui alimenta corporis que sub omnia
dona creatoris sine indigentibus percipit. Cesa
rius. Cum a cibis abstinent et peccare appetunt
demones imitantur quibus esca carnalis non est
et nequicia spiritualis inest semper. Laus confessionis

Laus con
fessionis

Confessio peccatorum initium est bonorum operum.
Confessio sanitatis est indicium. Basi
lius. Melius est in malis factis pura
confessio quam in bonis operibus superba gloriatio.
De confessione. Vera confessio est peccati sine inter
missione temporis penitere. Nichil ei magis congru
it qui penitentiam gessit quam castitas perseverans
et mentis et corporis. Porta semper verecundia
in vultu de recordacione delicti. Sine vera con
fessione et penitentia nemo salvabitur. Cum accus
at et confitetur peccata sua tunc deo facit pactum.
Gregorius. Magna contra peccatum virtus penitentia
est si quis in ea perseveret. Nimis festinat evade
distrectione sine indicium sequentis per amaritudi
nem penitentie omnem sibi dulcedinem intimat
vite presentis. Apud deum non tam valet mensura temporis
quam doloris. Nec abstinentia tantum ciborum quam
mortificatio viciorum. Iohannes. Penitencia re
fugium est anime fornax est peccatorum languencium

mater infirmorum adiutrix. Omne peccatum per pe
nitentiam recipit vulneris sanitatem. Fidel
penitens quam culpam agnoscit nec deflere. In hac
vita tantum penitentie patet libertas post mortem
vero nulla est correctionis licentia. Albinus.
Satis alienus a fide est qui ad agendam penitentiam
tempus senectutis expectat. Metuendum est ne
dum sperat miseriam incidat in iudicium. Neque enim te
veniam invenient qui non aptum venie tempus
perdit. Gregorius. Cum tempus congrue
penitentie perdit frustra ante ianuam regni cum precibus
venit. Sed penitentiam digne agere non possumus nisi
modum eiusdem penitentie cognoscamus. Penitentia
quippe agere est et perpetrata plangere et plan
genda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat
ut tamen alia committat adhuc penitentiam aut ig
norat aut dissimulat. Etc. Misericors deus contemp
nit et renovat anexantibus scilicet sunt iniquorum aptat
qui dicit ad me convertimini. Utilius est penitenti dis
pendia pati quam per illicitum negotiacionis obstringi.
Contrarium est omnino ecclesiastice regule post penitentie
actionem redire ad miliciam secularem. Ce
lestinus. Perdidisset in cruce latro premium
ad Christi dexteram pendens si illum unius hore
penitentia non vivificasset. Cum esset in pena peni
tuit et per unius sermonis professionem habitacu
lum paradisi deo promittente promeruit. Hilarius.
Penitudo mores immutat et longa temporum
tinea in ictu oculi penitet si cordis nata fuerit
compunctio. Albinus. Penitentia vera non annorum numero
censetur sed amaritudine animi. De con
versione in ultimis positorum valde nota.

Sera ad deum conversio in ultimis posi
torum mente pocius est estimanda
quam tempore propheta hoc tali asserente
Cum conversus ingemuerit tunc salvus erit.
Ysidorus. Non dubitamus certa fine iustificari
hominem per penitentie compunctionem. Conversione penitu
dinis non tam considranda est mensura temporis
quam doloris. Si bona est in extremis con
versio est melior tamen que longe ante finem
agitur ut ab hac vita securius transeatur. No
nnumquam enim est sera conversio. Septies iustus ca
dit et resurgit. Si cadit quomodo iustus. Et si ius
tus quomodo cadit. Sed iusti vocabulum non
amittit qui per penitentiam semper resurgit. A
postolus. Est peccatum ad mortem non pro illo di
co ut roget quis. Peccatum ad mortem est usque ad
tempus mortis peccatum. Peccatum quod in
hac vita non corrigitur eius venia post mor
tem inaniter postulatur. Gregorius. Omne
peccatum sine ulcione non deserit. Ysidorus. Nequa
quam peccatum parcitur quod nulla cominus sine
vindicta laxat. Non est quicquam in cunctis quod
non penitudine deleatur. Secreta satisfactione
solum mortalia crimina non negamus. Penitus
est per meditacionem peccati quam per perpetracionem.

Sunt non nulli qui dum peccata
confitentur faciendaque deliberant non
aut timore omittunt aut ob dif
ficultatem adimplere nequeunt. Ple
rique metu cessant peccare non innocentia

absq vllo seculi impedimento deo seruiant / vt
dicere possint Dns ps hereditatis mee / Origen
es / Tribus causis loca scoz tu simitanda
sunt / pmo tu ruitas psecutoz / illota eoz
fugiant / Secundo tu difficultas locoz sunt / Ter
cio tu maloz societate grauentur / Ysidorus /
Anime defunctorum quatuor modis soluuntur / aut
oblacoibz sacerdotu / aut pcibz scoz / aut carorum
elemosinis / aut ieiuniis cognatorum / Au
gustinus / Non nocent mala pcta / si no pla
cent / papue si multis elemosinis sunt expi

Incipit amonicio Adelgeri Epi / Cata
ad Nonswindam reclusam de laude carita
tis / z quomodo cunctis virtutibz pferatur

Que no immemor peticionis o ca
rissima mater / Tibi ut rogasti
scribere studui / Noui em ardorem
animi tui erga scripturas diuin
as / Noui tibi inesse studiu legen
di z implendi ea que legis Memor q sim
latrimas tuas et omnis study tui / quod inte
rdum sepe pspexi / Dum tecu de aiae tue sermocinarer
pfectu / et ideo me no piguit hoc qd in tua sug
gerere studuit caritas adimplere Quatinus
et tu ex hac ipa amonicoe in dm gradatim
amore pficias / et ego tue mercedis efficiamur
rear particeps Scio em no mediocriter esse
btm qui se solummodo dno adiuuante saluat Sz
nouit multu beaciore ee qui secu alios ad ce
leste regnum trahere festinat Quapropt hortor tua
excimiam dilectionem / ut hanc amonicoem subm
delegas / et memorie comendes / atq ope co
pleas / ut alijs bonu exemplu monstrando
et te z alios salues / Vt de tuo z alioz pfectu fe
licem remuneracoz ab sponso tuo inmorta
li recipias Mente sollicita precaueas / ne hoc ag
as vnde tuo celesti sponso displiceas / Quia
ipe tibi si bene ut cepisti pseueraueris / inau
ditam leticiam / gaudiu cum celis donabit
sicut Paulo attestante qui ait / Quod oculus
no vidit / Nec auris audiuit / nec in cor hois
ascendit / que parauit deus diligentibz se
Festina g ad illud gaudium / ad illam leticiam
in qua multi scoz requiescunt / Considera deo
dilecta quanta sit felicitas dei vultum sine
defectu cernere / scoz Angeloz choris miscere
Cum scorz hoim multitudine sine fine gau
dere / et ad hec gressibus virtutu cottidie appro
pinquare stude / Et ut ad ea que commemoraui
recto tramite pergas / ticiusq puenie quas
hanc tue btitudini amonicoem scripsi / Ver
quia no de vna solummodo virtute sed de
multis te cupio amonere virtutibus

Amonicio Adelgeri /

Quem sermonem ideo singulari munere amo
nicorum voto quia quamvis multe sint virtutes et
multa ornamenta ad vitam tamen pertinet viam
ad vitam iter / et ad vitam felicitatem hominem du
cunt Cum igitur de pluribus virtutibus te amone
desidem Primo cum aplo Paulo hortor / ut cari
tatis virtutem / ante omnia habere studeas Caritas enim
sicut panis omnibus cibis est melior ita caritas
omnes antecellit virtutes / Et sicut sine pane
mensa efficitur inops ita sine caritate nulla
proficit virtus Sine caritate vero nec lacrime
nec vigilie nec nuditas nec castitas nec ele
mosine nec martirium hominem possunt salva
re Hanc dominus ac redemptor noster specialiter nobis co
mendat / Hec inquit mando vobis ut vos
invicem diligatis Et iterum In hoc cognoscent
omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis
ad invicem Hanc Johannes apostolus laudans ait
Qui manet in caritate in deo manet et deus
in eo Hanc predicator egregius cunctis virtutibus
preferens dicit / Si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas et si tradidero corpus
meum ita ut ardeam / caritatem autem non ha
buero nichil michi prodest Deinde subiungit Ca
ritas paciens est / Benigna est Paciens tol
lerando adversa benigna bona prestando Cum
si caritas paciens est atque benigna / stude fi
delissima mente / omnia patienter tolerare ipsa
quoque adversa que toleras cum diligere ¶ De
humilitatis virtute que caritati obedientieque
Certissime vero tibi convenit / coniunguntur
credere quod caritas nunquam sine humilita
te et obediencia in homine regnet Si
veram habueris caritatem / mox eris humilis atque
obediens / Humilitas namque corona virtutum est Hec
de terrenis hominibus celestes facit / Per hanc dya
bolus superatur / per hanc eius laquei vitantur
Sicut beatus Anthonius dixit Abbati pastori
Vidi omnes laqueos inimici tensos in via et in
gemescens dixi / Quis putas transiet istos la
queos Et audivi vocem dicentem / Humilitas
Hoc vero beatus Anthonius ut puto non pro se tantum vi
dit et audivit / sed et pro nobis qui peccatores et
insipientes sumus / et longe ab illius meritis
distamus Ut nos hec legentes et ope complectentes
dyaboli laqueos possimus vitare Cum semper
hoc inquirit quod nos decipiat / Agitur quam mag
na sit humilitatis virtus Marci etiam monachi
vita insinuat que dicit eum in iuventute
valde fuisse mansuetum humilem ac supplicem
et per eius virtutibus tantum illum dicit deo fuisse ama
bilem / ut cum ad divinum corpus accederet An
geli ei sacramenta preberent / Pensare vero debemus
ex hoc miraculo / quam magnum donum sit humi
litas per quod homo tam amabilis tamque acce
ptabilis deo adhuc hic mortalis efficitur Ab
bas etiam daniel miraculum narrat per quod virtus
humilitatis declaratur Erat autem in Babilo
nia filia cuiusdam prioris demonium habens
Pater autem eius diligebat quendam mona
chum qui dixit ei / Nemo potest curare fili
am tuam nisi quos scio solitarios Sed si pre
ceperis ad eos non adquiescent hec facere
propter humilitate Sed hoc faciemus Quando veniunt
afferentes venalia que operantur / Dicite vos e
mere velle quod vendunt Et cum venerint in domum
precium accepturi dicemus eis ut faciant pro ea orationem
Et credo quod sanabitur filia tua Exeuntes quoque in
platea invenerunt unum Monachum sedentem
ut venderet sportellas suas et tulerunt eum in do
mum quasi precium sportarum acciperet Et cum intrasset
Monachus ille in domum venit puella que a de
monio vexabatur / et dedit alapam monacho
illi Ille autem convertit ei et aliam maxillam / se
cundum divinum preceptum / demon autem cum tor
queretur / clamare cepit O violentia mandatorum
Ihesu xpisti compellit me hinc Et statim mundata
est puella Cum autem venissent senes indi
caverunt eis quod factum fuerat / et glorificaverunt
deum et dixerunt Consuetudo est dyabolice su
perbie / ad humilitate mandatorum Ihesu xpisti corruere
Consideremus et nos o carissima mater humilitatem
huius felicissimi monachi et quantum possimus
imitari curemus Si igitur humilitas alterius ab
alio demonem expulit / sine dubio firmiter
credere debemus quod nostra humilitas dyabolum in cor
dibus nostris regnare non sinet / Tunc vero veram humi
litatem habemus / si omnibus nos putamus esse inferi
ores / et omnibus honorem deferimus / et omnia
que nobis alii faciunt adversa humiliter toleramus
propter dei amorem De hac virtute dominus in evangelio
dicit Omnis qui se exaltat humiliabitur / et qui
se humiliat exaltabitur Ex isto enim versiculo dis
cere debemus / quod superbia contraria sit humilitati Er
go si vere humiles esse volumus / superbiam fugiamus
quia superbia deicit humilitas elevat Nos hanc
virtutem princeps apostolorum nobis commendat dicendo /
Humiliamini sub potenti manu dei Ut vos exal
tet in tempore tribulationis Hanc sentenciam mani
festissime nobis insinuat / quod si hic dum vivimus
nos humiliare curaverimus In tempore tribulationis
vel retributionis idest in die iudicii / divina nos
pietas exaltabit in celesti scilicet regno Iam vero
superius dixi / quod caritas et humilitas / atque obedi
encia ab invicem non queant separari ¶ C
De obediencie bono eiusque laudibus iii
Et quia diximus de caritate et humilitate
dicendum est / restat ut solerter attendas qua
lis sit obediencie virtus Propter inobedi
enciam primus homo eiectus est de paradiso / quo
propter si illic vis ascendere obediens esse stude
Ut autem quam magna sit virtus agnoscas / mira
culum tibi ad memoriam revocabo / Quidam secula
ris vite habens Tres filios renunciavit seculo
et venit ad Monasterium relinquens filios su
os in civitate / Et cum fuisset tres annos in mo
nasterio / ceperunt cogitationes eius / filios ei
frequenter ad memoriam adducere / et contristaba
tur pro eis valde / neque tamen dixit Abbati filios
se habere Videns autem eum Abbas tristem di
xit ei / Quid habes quod tristis es / Et narravit
ei quia tres filios haberet in Civitate et vellet
eos ad Monasterium eius adducere / Precepit
autem Abbas ut adduceret eos / Qui cum per
venisset ad Civitatem / invenit ex hiis duos
iam fuisse defunctos / unum vero solummodo

de humilitatis virtute ii

Ro

remansisse. Quem adsumens duxit ad Monasterium et requirens Abbatem non invenit eum illic. Interrogavit autem fratres ubi esset Abbas et illi dixerunt quod ad pistrinum pergeret. Ille vero tollens filium suum quem adduxerat abiit ad pistrinum. Et videns eum Abbas venientem salutavit et tenens puerum quem adduxerat amplexatus est eum et osculabatur et ait patri eius Amas eum. Et ille dixit etiam. Et rursus dixit ei Omnino diligis eum. Et respondit etiam. Postea vero dixit ei Abbas Tolle ergo si eum amas et mitte in fornacem modo dum ardet. Et tenens eum pater suus iactavit in fornacem ardentem. Et statim factus est fornax velud ros. Ecce qua obediencia acquisivit gloriam quemadmodum Abraham Patriarcha. Hoc ergo miraculum hortor ut memorie tradas. Ut semper obediencie virtutem ante oculos habeas. Nam sicut illo tempore illius Monachi obediencia extinxit ignem fornacis sic et modo si bene fueris obediens ipsa virtus in corde tuo ignem viciorum extinguet et si hic ignis viciorum fuit extinctus in te nequaquam post mortem in igne descendes eternum sed ad celestem gloriam sine fine manentem. Ergo ama obedienciam dilige obedienciam quia magna virtus est. Ut autem illius magnitudinem clarius intelligas sequens miraculum frequenter lege. Dicebant autem fratres quia narravit quidam patrum vidisse se quatuor ordines in celo quorum primus erat hominum infirmorum et gratias agencium deo. Secundus hospitalitatem sectancium et instanter ministrancium. Tertius in solitudine conversancium et non videncium homines. Quartus ordo erat eorum qui ad obediendum spiritualibus patribus se subiciunt propter deum. Videbatur autem ordo obediencium torquem auream habere et multo maiorem quam alii gloriam habebat. Ego autem dixi ei qui michi ostendebat hec omnia Quomodo iste ordo qui parvus est maiorem quam alii gloriam habet. Et ille respondens dixit michi Quoniam hii qui hospitalitatem sectantur secundum propriam voluntatem id ipsum faciunt. Similiter qui in heremo se relegant arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autem ordo qui se ad obediendum dedit omnes voluntates suas abiciens pendet ad deum et ad iussionem spiritualis patris propterea et maiorem gloriam habet. Quapropter o fili bona est obediencia que propter deum fit. Intende ergo nunc virtutis huius aliquod ex parte vestigium. Obediencia salus est omnium fidelium. Obediencia genitrix omnium virtutum est. Obediencia regni celorum inventrix est. Obediencia celos aperiens hominem de terra elevat. Obediencia cohabitatrix est angelorum. Obediencia sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim ablacti sunt et per hanc ad perfectionem venerunt.

De virtute continentie sequitur admonitio Et quod continencia in multis vita sit rebus necessaria

Hodie iam tempus est ut post ceterarum virtutum doctrinam vigilanter attendas quanta sit continencie virtus et quod continentie non solum in cibis et potu sed etiam in locucione et in sompno ac vestitu et in innumerabilibus sit consistit. Ammoneo igitur dilectionem tuam ut non delicatos cibos queras nec ante horam consuetam comedere velis nec dicas in corde tuo. Certe alii ita vita faciunt. Scito pro certo quod unusquisque quo in hac vita plus in dei servicio laboraverit eo maiorem post mortem a domino mercedem recipiet. Ne igitur tibi gravis videatur continencie virtus miraculum inseram quod in tripartita historia legi. Dorotheus genere thebeus talem duxit vitam curavit ut cottidie lapides a mari colligeret et annis singulis hospicium edificaret et ipsa hospicia dabat illis qui non habebant hospicia. Noctibus autem propter corporis cibum faciebat sportellas. Cuius cibus erat panis uncie sex et olerum minutorum unus fasciculus et ad bibendum aqua. Hic a iuventute sic vivens nec in senectute defecit. Nunquam visus est in lectulo sopatus vel pedes pro requie tetendisse aut dormire pro voluntatem nisi quantum operando aut comedendo natura compressus oculos claudere potuisset. Ita ut sepe dum comedendo dormiret cibus ex eius ore laberetur. Aliquando ergo sompno valde gravatus dum in sterctore cecidisset obdormivit. Hoc presentiens autem contristatus sub silencio dixit Si angelis dormire suaseris et michi ulterius suadebis. Quod forte dicebat ad sompnum aut ad demonem qui nitebatur bonos eius actus impedire. Huic laboranti quidam dixit Cur ita perimis corpus tuum. At ille quia me inquit illud occidit. Karissimi Monachi continentia tibi scripsi. Re ipsa tibi gravis virtus videtur. Ut cognoscas quantum ab antiquis vel modernis quibusdam patribus distemus. Audivit enim nunc beatitudo tua quod Dorotheus omni anno edificabat cellas et donabat aliis. Audisti etiam quod in lecto non iacebat et de pane et aqua et herbis vivebat. Non ideo hoc dico ut tantum tu facias sed ut te humilies simulque sciatis quia magnam abstinenciam patres nostri habuerunt et nequaquam delicatos cibos querebant. Presertim cum in prefato libro de Moyse Monacho scriptum sit quod per multos annos pane tantummodo comederit et multum opus fecerit. Sex autem annis per tota nocte stans oravit neque genibus inclinatis neque oculis in sompnum oppote clausis. Insuper etiam noctanter circuibat cellulas monachorum et lagenas singulorum aqua replebat cum longe aut triginta aut viginti aut decem stadiis aqua maneret. Cum licet corpus ita domaret priorem tamen valitudinem non amisit. Hec miracula assidue lege karissime et per hec cum dei adiutorio in abstinencia perficere studeas. Omnibus autem pati ad omnia concupiscenda sed recolamus continenciam Xenonis Abbatis. Abbas Xenon ambulans aliquando in palestinam cum laborasset resedit ut manducaret iuxta cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus dicendo Tolle tibi unum cucumerem et manduca. Cum increpans co

gitacionem suam, dixit sibi ipsi: Iuvenes ad tormenta vadunt. Proba ergo te ipsum in hoc, si potes ferre tormenta. Et consurgens stetit ab ardore solis diebus quinque et dixit: Si ardorem solis ferre non possum, quomodo sufferre potero ignem eternum? Et dixit ad animum suum: Si non potes ferre tormenta, non rapias [illegible] ut manduces. Verba igitur tanti viri considerare nos admonent, quia ab ipsius conversacione longe distemus. Et propterea [illegible] nos peccatores et infirmos esse in comparacione sanctorum virorum, ut nos ipsos ex illorum imitacione despicientes per [illegible] eorum consorcium habere possimus.

De continencia in visu. v.

Quod autem non tantum in cibo sed et in visu sit continencia, sequens miraculum apte insinuat. Prior autem cum de domo patris ad philosophiam conversionis exiret, promisit deinde nullum propinquorum de cetero fore visurum. Post quinquaginta vero annos dum eius soror eum vivere et in heremo habitare agnovisset, non cessabat donec inspiceret eum. [illegible] in loca iam [illegible] propter eum videt affligi, scripsit presbiteris heremi ut Priorem dirigerent. At ille quo contempnere nefas est obediens iussionibus seniorum, et assumens quendam monachum secum venit ad patriam. Cumque ante domum sue iam [illegible] accessisset et suum adventum nunciasset, veniente germana clausis oculis dixit: Ego sum Prior frater tuus, vis aspectu saciare. Tunc illa gratificata laudavit deum, at ille oracione facta remeavit ad heremum, ubi fodiens aquam invenit amaram, ea qua usus est usque ad ultimum diem vite sue. Post cuius obitum nullus ibi habitare prevaluit. Ergo [illegible] qui per oracionem eam ad suos usus fecerat dulcem, [illegible] etiam alibi [illegible] instante oracione meruit emanare. Nam cum Moyses et eius monachi puteum aliquando foderent, et nec venam aliquam reperiens nec amplius iam fodere altitudo permitteret, in medio die surrexerunt Prior et oracione facta descendit in foveam. Cumque tercio percussisset terram, mox emanavit aqua. Cumque oracione facta discederet, dixit illis cum petentibus ut vel ex aqua gustaret, dixit: Ad quod cucurri satis est, et propter quod veni peractum est. Propterea vero carissima mater hec tibi de Priore monacho scripsi ut per te scires quod continencia eciam in visu sit necessaria. Audistis vero nunc quam tantus iste monachus fuit, qui nec inobediens fuit preceptis seniorum, qui illum ad sororem suam ire iusserunt, nec ipsam vidit visus ab illa, ne contra votum suum facere videretur. Tuam ergo hortor sanctitatem ut illum studeas imitari. Non sit tibi cura videndi propinquos tuos vel amicos quos in seculo reliquisti, et pro eorum cura tua oracio neque lacrime non inmineant, ne tu uxore Loth retro respiciendo in salis converteris statuam. Recole ergo illud ewangelii versiculum: Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno celorum.

De continencia locucionis seu valde salutaris ammonicio.

Hortor etiam ut in locucione sis continens, ut assidue cum psalmista decantes: Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Noli igitur aliis detrahere. Memento quod Maria sit percussa in heremo, quando detraxit a Moysi servo dei, sicut prologus [illegible]. Narrat enim historia quod pro hac culpa a lepra fuit maculata, septemque extra castra mansit diebus, que postmodum per oracionem Moysi fratris sui tamen de celo fuit a lepra mundata. Absit autem ut de lingua per quam benedicimus deum inde maledicamus aut detrahamus proximo. Recolamus ergo quod scriptum est, quia omnis detractor eradicabitur. Unde eradicabitur omnis detractor procul dubio de cetu sanctorum. Ergo ne et nos de sanctorum consorcio eradicemur, custodiamus a detraccione linguam nostram, non detrahamus proximo quem iubemur diligere sicut nos metipsos. Et non tantum a detraccione nos oportet cessare, sed eciam ab ociosis verbis, quia ewangelium clamat: De omni ocioso verbo quod locuti fuerint homines reddent racionem in die iudicii. Ociosus sermo est qui nec ad illum qui illum dixit nec ad illum qui eum audit pertinet profectum. Noli ergo proferre verba que risum aut cachinnum moveant, sed magis que ad compunctionem et lacrimas et ad animarum profectum pertineant. Tuus sermo sit [illegible]. Narrat namque historia tripartita Tonthabennensiorum [illegible] atque Theonem inclitorum monachorum presides fuisse. Ambo namque fuerunt operatores miraculorum, et divina providencia prophecia quoque completi. Dicitur Theonem eruditum egyptiorum grecorum atque latinorum studiis triginta annos habuisse taciturnitatem. Porro a nullo homine visum [illegible] aut iurantem aut mencientem aut vanum aliquid asperum vel infirmum protulisse sermonem. Eorum temporibus fuit eciam Helyas monachus in heremo, agens annum etatis circa centesimum atque decimum. Iste cum pene septuaginta annis solus vixit in solitudine et usque ad hanc etatem ieiunando multumque silendo et [illegible] versando pervenit. Hec miracula hortor ut frequenter legas, [illegible] quia tanta in loquendo te esse oportet. Audisti vero nunc et ut puto memorie commendasti quod doctissimus Theon monachus per xxx annos tenuit taciturnitatem. Hortor igitur ut quia nobis assidue tacere non licet, ut eciam libet id placeat ut semper a malo detraccionis sileamus. Et ergo tibi virtus taciturnitatis placeat, audi adhuc quod Zacharias de ipsa interrogatus [illegible]. Dixit abbas Pastor: Cum interrogavit abbas Moyses fratrem Zachariam dicens: Quid vides? et ille dixit: Nichil melius quam tacere pater. Et dixit: Verum est fili, tace. Hora autem mortis eius sedens abbas Ysidorus respexit in celum et dixit: Letare letare fili Zacharia, quia aperte sunt tibi ianue regni celorum. Vides o carissima virgo quod Zacharie pro taciturnitatis maxima virtute aperte sunt ianue celi, ut ergo et tibi aperiantur, cura tacere, delicta silere. Legi enim de quodam servo dei quod ut taciturnitatem disceret per plures annos lapidem in ore suo portaret. Ammoneo vero atque iterum ammoneo ut linguam tuam custodias, nulli detrahas, neminem maledicas, nulla risu movencia verba proferas. Cogita quam brevis

De eo quod continencia in visu etiam sit plurimum necessaria

sit hec vita / z quã miseria in compacõe eterne
vite hec cogitando z linguam tuam strenue
do / minitando scz eorꝫ actuum quorꝫ supius fca
est mencio / sine dubio ad eorꝫ consorcium / ad z
eorꝫ glam puenies / Ad ante nostro in animo
tuo multum taciturnitatem inculcare / et quia
multa bona opa ppt viciu lingwe pereunt / ideo
adhuc vnam sentenciolam de taciturnitate
subnectam / Venit in itinere cõuersationis sue ab
bas Euagrius ad quendam senem et dixit
ei. Dic michi abbas sermonem quo saluus fiam
Ille aute dixit ei / Si vis saluus fieri quãdo
ad aliqꝫ vadis / nõ prius loquaris quã ille te i
terrogat / Euagrius compunctꝰ in hoc sermone
penitenciam egit in conspectu senis / et satis fecit ei
dicens / Crede michi multos codices legi / et tale
erudicione nunquam inueni / Et multum pfica
tus exiuit / Ex hijs enim verbis / o btissima uir
ginalis demonstratur / qd tertia btã est illa anima
que taciturnitatis pfecte hꝫ virtutem / dilige hãc
virtutem / posside hãc domum / posside hoc ma
gnanimu / Amandum est ergo silencium / qꝛ p hoc hu
militas nutritur / sancitur generatur / a detractio
nibus et multa mala p id declinantur / De
vilium vestimentorum appetitu ./ vij cap.

Placeat denique btitudo tua / o stissima uir
go / z in vestimentis sit continencia val
de nota / Sunt enim multi qui putant
qd appetitus preciosarum vestium nõ sit pctm / Qd si
pctm non fuisset / nequaqꝫ dñs Johem de aspe
ritate vestimenti laudasset dicens / Quid exist
vij / in desertu videre hominem mollibus vestitum / Ec
ce qui mollibꝫ vestiuntur / in domibꝫ regum sunt
Johannes vero mollibꝫ vestitus ee negatur / qꝛ
qui mollibꝫ vestiunt magis terreno regi ser
uiunt quã celesti / Johannes enim primus noui
testamenti monachus / pilis camelorum indutus
fuisse legitur / Sed ille qui in vtero matris sancti
ficatus fuit / z ideo multum amabilis atqꝫ dilec
tus exstitit / qui fuit verus pphã z plus quã pphã
pilis camelorum fuit indutus / Nos qui pecca
tores z miseri sumus / quanto magis debemus vili
bus vestibꝫ ee contenti / Nemo naqꝫ ut ait btus
ppã Gregorius preciosa vestimenta nisi ad ina
nem gloriã querit / Peccatores enim sumus / z ideo
preciosa vestimenta querere nõ debemus / magis
vero ornamenta mentis querere debemus qꝫ cor
poris / Ornamentum mentis est / Caritas / fides /
humilitas / bonitas / ac benignitas / dehinc na
qꝫ virtutibus mens ornatur sine fine cum deo
victura / Caro enim quamuis preciosis vestibus co
operiatur / quamuis auro argentoqꝫ ornetur / nichil
est aliud est qꝫ caro / z puluis / cinis z stercus /
Quapropter nõ magnopere de vestibꝫ curandum / Corpus
domare debemus nõ blandiri / subnectere / nõ
ornata vestimenta / qꝛ si corpus nrm delicate
fouemus hostem nrm nutrimus / nunquam enim
maiorem inimicum pt hõ hre quã corpus / Corpus
enim trahit mentem ad pctm / et ideo semp
debet illud seruus dei subiugatum habere /
De eo qd illa que supius dicta sunt cum

discrecionis virtute debeant pfici / subinfertur
commonicio / ipiusqꝫ virtutis manifestatur excel
lencia / viij cap.
Debet naqꝫ corpus affligi /
per abstinenciam / p vigiliam z p diuersos viij
modos / ita tñ ut semp suu officiũ / sua
qꝫ obedienciam possit implere / Castigandum
semp z affligendum est corpus / ut ad malũ opꝰ
anima nõ trahat / et ad pagendu bonu sit semp
ydoneum / Nam qui ita corpus macerat / ut nec
quid boni opus facere valeat / discrecionis adhuc
ignorat virtute / Vt hꝰ z corpꝰ scias affligere z parce
dum de vita patrum dictum sermonem / Dicebant
enim de quodam patre / quia dum secularis esset
et compunctus fuisset / postea conuersus temptabatur
de ea a sathana / ipse vero narrauit hoc patribꝫ
/ Qui cum audissent qꝛ operarius esset / z maiora fa
cere potuisset / quia ei dicebant / imposuerunt ei
maiora / ut debilitaretur corpus eius / ita ut
nec surgere posset / Deo aute dispensante / quidam
peregrinus aduenit z pmisit animaduertens / qꝛ
nemo egressus esset in obuersum eius / et venerandus
sic pulsauit dicens / ne forte sic qui in ea habitat
infirmetur / Qui cum pulsasset intrauit z in
uenit eum nimis infirmum et dixit ei / Quid
hꝫs pater / Et narrauit ei dicens / Ego secularis
vite sum z sollicitat me inimicus meus de vxo
re mea / z narraui patribꝫ z imposuerunt michi
onera diuersa / Et cum implere vellem iussa de
feci / et tamen stimulus crescit / Audiens aute hꝫ
senex contristatus est et dixit / Si quid patres
et magni viri / bene tibi imposuerunt onera
quibꝫ grauaris / Sed si me paruulum audire volu
eris / cito inuenies requiem / Omne parum ti
bum in tempe suo z recolligens vires tuas / fac
aliquantulum opus dei / et iacta in dño cogitatum
tuum / quia tuis laboribꝫ hanc impugnacionem
nõ poteris superare / Corpus enim nrm velud ves
timentum est / Si cum discrecione illud tractaueris
stabit / si aute cum discrecione omnia nõ egeris nõ
stabit / Qui cum audisset eum fecit ita / z infra
paucos dies recessit stimulus illius / Hanc
aute sentenciam ideo volui scribere in isto or
dine / quia que supius amonui / id est silencium /
humilitas / abstinencia / corporisqꝫ castigatio / cum
discrecione sunt agenda / Discrecio vero mag
na virtus est / quia p ipsam mala declinantur /
et bona seruantur / Bonum ergo opus / si sine dis
crecione fit / cito deseritur / Hec vero nos audien
tes / o carissima uir quantum decetnimus pparare nos
ad lamenta pensemus / Quod si illi tam sci
et iusti z dei p omnia facientes voluntatem /
sic se mortificabant / quanto magis nos qui pecca
tores sumus flere / et lugere debemus / Pensare enim
debemus diem mortis nre / z diem iudicij / nec
nõ qualis discussio ibi erit / Audiamus qd btus
Ammon fri se interroganti dixerit / Frater in
terrogauit abbatem Ammonem dicens / Dic
michi aliqd verbum / dixit ei senex / Vade ta
lem fac cogitacionem tuam / quemadmodum ini
qui qui sunt in carcere / Illi enim interrogant
vbi sit iudex / z quando venturus sit / z in ipsa
expectacione penas suas deplorant / Ita z mo
nachus dꝫ semper despectus esse z obiurgare

animam suam dicendo ut michi quomodo [ve] habeo adstare ante tribunal vel reddere rationem actuum meorum. Si igitur sic semper meditatus fueris poteris salvus esse et compunctus. Et tu o mater fidelis hec audiens fac sicut iste servus dei hortatur. Cogita de penis inferni. Vermis ibi non morietur ignis non extinguetur luctus numquam cessabit pena numquam finietur. Si hec tu sic cogitaveris salvaberis. Recole semper illud quod Abbas Helias dixit. Dixit Abbas Helyas Ego tres causas timeo. Primam quando egressura est anima de corpore. Secundam quando occursurus sum deo. Tertiam quando adversum me proferenda est sententia. Et tu o mater hec meditare hec cogita hec tracta sollicite ut inferni lacus vitare et ad regna celorum possis conscendere. Lugendum est hic quia scriptum est Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Nequaquam hoc de omni luctu dicit quia sunt multi qui lugent mortem parentum suorum vel amicorum, sive res quas desiderant terrenas adipisci non possunt qui pro suo luctu non sunt beati. Solummodo illi lugentes sunt beati qui sua vel aliorum peccata deflent sicut Samuel deflebat Saul et Paulus deflebat eos qui non egerunt penitentiam a fornicatione et immunditia sua. Defleamus in hac vita mala et mores peccata quia dictum est lugentibus luctus vester vertetur in gaudium. Deveniemus nunc in luctum. Cum hiis de quibus dictum est Cumtes ia eea i eccia na bene tes ante ei e ne na io e s a e ams u o Vides quod quibus in scripturis predicatur luctus. Audi adhuc quid in vitas patrum de eo scriptum est. Miserunt aliquando senes de monte Nitria ad abbatem Macharium maiorem in Scithi rogantes ut veniret ad eos alioquin sciret omnem multitudinem ad se esse venturam eo quod desiderarent eum videre antequam migraret ad dominum. Qui cum venisset in montem congregata est omnis multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem eum senes ut faceret verbum ad fratres. Ille autem lacrimans ait Ploremus fratres et producant oculi nostri lacrimas antequam eamus huc ubi lacrime nostre corpora nostra exurant. Et fleverunt omnes pronum in faciem suam dicentes Pater ora pro nobis. Abbas etiam Silvanus sedens aliquando cum fratribus factus est in excessu mentis et cecidit in faciem suam et postmodum surgens plorabat. Et interrogaverunt eum fratres dicentes Quid habes pater. Ille autem tacebat et flebat. Illis autem compellentibus dixit Ego ad iudicium raptus sum et vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta et multos seculares ad regnum. Et lugebat senex et nolebat de cetero exire de cella sua. Sed si exire cogebatur operiebat de cuculla faciem suam dicens Quid necesse est videre lumen illud temporale in quo nichil est utile. Manifestum est quod tecedo pro dentie tue quam magna sit talis discretionis per quam peccata delentur virtutes acquiruntur. Volo autem ut ab hac virtute tua mens sit aliena que in pectore perfectorum hominum habitat. Per hanc multi deo placuerunt. Per hanc dyabolus vincitur. Per hanc vicia superantur. Per hanc dominus ad iracundiam provocatur. Per veras etenim lacrimas ea que dicta sunt complentur. Veras

namque lacrimas habet qui hoc non committit quod defleat. Hoc est etiam recte plangere. Recte plangit qui plangendo malum quod fecit non perpetrat quod iterum plangere debeat. Dicit ysidorus quod derisor est non penitens qui adhuc agit quod peniteat.

Ostensio qualis ipsa debeat esse compunctio

Quapropter post luctum ammonenda est beatitudo tua ut quod plangis desiderio emendandi ne iterum delectes dyabolo suadente. Canem namque assimulatur omnis penitens qui plangendo iterum committit quod plangit. Canis reversus ad vomitum et penitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desistunt. Et ideo o mater caritatem hortor tuam ut quod plangis iterum iterare non velis. Quanto quidem quod ille qui hoc quod plangit iterum committit similis sit illi qui lavat laterem. Cum eo quo magis illum lavat magis lutum facit. Ysaias namque hortatur dicens Lavamini et mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Lavatur etenim et mundus non est qui quod peccatum plangit et iterat. Lavatur et mundus efficitur qui iterum non committit quod plangit. De illa enim anima que plangit mala sua et iterat ipsa scriptum est in propheta Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Non ideo hec tibi scribo ut de te suspicer talia sed ut plenius et lucide scias quod compunctio esse debet.

Deinde panditur modus orandi quid etiam significet quod dominus orationem in monte ostendit

Et quia tibi iam manifesta est compunctionis virtus (breviter declarata) restat ut modus orandi tibi pandatur. Dominus enim ostendit modum orandi cum rogatur a discipulis suis ut eos doceret orare dicens Stantes ad orandum nolite multum loqui sed dicite Pater noster qui es in celis et reliqua. Oratio enim brevis esse debet nisi forte ex affectu divine gratie protendatur. De beato enim Arsenio in vitas patrum legi hoc quod nunc narrabo. Dicebant de beato Arsenio quia vespere sabbati lucescente in dominicam relinquebat post se solem extensis manibus ad celum orans donec mane die dominico ascendens sol illustraret faciem eius et sic residebat. Videat quod felicissima nunc caritas tua quam fortis iste fuit in orationis officio quod de vespera usque mane extensis manibus orabat. Non ideo hoc tibi scripsi ut tu ita facere temptes sed ut affectum et studium quod ille per totam noctem vel etiam per totum tempus habebat tu vel in regularibus horis habere studeas et sic stes in oratione ut mens tua concordet voci tue. Audiat quod dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. Narravit Abbas Dulas qui fuit discipulus Abbatis Bisarionis dicens Veni aliquando in cellam abbatis mei et inveni eum stantem ad orationem et manus erant extense ad celum. Permansit autem hoc faciens quatuor dies et post hec vocavit me dicens Sequere me et exeuntes pervenimus in heremum et cum sitirem dixi Abba sitio. Ille autem tollens peram discessit a me quantus est iactus lapidis et facta oratione attulit eam plenam aqua. Venimus autem in civitatem illorum et venimus ad abbatem Johannem. Deinde sedentes cepimus.

loqui de visione quam viderat. Dicebant etiam de
Abbate Sisoi, quod nisi cito deponeret manus suas
cum staret ad orandum rapiebatur mens eius in su-
perioribus. Si quando contingebat aliquos fratrum cum eo
orare festinabat cito deponere manus suas ne
raperetur mens eius in superioribus et moraretur.
Dicebat etiam alius senex, quia assidua oratio ci-
to corrigit mentem. Dicebat quidam patrum.
Quemadmodum impossibile est, ut videat quis in
aqua turbida faciem suam, sic et anima nisi
purgata fuerit a cogitationibus alienis contem-
plari non potest deum. Audisti quoque quod Abbas
Sisois nisi cito dimitteret manus suas rapie-
batur in contemplationem. Quare ergo rapiebatur
repente in contemplationem. Sine dubio quia mor-
tificatus erat. Audiat etiam rogo dilectio tua quale
studium beatus Paulus habuit monachus ora-
di, quod in Ecclesiastica historia scriptum legitur. Fuit
No Paulus de libia in scithia non minus quingentos
monachos habens, nichil autem operabatur neque
pi percipiebat nisi quod comederat tantum. Orabat autem
solummodo et velud quoddam tributum habens impo-
situm trecentas orationes deo una quaque die red-
debat, et ne una forte derelinqueret trecen-
tos lapides ponebat, et singulis orationibus lapidem
mittebat in sinum. Expensis vero lapidibus oratio-
nes sciebat esse completas. Multum ergo nos debemus
humiliari quia et longe ab illorum meritis quorum
supremus mentis status est distamus, et sic prompti
ad orationem faciendam non sumus ut illi. Oratio
vero munita compunctione magna est virtus. Vo-
lo quoque ut hoc solliciter attendas, quod dominus noster
Ihesus volens orare ascendit in montem. Si deo
Ihesus oraturus in montem ascendit, ut et tu
orando montem conscendas. Nequaquam enim omnis
qui orat in montem ascendit. Ille vero qui in
oratione mortem minime sui querit, aut res mun-
di habere, vel honorabilior in hoc mundo esse postulat.
Nequaquam in montem orando ascendit. Sed
qui in oratione pro remedio anime sue sine per aliorum
peccatis domino deprecatur. Iste absque dubio in montem
oraturus ascendit. Vide ut hec legas attente
deo dictata, ut ordinatum de mortificatione ve-
nias ad compunctionem. Compunctionem dico quia
habendo nosse queras modum orandi.

De pugna viciorum adversus virtutes, datur
quoque consilium qualiter vicia insidieque hostis

Et quia lucide vi... Tanquam vitentur
millis instructa es virtutibus. Rest-
at ut mente perpendas quanta lucta
sit viciorum adversus virtutes. Magnum quoque
certamen est viciorum adversus virtutes. Tu
enim potes omnia vicia vincere pugnando cum
divino auxilio. Si contra vicia singula opposu-
eris virtutes. Solet enim pugna viciorum adversus
virtutes ad profectum hominis venire quia per illud cer-
tamen mens excitatur, et ab elacionis vitio
purgatur. Contra singula quoque vicia virtu-
tes sunt adhibende. Contra luxuriam mundi-
cia est cordis adhibenda. Contra iracundiam
vero paciencia est apponenda. Contra timorem
mittenda est fiducia. Contra teporem vero
zelus apponendus est. Contra tristiciam que ex

malam adhibendum est gaudium spirituale. Contra
accidiam vero assumenda est fortitudo. Contra
superbiam autem humilitas proponenda. Contra avari-
ciam vero assumenda est largitas, et contra odi-
um assumenda est caritatis virtus. De hoc enim
certamine Paulus apostolus dicit. Caro concupiscit
adversus spiritum. Spiritus autem adversus carnem.
Hec enim sibi invicem adversantur. Ut non que cum-
que voltis illa faciatis. Et tu deo dictata hec legen-
do et memorie commendando stude contra antiqui
hostis insidias viriliter dimicare. Si te sompno-
lencia delectat per vigilias destruatur. Si balnearum
usus veniat tibi, ad memoriam beati Iacobi fra-
tris domini qui primus post apostolos Ierosolimorum re-
xit ecclesiam, de quo Iosephus narrat, quod numquam
carnem comederit, nec balneo usus fuerat umquam,
quia nec lineis vestibus fuit indutus nec caput
suum secundum consuetudinem sue gentis oleo unxit.
Si in delectacionem tibi delicie veniunt pone ante
oculos tuos Iohannem baptistam, qui fuit in ele-
mosinis sic castigatus et de quo dominus Ihesus dixit. Quod
maior illo inter natos mulierum non surrexit. Nar-
ratur enim de eo secundum evangelium quod mel silves-
tre et locustas comederit. Si est qui in te peccat,
qui tibi detrahit aut maledicit vel in aliquo ledit
non potes ignoscere statim tibi veniat ad memoriam
quanta et qualia passus fuit pro te Christus. Pro te factus
est homo mortalis, corruptibilis, passibilis qui
erat immortalis impassibilis. Assumpsit pro te
carnem de virgine in qua pateretur et moreretur.
Pro te quoque fuit flagellatus alapis cesus spu-
tis linitus spinis coronatus ad extremum etiam
crucifixus. Pro te hec omnia sustinuit ut te
a diaboli potestate liberaret. Pendens vero in cruce
pro te quid dicebat. Pater ignosce illis quia nes-
ciunt quid faciunt. Ille ergo qui sine peccato occidebat
pro suis inimicis orabat. Et tu si aliquam molesti-
am paciaris ab aliquo non potes ex toto corde
dimittere. Credo quoque quia si ista que dico sub-
tiliter cogitare volueris in omnibus in te peccan-
tibus ex toto corde facile dimittere poteris. Hinc
dictando hec mente distruendo poteris iram
vincere, poteris omnes diligere poteris imple-
re dei preceptum. Diligite inimicos vestros. Bene fa-
cite hiis qui vos oderunt et orate pro persequen-
tibus et calumpniantibus vos. Si tibi venerit vo-
luntas vagandi, recole quod iam mortua es quod
crucifixa es. Numquid crucifixo homini ve-
nit voluntas vagandi. Non quia nichil cogitat
nisi de morte sua. Et tu iam mortua es huic
mundo. Vide ergo ne aut tu illi, aut ille tibi re-
ministrat. Dic potius cum apostolo Paulo. Michi mun-
dus crucifixus est, et ego mundo. Hec vero cogi-
tando potes vincere vagacionem. Audi quid
ipse apostolus de pugna viciorum adversus virtutes
doceat. Dicit enim. Si autem spiritu facta carnis morti-
ficaveritis vivetis. Tu autem si vis vivere cum ipso
mortifica per virtutes omnia vicia. Per caritatem
mortifica odium. Per gaudium occide tristiciam.
Per pacem extingue dissensacionem. Per paci-
enciam mortifica impacienciam. Per boni-
tatem occide maliciam. Per mansuetudinem
occide ferociam. Per continenciam mortifica

intemperanciam Per castitatem occide impudici
ciam Si isto modo actus carnis mortificare cu
raueris / sine dubio perenni leticia cu angelis
in celis frueris / De obediencie bono eiusq laudibus.
Non est in hijs diu morandum / u dibus
Nec tu sinitto caritate tua ablatissimu
campum diuinarum scripturarum ut qd
tibi hic deesse cernis ibi sollerter perquiras
Quapropter oro dilectionem tuam ut studiu semp
in te crescat legendi / Nullus enim puto est p
fecte dei nosse precepta nisi qui legendi continu
um hz studiu / Quia quanto quisq in diuinis
scripturis / assiduus fuit / tanto maiore ex eis
intelligenciam capit Sicut terra que quanto ma
gis excolitur tanto magis fructificat / Etiam om
nis homo tardum sensum habeat aliquid tn disce
poterit ex scripturarum misterijs / si assiduitatem
hz legendi / Qui enim hz dabitur illi et qui no hz
iam hoc qd videtur habere auferetur ab eo / idest qui
hz studiu legendi dabitur illi etia intelligendi fa
cultas / et qui no hz ide legendi studiu etiam hoc
qd videtur habere / idest qd nahil bonu intelligit pp
ignauia eius auferetur ab eo Et sicut ille qui n
tardus est ad intelligendu p sua bona intencione
recipit gloriam / ita ille qui talentu sibi datu negli
git condempnabit / Quapropter ammoneo caritate tua
ut studiu habeas legendi quia omnis profectus ex lectione
procedit / Que enim nesciuimus ex lectione discimus / Dicit enim
ysidorus qd oronibus mundamur / lectionibus instru
imur / Utrumq bonum est si liceat / si no liceat melius
est orare quam legere / Qui vult cu deo semp esse fre
quenter dz orare frequenter et legere / Nam cu ora
mus ipsi cu deo loquimur / Cu vero legimus deus no
biscu loquitur Si h ita sunt a deo dictata nace e tibi
orandi legendiq studiu habere / lectio cognicionem dei
amministrat / lectio tenebras ignorantie fugat
lectio sanam hominum confert / lectionis studio / di
precepta eius q sacramenta occulta discere solemus
lectionis studio dei omniq virtutu amor nutritur
Per lectionem potes cognoscere qualis beatitudo qual
sit gloria qualis claritas que promittitur sanctis / electisq
hominibus / per lectionem potes cognoscere qualis pena
qualis luctus / qualeue supplicium imminet malis
iniustis impijs ue hominibus Per lectionem cognoscere
vales / quid auditum sunt boni vel mali in die iu
dicij Malis enim a domino dicetur Ite in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius / Bonis vero
venite benedicti patris mei percipite regnum quod
vobis paratum e a pre meo / Hec enim omnia lecto
discimus / lectio enim manifestat quo pacto quo
aduersa tolerare debeamus / Quapropter subiungendum est
hic aliquid de patrum exemplis qui infirmitate
vel oia aduersa propter xpi amorem pacient tolerare
studuerunt Ut tua caritas hoc legens hoc menti
commendans illos ex totis viribus imitari stude
as / Ammonicio valde necessaria de aduersis
tolerandis patienter infirmitatibusq amanda
Hortor igitur ut si vel infirmitas vel alia
aduersitas tibi acciderit / perfecte valeas scire
qualiter tribulationes omnesq infirmita
tes tolerare debeas / lectioni esto dedita / Ibi enim
inuenies scriptum / Ego quos amo arguo et cas
tigo / Si quos dns amat / arguit et castigat / ergo

et tu inter ama argui et castigari ab illo / Qualis
cunq tibi infirmitas venerit gratanti animo
suscipe illam / volo tibi vna rem de historia trip
tita narrare / qua subinde volo ut legas et me
morie commendes / Fuit Beniamin senior / qui
valde clare habebatur / dono dei ditatus / Ut sine
medicamine tactu manus vel olei / sua oratione
sanaret egros / hic fertur incidisse in ydropica
passione / et tm eius corpus intumuisse / ut no
possit pertransire tellure / sic in qua habitabat effi
cit / nisi ianue cu tabulis antepositis sublate fuis
sent / Is g° passionis sue tpe / pene octo mensibus
in sella latissima sedens curabat solempniter
egrotantes / no quibat fere quod sue egritudini no
prodesset / sed etiam sedentes consolabat / et depre
cabatur vt deum rogarent p anima eius / et de cor
pe no curarent / quia et dum sanus inquit erat /
nichil profuit nichil / Hunc Beniamin imitari
stude / compassima vir in omnibus infirmitatibus tuis
dno semp gras stude referre / Audiat etia dilectio
tua de beato stephano monacho / qualiter in in
firmitate sua gras deo agere studuit / Stephanus
circa mare occeanu habitauit / casta et integra deg
ens continencia / qui circa sexaginta annos proba
tissimus monachus fuit / et sancto Antonio no
tissimus / fuit g° mansuetissimus et sapiens / in lo
cucione suauis / vtilis / tristes consolabat animos /
et alacritate renouabat / licet nimia tribulacio p
ueniret / Talis etia erat in cladibus propriis / Denique
dum incurabilem infirmitatem incurrisset / et
media putrida membra eius incidissent / ille
manibus tam operabatur / palmarum plectens fo
lia / et presentibus hijs qui ne dolerent / neq aliquid
cogitarent / nisi de bono fine / Deus inquit que
facit / cuncta vtilia sunt / Ego autem novi qr huius
passiones propter utilitatem eueniunt / et melius e hic pe
nas soluere / qr post morte perpetua supplicia sus
tinere / Stude g° et tu similiter dicere quando tibi
infirmitas vel alia aduersitas euenerit Considerare
qualiter semper deus / si illi qui sancti et iusti erant
dno p infirmitate gras referebant / quanto magis
nos qui peccatores sumus / infirmitates et tribula
ciones amare debemus / Presertim cu Apostolus di
cat / Qr p multas tribulaciones oportet nos in
trare in regnu dei / Si ig° p multas tribulaciones
intratur in regnu dei / amande sunt tribulacio
nes cu graciarum actione / a nobis tolerande sunt in
firmitates / quatenus heredes regni celestis ef
fici mereamur / Peccator enim qui in hoc mundo
flagellari no meretur / in inferno torquebitur /
Optandum g° nobis est o castissima mater / Ut
in hac dum viuimus vita tribulaciones p xpi amore
et premissione peccatorum nrorum libenti animo susti
neamus / Scire namq dz dilectio tua quibus modis
deus hominem flagellat / legi enim qd quinq modis
ds hoiem flagellat / Primo modo flagellat ad No
probacionem / sicut flagellatus est beatus Job et
Thobias Ad hoc enim flagellati sunt / Ut probati es
sent et manifesti alijs / ob causam exempli imi
tandi / Ut eorum cognoscentes pacientiam / illos imi
tari studeremus / Scdo modo deus homines fla
gellat / ne se extollant in superbia / vel in securi
tate ponant / quod ad sanctos spiritualiter pertinet / si
cut beatus Paulus apostolus qui de semetipso dicit /

No quinq modis deus hominem flagellat etc

Et ne magnitudo revelacionum extollat me
datus est michi stimulus carnis mee angelus
sathane ut me colaphisaret. Qui postquam cog
novit quod salubre illi fuisset illud flagellum
dixit libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis
ut inhabitet in me virtus christi. Tercio modo deus
hominem flagellat propter peccata, sicut paralitico cum
dixit remittuntur tibi peccata tua. Deinde sub
iunxit tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Per
hoc vero quod illi prius peccata dimisit et deinde ab
infirmitate curavit aptissime demonstrat
quod illa infirmitas ei propter peccata evenit. Quarto
modo deus hominem flagellat ut sua virtus
vel sanctorum suorum meritum demonstretur sicut
de ceco nato ipse in ewangelio dominus dicit neque hic
peccavit neque parentes eius ut cecus nasceret
sed ut clarificaretur filius dei per eum. His verbis
apte demonstratur quod ideo cecus natus fuit
ut a deo illuminaretur ac per hoc virtus divinita
tis manifestaretur. Quinto modo deus homines
flagellat ut hic incipiant tormenta sustinere
que postmodum sine fine sustinebunt quod solummodo ad
malos pertinet sicut Anthiochus et herodes
inchoaverunt hic pati quod postmodum in inferno
passuri erant de hiis scriptum est duplici contri
tione contere eos id est in presenti et in futuro. Hiis
quinque modis deus homines flagellat. Quarto vero
incognitum est quid ex hiis unusquisque flagella
tus timeat et emendet flendo quod fecit quare
flagellum ei ad presens veniat. Ammonenda est
beatitudo tua ut hos quinque modos quibus dominus ho
mines flagellat memoriter dicas quatenus in omni
infirmitate vel tribulatione semper ante mentis
tue oculos illos habeas. In hiis namque medita
do flagellum domini quanto animo tolerabis firmi
ter enim debemus credere quia nullum peccatum deletur
aut dominus prius hic per suum flagellum purgat
aut post mortem igne purgatorio purgabit.
Quod si hiis modis peccatum hominis non fuit dele
tum post hanc vitam in ignem descendet eter
num. Hec vero audiens nequaquam de tua debes
desperare salute nequaquam cum desperatore dicere Mul
ta sunt peccata mea et innumerabilia mala mea. C
ito pro certo quia nullus tam potest peccare quantum
dominus potestas valet dimittere. Tamen si peniteat pec
catis et si ad illum convertere studeat. Et quia sermo
se intulit de venia peccatorum danda volo factum
theodosii imperatoris tibi ad memoriam adducere
per quod ad sperandam peccatorum veniam mens tua
sublevetur et ad lacrimarum fluenta profunda cor
tuum compungatur. Cur desperabit aliquis peccato
rum de venia si ad deum ex toto corde conver
tatur, cum supradictus imperator tam multa hominum
occidens lamentando et scelera agnoscendo ve
niam infra paucos dies potuit promereri. Ut igitur
manifestissime cognoscere possit Serenitas tua
quomodo hec gesta sunt, tunc videlicet quando milia hominum
occiderit et quando se oracione veniam agnoverit et quomodo
se humiliaverit et quomodo veniam promeruerit, verba
historie tripartite hic per ordinem sunt inserenda, per
que verba in multis perfectius domino annuente poteris
erudiri. Primum in danda venia peccatorum

que tantorum hominum sanguine reus existens facile
veniam impetravit, deinde in humilitate quia
cum peccator esset per predicacionem beati Ambrosii tam se
humiliavit ut omnibus peccatoribus se inferiorem
esse cognosceret. Deinde in lacrimis quia cum in eciam
intravit pavimentum ipsius ecclesie lacrimis ri
gavit. Volo igitur ut hoc tue caritati non sit incog
nitum quod nemo simul in se omnia valet ex
tinguere vicia. Nam dum quispiam passionem
libidinis effugerit in avaricia incurrit inimi
ci foveam illi paratur. Et si invidiam vicerit
mox vicium superbie et alios plurimos laqueos ponit
ei inimicus per quos capere possit incautum. Non
est itaque facile hominibus vitare universas insidias
hostis. Sed mens divino solatio vigilans domi
naque prece adiuta argumenta et machina
menta omnia antiqui hostis destruit. De
danda venia peccatorum quamvis innumerabilia
sint. Penitencia quoque theodosii imperatoris ca[pitulum] ex[emplum]
Theodosius namque Templi subinfertur
imperator habuit passionem furoris et
iusto furore immensam crudelitatem
perpetravit. Quam rem pro sua humilitate idcirco
sit in superioribus virtutibus ex eius lectione perficias
narrare necessarium est. Thessalonica civitas est
grandis et populosa in qua cum orta fuisset sedicio
quidam ex iudicibus eius lapidati sunt atque
tracti. Hinc indignatus Theodosius iracundi
e non refrenavit infirmitatem sed iussit in
iustos gladios super omnes evaginari et cum
nocentibus innocentes interimi. Septem etenim
milia hominum sicut fertur occisi sunt non
precedente iudicio sed tamquam in messibus omnes ma
ssi sunt. Huiusmodi cladem plenam valde ge
mitibus audivit Ambrosius. Et cum Princeps
Mediolanum venisset et sollempniter in sa
crum templum voluisset intrare, Occurrit
foris ad ianuas beatus Ambrosius et ingredi
entem hiis sermonibus a templi ingressu pro
hibuit. Nescis imperator perpetrate necis a te
quanta sit magnitudo. Neque post causam
tanti furoris mens tua molem presumpcionis
agnoscat. Sed si forte recognicionem peccati prohibet
potestas imperii, decet tamen ut vincat te racio.
Sciendum quippe natura est et cuius mortali
tas atque resolutio et pulvis progenitorum ex quo
facti ad quem redigendi sumus, et non flore pur
pureo confidentes infirmitates operti corporis
ignorare coequalium hominum. Non est confidendum
in purpura sed magis considerandum est condicio
nis equalitas. Princeps es o imperator con
servorum. Unus est rex deus omnium et creator. Qui
bus igitur oculis domini aspicies templum quibus
palpabis pedibus sanctum illius pavimentum.
Quomodo manus extendes de quibus sanguis
iniustus adhuc distillat. Quomodo huiusmodi
manibus suscipies sanctum domini corpus. Et qua pre
sumpcione ori tuo porrigis poculum sanguinis
domini precioso dum furore sermonum tantus
sanguis sit iniuste effusus. Recede igitur recede
ut secundo peccato priorem nequiciam augere conten
das. Sed suscipe vinculum quo te dominus domini
nunc ligavit. Est enim medicina maxima
sanitatis. Hiis quoque sermonibus imperator
obediens erat divinis erudicionibus enu
tritus et aperte sciens que sunt propria sacerdotum

que regium gemens et deflens ad regalia remeavit. Cumque octo mensium continuata transissent tempora, propinquante Salvatoris nostri nativitate, imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens continuas lacrimas incessabiliter expandebat. Ingressus autem Rufinus tunc magister et singularem fiduciam apud principem habens, et videns eum in lamentatione prostratum, accessit ut lacrimarum causas inquireret. At ille amarissime ingemiscens et vehementius lacrimas fundens, Tu inquit Rufine ludis et mea mala non sentis. Ego autem lamentor et gemo calamitatem meam, quia servis quidem et mendicantibus aperta sunt templa dei, et proprium dominum licenter ingredientes exorant. Michi vero ingressus non est ad eum, insuper etiam celi sunt michi clausi. Hec singula verba dicens singultibus interrumpebat. Rufinus vero Curro inquit si tibi placet, et pontifici precibus persuadeo ut solvatur vinculum quo te ligavit. At imperator Non persuadebis Ambrosio. Novi enim decretum illius esse iustum, neque enim reverebitur imperialem potenciam ut legem possit prevaricare divinam. Cumque Rufinus verbis plurimis uteretur et promitteret Ambrosium esse flectendum, imperator eum properare cum festinatione precepit; ipse vero spe data post paululum est secutus credens Rufini promissionibus.

Porro vir mirandus Ambrosius mox ut vidit Rufinum ait Imitatus es impudenciam canum o Rufine. Tante vero necis auctor existens pudorem ex fronte detergis, nec erubescis, nec metuis contra divinam imaginem latrare. Cumque Rufinus supplicaret et imperatorem diceret venturum esse, superno zelo accensus Ambrosius Ego inquit Rufine predico quod eum ingredi etiam prohibebo. Si vero imperium in tyrannidem mutabit, necem ego libenter suscipio. Hec et alia plurima Rufinus audiens indicavit imperatori votum Antistitis, monens ne de palacio forte procederet. Verum imperator hec in media platea iam cognoscens, Pergo inquit et iustas in facie suscipio contumelias. Cumque ad sacra limina pervenisset, in sacram ecclesiam non presumpsit intrare, sed veniens ad Antistitem et inveniens eum in solario residentem, supplicavit ut eius vincula solveret. At ille crudelem dicebat eius esse presenciam et contra deum insanire, Theodosium eiusque calcare leges. Revereor inquit imperator. Non insurgo adversus ecclesiasticas sanctiones, neque inique ingredi limina sacra contendo, sed te solvere mea vincula deposco, et domini clemenciam pro me exorare studeas, nec michi ianuam claudi precipias, quam dominus cunctis penitenciam agentibus aperuit. Tunc ait Antistes Quam inquit penitenciam ostendisti post tantas iniquitates, quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasque curasti? At imperator Tuum inquit opus est et docere et medicamina temperare, meum vero oblata suscipere. Tunc dixit sanctus Ambrosius Quoniam furori tuo iudicium commisisti, et non racio protulit sentenciam, sed potius iracundia, scribe legem que decreta furoris evacuet, ut triginta diebus sentencia necis atque proscriptionis in litteris tantummodo maneat, et iudicium racionis expectet. Quibus transactis

diebus ira vero iam cessante, racio tamen iudicans apud semetipsam que cognovit sub veritate disponat. In hiis enim diebus agnoscitur si iusta sit sentencia quam protulerit an iniusta. Si iusta fuerit permaneat, sin autem iniusta destruatur. Numerus vero xxx dierum ad hec examinanda sufficiet. Hanc admonicionem imperator libenti animo suscipiens et optimam esse confidens, legem conscribi repente precepit et ipsa manu sua confirmavit. Quo facto vinculum eius solvit Ambrosius. Que lex actenus observatur.

In tali namque tenore facta sunt illa descriptio, ut si quos imperator morti dampnasset, usque xxx dies servarentur illesi, quos ceteris ira indicaret sentenciis, et eorum substancia esset suspensa. Ut is in spacio xxx dierum ira quiescente probasset utrum iudicasset iustum an iniustum, et quod iustum probasset hoc agere studuisset. Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina permissus non stans domino supplicavit neque genua flexit, sed pronus in pavimento iacens davidica voce proclamavit: Adhesit pavimento anima mea, vivifica me. Cum manibus autem capillos evellens, frontemque percuciens pavimento, lacrimarum guttas aspergens veniam impetrari poscebat. Cumque tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lacrimis ingressus est. Cum vero obtulisset, sicut solitus erat [illegible] intra cancellos stetit. Rursus Ambrosius non acquievit, sed locorum differenciam edocuit, et primo quesivit quid ibi expectaret. Imperatore autem dicente sustinere se sacrorum misteriorum percepcionem, per archidiaconem remandavit: O imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collocata, que nec ceteri ingredi nec contingere permittuntur. Egredere igitur et hanc expectacionem cum ceteris habeto communem. Purpura namque imperatores non sacerdotes facit. Tunc fidelissimus imperator etiam hanc tradicionem gratanti animo suscipiens remandavit: Non audacie causa intra cancellos mansi, sed hanc consuetudinem in Constantinopolitana urbe esse cognovi, unde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali igitur et tanta virtute et presul et imperator clarebant. Ego namque utriusque opus admiror: illius fiduciam, huius obedienciam; idest fiduciam sacerdotis, obedienciam regis; huius zeli fervorem, huius fidei puritatem; idest zeli fervorem in sacerdote, fidei puritatem in rege. Igitur commune opus nunc narratum est, quod te potest excitare, sanctissima virgo, in custodia multarum virtutum. Hec enim Teodosii christianissimi Principis et beatissimi Ambrosii Pontificis contencio sancta provocat homines ad sperandam veniam peccatorum, ob quam maxime causam hanc sanctam contencionem tibi scribere studui. Provocat etiam ad caritatem, humilitatem, obedienciamque sectandam, quas virtutes in principio huius admonicionis tue dileccioni commendare curavi, de quibus igitur virtutibus te in principio huius exhortacionis ammonui, de ipsis te et in fine admoneo, quatenus bonum quod cepisti perseveranti fine perficias. Provocat eciam durum et lapideum cor ad lacrimas provocandas, incitat et ad zeli fervorem. Deprecor vero dileccionem tuam ut hunc actum, hanc sanctissimam penitenciam christianissimi Principis et zeli sanctissimi,

pontificis crebro legas / quia magnus animi profectus in ea latet. Si itaque ea que tue sanctitati scripsi prudentissima mente perficere potueris cape / idest si prius a te omnia vicia repuleris et que in hac ammonitione narrantur bona custodire volueris / scito quod tuis viribus hoc non facias / sed inspirante et adiuvante qui dicit in Evangelio / Sine me nichil potestis facere / sed nec cogitare quid aliquid boni valemus nisi illo operante / a quo omne bonum procedit. Audi quoque attente / quid dominus de hac causa per Ieremiam prophetam dicat. Non glorietur sapiens in potentia sua / et non glorietur fortis in fortitudine sua / et non glorietur dives in diviciis suis / sed in hoc glorietur qui gloriatur / Scire et intelligere nosse me. Per hec enim verba omnium hominum aufert superbia / quia sapientia et fortitudo et omnes opes reputantur in nichilum / et ista sola est gloriatio / ut sciat et intelligat / quod ipse sit dominus / qui facit misericordiam et iudicium / et iusticiam in terra / Isto quoque loco / sumpsit apostolus Paulus illud exemplum quod ad Corinthios scripsit. Fratres qui gloriatur in domino glorietur. Ubi ergo sunt illi / qui dicunt hominem proprio arbitrio regi / ubi sunt illi qui dicunt / quod a nobis bonum inchoare possimus. Nequaquam illis credere debemus / quia nec cogitare / quanto minus perficere valemus bonum / nisi ipso domino donante. Ergo si domini gratia largiente bonum opus peregeris / et ea que beatitudini tue scripsi perfeceris / non tuis viribus / non tuis meritis / hoc tribuas / sed illi qui in te operatur / et velle et perficere pro bona voluntate / Cui est honor et potestas et imperium per infinita secula seculorum Amen. :· explicit.

Incipit liber beati Iohannis Crisostomi de reparatione lapsi.

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum. Oportunius nunc a me / quia tunc a propheta dicetur / licet enim non urbes vel multe nec gens integra / lamentanda michi sit / anima tamen flenda est / gentibus nobilior multis / multisque urbibus preciosior. Nam si unus / qui facit voluntatem dei melior est / quam / multitudo iniquorum / melior ergo et tu eras quondam / quam multitudines indecorum. Propter quod nemo miretur / si forte pluribus ego nunc utar lamentationibus / et amariores profundam fletus / quam tunc propheta profudit. Non enim urbis ut dixi capte / excidia defleo nec vilis vulgi captivitatem lamentor / sed insignis anime lapsum / et templi in quo Christus habitat excidium. Si quis enim ornamenta quondam anime tue noverit / que nunc dyabolica flamma consumpsit. Si quis templi corporis tui contemplatus est / tunc tu castitatis splendore fulgeret / parva profecto et valde inferiorem illa prophetica lamentatione putabit / in qua barbarice manus / sancta sanctorum polluisse deflentur / et sacras edes / ignis populatus hostilis. Ubi cetera auricata cherubin / et archa / et propiciatorium / tabuleque lapidee / et urna aurea lamentantur. Hec enim lamentatio / quam ego defleo / tanto illa durior et amarior / quanto vetus civitas hec et ... in tua anima / quia nunc illius templi pictores erant. Hoc hoc sanctius multo fuit / quod in te erat templum. Non enim auri / et argenti metallo / sed virtutibus animi / et donis sancti spiritus radiabat / Habebat enim archa intra se / et duo cherubim / idest fidem patris et filii et spiritus sancti sanctitatem / sed nunc nichil horum est / ablata sunt cuncta / ab anima tua / Nudata est omnibus ornamentis suis / cunctisque que divinitus consecuta fuerat / muneribus spoliata / remansit deformis / ac turpis. Periit ab ea omne munimen / omnisque custodia. Non iam hostium in ea clauditur. Non resistunt ingressus / sed patet omnibus malignis spiritibus / ad corruptelam anime festinantibus / nulla inde turpis cogitatio nulla cupiditas feda repellitur / sed si venerint spiritus fornicationis ingrediuntur / si iactantie / si avaricie / et si horum nequiores et impiores venerint / nemo prohibet / nemo repellit / nullus enim ei custos nullus remansit editimus /

Nam prius / sicut ad celi secreta nullus homo malus indulgere accessus / ita nec ad purissimam mentem tuam penetrare poterat / ulla contagio. Sed forte incredibilia videar loqui / apud eos precipue / qui priora tua nesciunt / sed hanc que nunc est / anime tue destructionem vident. Evidentique est quod ego irremediabiliter plango / quare non et incessabiliter lugeo / dum recordor / usquequo iterum / te resplendere videam / ad prioris glorie statum. Quod si apud homines / hoc impossibile videtur / aput deum tamen omnia possibilia sunt. Ipse est enim qui allevat / a terra inopem / et de stercore erigit pauperem / ut collocet eum cum principibus / cum principibus populi sui. Ipse est qui sterilem facit in domo habitare matrem super filiis letantem. Non ergo dubites neque desperes / mutari te posse in melius. / Si enim tantum potuit dyabolus ut ex celsis virtutum fastigiis / in profundum te deduceret malorum / quanto magis poterit deus / ad summum te bonorum vertice revocare. Et non solum in id te restituere / quod fuisti / sed et beatiorem multo quam prius videbaris efficere. Tantum est ne cadas animo / neque spem tibi abscidas bonorum / Ne queso accidat tibi / quod impiis solet. Non enim peccatorum multitudo in desperationem adducit animam / sed impietas. Et propterea Salomon non dixit / quia omnis qui venit in profundum malorum contempnit / sed impius inquit / si venit in profundum malorum contempnit. Impiorum est ergo desperare salutem / et contempnere / cum in profundum malorum venerint non peccatorum. Impietas enim non sinit eos ad deum respicere / et illuc ingredi unde dilapsi sunt. Ista ergo cogitatio / que spem conversionis abscidit / ab impietate descendit / et sicut lapis gravissimus / cervicibus anime incumbens / spectare deorsum / in terram cogit aspicere / ad deum vero sursum non sinit oculos allevare. Sed virilis animi est et preclare mentis decus / a cervicibus anime sue / pondus nimium / in ymo deprimentem se rabie dyabolicum / et imparem anime sue. Ut canens verba prophetica dicat / ad deum. Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum / et sicut oculi ancille in manibus domine sue / ita oculi mei ad dominum deum meum / donec misereatur mei. Miserere nobis domine miserere nobis / quia multum repleti sumus despectione.

Preclara vero in hijs verbis celestis philosophie doc
trina est. Repletus inquit sum despectione
hoc est quod docere nos voluit, quia si peccato
rum multitudine repleti sumus, despectionem atque
opprobrium adepti sumus, tamen oculi nostri ad dominum deum
nostrum sunt, donec misereatur nostri, nec prius ab ob
secratione cessemus quam impetremus veniam peccatorum
mereamur. Hoc enim vere est constantis anime et pertinacis
ut nequaquam repellatur a perseverancia deposcen
di desperacione impetrandi, sed perseveret ac persistat
in obsecrationibus donec misereatur illi deus. Et
ne forte arbitreris te offensam magis contrahere
apud deum, si tamen non merearis audiri importu
nius persistas in precibus, recordare ewangelicam parabo
lam tibi invenies. Quod perseverantes et impor
tunos peccatores dominus non sibi conducit iniquos. Ait enim
quia et si non dabit ei illi quod amicus est, propter
importunitatem tamen eius surget et dabit ei quan
tum opus habet. Intelligo enim timere, quia precipua dya
bolus desperacionem subicit impetrandi, ut spem
nos dei bonitatis abscidat, que est salutis nostre
anchora, vite nostre fundamentum, dux itineris quo
itur ad celum. Denique apostolus dicit: Spe autem
salvi facti sumus. Spes quod est in qua salus nostra con
sistit, et que de terris animas velud quibusdam
kathenis celitus dependentibus innexas eneh
it ad superna et revocat ad sedes celestes eos, qui
vehemencius inhereant celsiores scilicet eos vite huius
ac terrenorum malorum turbinibus reddet. Et quis
quis igitur hic positus resolvatur animus et salu
taris spei anchora dimittat e manibus, decidat
necesse est, et in abissum atque in profundum malorum
mergatur, quod cum senserit inimicus et viderit
nos peccatorum nostrorum multitudine perhorrescentes
increpacionibus eciam ipsius conscientie deterreri, acce
dit et ipse et cogitaciones nobis subicit desperandi
plumbo omni et omni arena graviores, quas si re
ceperimus necesse est nos statim pondere ipso abrup
tis salutis nostre retinaculis in profundum demergi
malorum. In hoc igitur et tu deiectus es, bonum et mitem dominum
contempta, nunc spernis crudelis autem et inimicus tuo
larum atque inimica saluti tue voluptatibus pa
res. Abiecisti suave iugum Christi et dimiseras ac ferreas
pro eo imposuisti cervicibus tuis peccatorum kathenas. Ab
iecisti onus leve humilis et mitis domini et pro eo asin
ariam molam collo tuo appendisti.

Sed quoniam scilicet ostendis. Sta iam et desine in
felicem animam sine respectu aliquo sub
aliqua recordacione demergere. Quoniam scilicet pro
urges eam et precipitas in interitum tuum. Et qui
dem mulier illa que in ewangelio dragmam quam
perdiderat invenit, convocat vicinos et amicas ut
congratulentur ei. Ego autem convocabo cunc
tos tuos et meos ac vicinos meos et deprecabor
eos convenire, non ut gaudeant, sed ut lugeant me
cum, nec ut congratulentur, sed ut lamententur et in
gentem planctum sublatis ad celum una me
cum vocibus reddant. Dicam ad eos: ululate me
cum, o anime et plangite, profundite mecum fortes
fletum et perducite flumina lacrimarum. Non quia au
ri pondus immensum nec argenti talenta in
numera amiserim de manibus meis. Non quod ge
marum fila preciosa perdiderim, sed quia horum omnium cari
or et omni auro, omnique gemma preciosior, amicus
qui una nobiscum vite huius pelagus et mare hoc
magnum spaciosum que navigabat, nescio quo

lapsus usque in ipsum fertur perdicionis profundum.
Quod si aliqui ex amicis consolari me volunt
et a lugendo prohibere, propheticis ad eos rudeam vo
cibus dicens: Omitte me amarissime flere, nec
persistatis consolari me. Non enim lugeo vel carnis af
fectum nec planctum plango femineum. Ubi immodera
cio lacrimarum culpabilis iudicatur, sed illud lugeo
quod et magnus ille ac mirabilis Paulus apostolus
lugere se dicit cum scribit: et lugeam omnes qui pecca
verunt et non egerunt penitenciam. Nam eos qui per quan
hac morte carnis inundant planctibus affligun
merito quis notabit. Ubi vero non corporis, sed anime
volnera lamentantur, et talis anime que in ipsa eciam
morte signa prioris pulchritudinis et admiranda
decoris ostendat, atque extinctum in semetipsa
florem virtutum indicijs adhuc fomentibus prodat,
quis ita crudelis et ab affectu tocius virtutis
alienus est, qui non moveatur ad luctum, non
excitetur ad lacrimas. Sicut enim pro morte qui
pluitum est a lacrimis temperare, ita et in anime
morte et talis anime consolacione recipere et insipi
ens et irreligiosum ducis. Quis enim non videbitur
sine intermissione lamentandus, is qui quondam
omnem pulchritudinem in corporibus tamquam in lapi
dibus aspiciebat, qui aurum sicut lutum videbat,
qui delicias tutas ut cenum respuebat. Hic
subito febribus libidinis ac voluptatis arreptus, sa
nitate simul atque ornatu mentis extincto vir
tutibus quibus perit, solis vero vicijs et voluptatibus
vivit. Hunc ne ego non plangam? Hunc ne ego
non rigem toto flumine lacrimarum, usque quo
si potero fletibus meis resuscitem, sensum eius
et vitales aliquos ex commotus tempore carnali la

Comarum

Si enim hij qui corpora lamenta
tur, cum sciant et certi sint nichil prodes
se fletus suos ad vitam defunctum re
vocari, tamen a lamentacione non parcunt, nos qui
scimus animam a morte revocari posse et per contri
bucione quo non medicamentum prestet, que magis
patescentibus corporis volnibus sanitas anime recu
perari possit, lacrimis uberioribus emolitur. Quam
primo et ignavie nos arguendos puto si tum la
mentatores corporum mortibus comminus tam diu
re et tam vehemens, hoc faciant, certe ut di
ximus, quod non resuscitabunt mortuum suum. Nos
nichil tale pro anime lamentacione faciamus
quia restitui in statum suum posse, pro premium no
verimus, nam in inferno inquit quis confite
bitur tibi. Namque enim plures et unis temporibus
a memoria malorum lapsos ab itinere recto
et precipitatos ab ingressu viarum anguste et ita
rursus eos reparatos, ut posterioribus priora cir
ficerunt, atque ad palmam pervenerint et coronam
numerorum rursus et choris sanctorum accedantur
esse sanctorum. Sed donec permanet quis in ipsa ad
huc flamma et fornace libidinum, hec ei impossibi
lia videntur, eciam si mille proferantur exempla.
Si non cepit fieri vel parva conversio et initium
dederit reparandi paulatim procedens et ad su
periora referens pedem, illa quidem que
vehemencior erat flamma post tergum rema
nebit, ante pedes vero quanto acrius ceperit
incedere, tanto omnia invenies divini cuius
dam roris sopita refrigerio. Tantum est ut
vim quod precipue inimicum est saluti hunc ca
veamus, inimica autem est conversioni et
penitencie desperacio. Que si insederit mentem

quantacumque sit salutis desiderium, quamvis sit quidem salvandi propositum, desperatione accurrente omnes salutis aditus obserantur. Intercepta enim penitencie via clauditur, pariter et agonis ingressus. Et quomodo iam poterit quis exire via cum hostium clauditur? Boni aliquid operis implere, cum ad bonorum non veniat ingressum, desperatione prohibente. Propter hoc et dyabolus omnibus modis molitur huiusmodi cogitationes vel plantare in cordibus nostris. Si enim nos desperationis motu procul a via veritatis effecerit, nullum ei adversus nos certamen ultra remanebit. Nunc enim impugnet, cum nullus obsistat.

Si quis autem istud respuere potuit vinculum, continuo vires suas recepit et ad eum incalescet vigor animi, delectabitur rursus instaurare certamina. Videbit enim se fugare eum qui fugiebat, et persequi persequentem. Quod et si forte, ut se habet agonis conditio, rursus labatur aut cadat, non continuo lapsus sui pudorem desperare iterum debet, sed meminerit hanc esse agonis certaminum legem, non ut nunquam quis cadat, sed ut nunquam cedat. Quia non ille qui sepe cedit victus dicitur, sed ille qui ad ultimum cessit. Nam qui desperationis cogitationibus victus est, quomodo vel vires reparare certandi vel resistere ac repugnare poterit, cum fugiat nec omnino redeat ad certamen? Et noli putes quia de hiis michi sermo sit tantum qui in paucis et levibus peccaverunt. De illo loquor qui omnibus se sociavit malis, qui in immanitate scelerum viam sibi exclusit regni celorum, et non de infidelibus sed de fidelibus sunt et ex hiis qui plus placuerunt Deo. Post hec autem deciderunt vel in adulteria vel omnes impudicicias, quecumque apostolus ait turpe est etiam dicere. Nec hunc ego dico salutem desperare debere, etiam si ad ultimam huiusmodi mali obsessus pervenit senectutem. Sed quare sit vero dicit huiusmodi ausculta. Si ira dei passibilis esset et affectus, recte diceremus non posse iam restingui flammam que tot et tantis peccatorum succensa sit malis. Cum vero impassibilem esse naturam divinam diffinitio veritatis ostendat, intelligere debemus quod etiam si punit deus, etiam si penas infert, non hoc cum ira passibili, sed tamen ineffabili clemencia facit medicine, non puniendi effectu. Et ideo valde libenter recipit penitentem. Penitencie enim medicamentum, si perveniens curet iam non faciat eam ad vindictam irascendi pervenire pro hiis que commisit in deum. Non enim ut diximus semetipsum vindicat deus in peccatorem quasi ulciscens iniuriam suam. Nichil enim tale recipit in se natura divina, sed ad utilitatem nostram facit omnia, pro utilitate nostra et correptiones induxit et penas, non ut se vindicet, sed ut nos emendet. Ut si persistit quis in duricia, similis ille qui avertit a lumine oculos suos, dampnum quidem luci intulit nullum, semetipsum vero tenebris condempnavit. Ita et qui per totum impenitens contempnit, se putat virtutem dei, semetipsum alienum efficit.

Quos si medicus ab... cit a salute qui vel frenesim patiuntur vel cerebro moti sunt, patitur iniurias et neque dolet, pro hoc neque irascitur, sed facit omnia que medendi racio deposcit, quibus curacio quidem videatur ille qui patitur. Porro autem curatus ipse non est iniuriarum vindicta, sed cura languentis. Denique si paulum quis eger proficere cepit ad salutis statum, videas gaudere medicum, letumque et alacrius exequi reliquam curam, nec insignia prorsus iniuriarum meminit, sed salutis in omnibus gerere prospectum. Quanto magis deus etiam cum in ultimam deciderimus insaniam, non ultionis affectu pro hiis que commisimus movetur in nos, sed cupiens in visceribus nostris inveteratos viciorum curare languores. Per hoc et dicit omnia et agit cupidus sanitatis nostre non pene. Ut quamvis res ipsa pietatis sufficienter ostendat, tamen ne tibi de huiusmodi sima dubitacio ulla videatur, possumus etiam hoc ex divinis scripturis quod ita se habeat edocere. Velit enim michi quis sceleratius fuit rege Babilonie? Cum tamen in multis esset expertus potentiam dei, ita ut prophetam eius adoraret et iuberet ei thus et victimam immolari, rursus tamen ad priorem adversus deum superbiam devolutus est, et eos qui ymaginem eius adorare noluerunt, preferentes veneratione dei, vinctos in fornacem iecit ignis ardentis. Et tamen hunc tam inhumane tam impie provocat deus ad penitenciam et dat ei convertendi materias. Primo quidem ex hoc ipso quod ei in fornace ignis tribus pueris sociatus apparuit. Tum deinde quod visionem vidit illam, quam interpretatus est Daniel, que vel sola sufficeret etiam lapidea corda mollire. Sed post ipsas rebus admonitus accessit etiam sermonum per prophetam cohortacio. Accepit ergo et prophete consilium dicentis: Propterea o rex consilium meum placeat tibi, et peccata tua elemosinis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum; fortassis erit paciencia delictis tuis. Quid dicis ad hec vir sapiens et bone? Post tantos lapsus est adhuc reditus? Est michi crede est, quia et post gravissimam egritudinem atque ab ipso pene mortis collimio redit sanitas, et post desperatam insaniam multi resipiscunt.

Erat enim ut supra memoravimus rex iste Babilonis omnes iam sibi salutis aditus excluserat, per id quod deum exacerbaverat, qui se fecit et ad fastigia et ad fastigia regni celsa perduxit, qui sibi celestia misteria etiam revelavit, qui futurorum scienciam dedit, et regni totius archana revelavit, qui magicas, astronomicas, gazarenas, caldeicasque prestigias prophete sui divina interpretacione confudit, et ineffabile sacramentum captivi pueruli sapientissima discretione patefecit, ita ut non solum sciret summo deo videretur, sed in omni orbe deum Danielis deum esse predicaret, et non solum hunc ipsum negavit post hec, sed in tantam rursus insaniam devolutus est, ut servos dei qui non adorarent ymaginem suam in fornacem precipitaret ignis ardentis. Et tamen ne ibi quidem tunc et remedium eius obliviscitur divina miseracio, sed in ipso ut diximus ignis medio flammis tradiderat pueros deum colentes, etiam ibi eum non terroribus sed mirabilibus mitigat. Potuerat enim et ignem extinguere et reprobos celitus mundare, sed hoc non facit, ne plus attendat insaniam, et permittit in tantum eo aggerari flammas quantum furentis desiderabat immanitas, et non inferri penas prohibet, sed illa

tis peccatorum puniunt crucigendi. Et tunc quis vid
ens non viri pueros putabat fantasma esse et non
flammas que videbant, precepit exuri penarum
ministros, eos scilicet qui circa fornacem stabant, et vi
deret quia vere ignis erat qui videbatur. Sed erat
preceptum dei ignis virtute validius. Omne enim quod
est nature iussu famulatur ei a quo ut esset accepit
originem. Suscepit ergo ignis ille sanctorum corpora, et
precepto ac voluntate dei nature sue qua urit ob
litus est. Sola in eis ea parte qua illuminat operatus
est, ita ut sanctum ac fidele depositum non corruptum
redderet, sed illustratum. Processerunt enim de
fornace ignis tanquam de aula regali mirandi
omnibus et omnibus venerandi. Nullus tunc convertit
oculos suos ad regem purpura et dyademate
renitentem, sed velud contemptus est tanquam si non
esset, quorum in se mirabiles pueri rapuerant con
spectus. Quis enim non stupet ad corpora innocentum
candidasse flammas, et non solum viscera refugisse
sanctorum, verum nec capitis quidem comam, que est omnium fra
gilius, aut summam saltem vestimenti fimbriam
perstrinxisse. Quis non miraretur in eis membra
mortalia vestimentis metallis, capillos adamanti
fortiores. Sed et in eo admirationis cumulus
crescit, quod in medio flammarum positi ymnum de
cantabant, cum utique notum sit, quia flammis continuo
statim ut os aperuerint, eos absumi. Et illi
quidem beati pueri manent apud deum gloriosi,
apud homines mirabiles.

R ex vero impius nec mirabilibus mo
vetur, nec visionis et confessionis sue
fuerit miraculis, sed permanet incredu
lus, nec tamen punitur. Neque enim in eo vincit pa
tientia dei quod tempore plurimo sustentatur. Vere ali
quando corripuit, non preterita puniens sed emen
dationi prospiciens in futurum. Denique non impetum
damnationis, sed parvo tempore correptus, et an
nis paucissimis ad priorem rursus regni redu
citur statum, ita ut dampni nichil pateretur
ex pena, lucri autem plurimum ex emendatione conquire
ret. Talis michi crede, talis est erga homines pie
tas dei, numquam spernit penitentiam, si ei sincere et simpliciter
offeratur. Etiam si ad summum quis pervenerit
malorum, et inde tamen eum si vult reddi, seu velit
reverti ad virtutis viam, suscipit, libenter amplecti
tur, facit omnia, quatenus eum ad priorem revocet statum,
quod est adhuc prestancius et eminencius, etiam si non
potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordi
nem, quantulamcumque tamen et quolibet brevi tempore gestam
non respuit penitentiam. Suscipit etiam parvam, nec pati
tur quamvis exigue conversionis perire merce
dem. Hoc enim nobis indicare videtur ysaias
ubi de populo iudeorum talia quedam dicit. Propter
peccatum modice contristavi eum et percussi eum, et
averti faciem meam ab eo, et contristatus est et ambula
vit tristis, et sanavi eum et consolatus sum eum. Evi
dentius autem nobis testimonium dabit etiam
Achab rex ille impius, qui cupiditatis, quod sue
perditum uxoris nequitia quesivit, sed perturbatus
primus sceleris immanitate penituit, et cilicio
induitus facinus suum flevit, atque ita erga se
dei misericordiam provocavit, ut cunctis eum absolveret ma
lis. Sic enim ait et dixit deus ad heliam. Vidisti
quomodo compunctus est Achab a facie mea, quoniam fle
vit in conspectu meo, non inducam mala in diebus eius.
Sed et post hunc iterum Manasses, qui omnes tiran
nos immanitate scelerum suorum superaverat, qui cul
tum divine religionis et observantiam legis con
triverat, qui templum dei ydolis repleverat, celesti
cultu vacuatum. Hic quoque impietate scelerum supra
grediens omnem memoriam, tamen quia penituit,
misericordias dei postmodum mutatus est. Nos
si vel hic vel illi quos supra memoravimus con
siderantes immanitatem scelerum suorum conversionis
et penitentie reditu desperassent, ab omnibus utique
bonis, que per eos ex emendatione perfecta sunt, de
cidissent. Quinimmo respicientes ad ineffabiles
miserationes dei et immense bonitati eius confi
dentes, abolita quidem a cunctis sine desperationis
vincula solverunt, festinantes vero semetipsos
conversi sunt ad virtutis viam, et revocantes
a peccato pedem cursum currere sub consummaverunt.

H ec quidem de exemplis sunt bonorum
nobis dicta sanctorum. Audi nunc quid et ser
monibus prophetas ad conversionem invitet
a domino. Hodie inquit si audieritis vocem eius
nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione.
Nos autem dicit hodie omne tempus indicat quo
vivimus cotidie usque ad ultimam, si ita res accidat,
senectutem. Non enim temporis longitudine
sed affectus sinceritate penitudo et penitentie pensatur.
Sicut nos legimus levitas pertransisse illud glorissimum
in deserto non temporis longitudine sed virtus
dei exigua hora conclusisse. Sed et latro ille qui
pendebat in cruce non eguit prolixitate temporis
ut ingressum paradisi mereretur, sed tantum ei spa
cium sufficit quantum expendi potuit donec unum
posset proferre sermonem, ita ut uno momento
temporis totius vite sceleribus absolutus precederet
ad paradisum etiam apostolos mereretur. Videmus
uno die interdum vero et sub unius hore spacio
coronas sumere ingentium martiriorum. Et ideo audi
endum est tantummodo et prompte atque incitatis
animis aggrediendum, ut quadam velud
indignatione permoti resistamus adversus de
ceptricem nostram libidinem, et affirmemus aliter a
morem nostrum, convertamus ad virtutem. Hoc enim
est quod vult et poscit a nobis deus. Non querit tem
porum longitudinem nec afflictionum cruces, ad
hoc precipue respicit si vera sit et sincera confes
sio. Video demum quidem aliquotiens nonnullos
recepisse postremos et fortes esse multo priores. Non
ergo cecidisse ita malum est, ut post lapsum
iacere et nolle consurgere, et cum quadam velud
voluptate iam ac resolutione peccare, des
perationisque sermonibus mali propositi velum tegere.
Contra hos enim etiam propheta cum quadam indig
natione proclamat dicens, numquid qui cadit
non resurgit, aut qui aversus est non revertitur.
Q uod si dicas, quintum si aliquis fidelium
ceciderit et potuit reparari, audi ad hec
de hoc ipso quod dicimus. Cecidit, stetisse
enim antequam caderet presumitur. Nemo enim
cecidisse dicitur eum qui semper iacuit, cum
quia stetit, perfectius tamen etiam ex scripturis
divinis. Sed quia supra hoc vel in parabolis

vel per apertas similitudines dicta sunt, si qua etiam in maiorum continentur exemplis. Quid tibi videtur aliud continere ovis illa, que in nonaginta et novem omnibus abeuntibus requisita est et per humeros pastoris humeris reportata? Nomine apte et lapsum et reparacionem fidelis ostendit. Unus enim est et ipsa sicut et ille nonaginta et novem, et non alterius sed unius eiusdem gregis et unius eiusdem pastoris. Eisdemque namque pascuis prius quibus et ille recte, eisdem poculis eisdemque cubilibus utebatur. Sed erravit errore non minimo. Per montes enim et colles evagata est longius satis et diffusa libus cavernata errorum anfractibus, nec tamen relinquit eam pastor bonus consumi in erroribus suis, sed requirit et revocat, revocat autem non violenter impingens nec verberibus cogens, sed propriis humeris sublevatam. Sciunt enim optimi quique medicorum eos quos viderint et habe longe egritudinis afflictos, in nullum rigorem temperant medicine et delicatius ac tenerius agunt in eis. Ita et deus eos quos videt vehementius peccatis esse corruptos non districta satis et ardua observancie intencione revocat ad viam virtutis, sed sensim et paulatim, ita ut quamplurimis sustentet, in plurimis sublevet, ne dura eis et ardua videatur repentina conversio, et non tam peccandi amore teneantur, quam desperatione videantur in erroribus, quia conversionis desperatione detenti. Sed non hec sola parabola moderacionem nostre conversionis ostendit, verum et illa que de luxurioso filii reditu scribitur. Et ille enim filius erat, non erat extraneus, germanus erat eius qui numquam a patre discesserat. Filius ergo est qui ad ultimos malorum fines dicitur pervenisse. Abierat enim in longinquam regionem, et longe satis a deo effectus est. Fuerat dives et nobilis, deterior servo et mercenario factus est. Sed tamen regressus et penitens in antiquum recipitur statum et in priorem gloriam reparatur. Quod si desperasset et erubuisset pro hiis que acciderant ei reverti ad patrem, sed permansisset in regione longinqua et aliena, non utique adeptus esset ea que adeptus est, sed fame perditus infelicissima mortem.

Vides ergo quanta sit vi[...] subtilitas penitencie, quanta conversionis spes per penitenciam. Filius prodigus recepit pristine glorie statum, quem senior frater habebat perpetuam. Et si audere in talibus periculis est, videtur michi quod ex conversione hic etiam aliquid amplius meruerit. Vide enim quomodo senior frater dicit: Ecce tot annis servivi tibi et numquam michi dedisti edum, ut cum amicis meis epularer; cum autem venit filius tuus hic qui comedit substanciam suam cum meretricibus, iugulasti ei vitulum saginatum. Quo ergo non amplius consecutus videtur qui per penitenciam redit, cum ille edum numquam accepit, huic vitulus occisus sit saginatus. Hec igitur tantorum [...] exempla proponentes, non perseveremus in malis, nec desperemus reconciliacionem, sed redeamus etiam nos, redeamus ad patrem et appropinquemus deo. Numquam credo in adversabitur conversionem ad se. Nos, nos sumus qui nosmetipsos longe efficiamus a deo. Ipse enim dicit: Deus appropinquans ego sum, et non deus de longe. Et iterum per eundem prophetam: Peccata inquit separant inter me et vos. Si ergo peccata sunt, que nos separant a deo, auferamus e medio istud obstaculum, et nichil est quod nos prohibeat coniungi deo. Vis tibi ostendam hec non solum parabolis dicta, sed et rebus impleta? Apud Corinthios erat quidam vir, ut videtur, non ignobilis. Hic commiserat tale peccatum quale nec inter gentes admitti solet. Et erat hic ex numero fidelium et familiarium Christi. Quidam enim eum etiam ex sacerdotali ordine fuisse tradunt. Quid ergo? Numquid excludit eum Paulus de numero eorum qui spem gerunt salutis? Nequaquam. Postea quam sufficienter Corinthios arguit pro eo, rursus volens ostendere quia nullum vulnus est, nulla egritudo que non cedat et sanetur medicamento penitencie, iubet eum tradi sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die domini nostri Ihesu Christi. Sed hoc iubet antequam de penitencia eius agnosceret. Ubi vero penituit, sufficit ei, inquit, increpacio hec que fit a pluribus. Et addit: Obsecro vos confirmate in illum caritatem, ne possideatur inquit a sathana; non enim ignoramus astucias eius.

Galatarum autem gens integra postea quam crediderat Christo et acceperat spiritum sanctum, ita ut in spiritu etiam signa et virtutes facerent, postea quam propter fidem Christi multa sustinuit, post hec in magis omnia decidit a fide, et rursum cohortacionibus apostoli reparata est. Ut autem scias quia per spiritum sanctum signa et virtutes fecerunt, audi quemadmodum ipse apostolus dicit: Qui ergo vobis dedit spiritum et operatus est virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Et rursus quia multa pro fide passi sunt designat, in eo ubi dicit: Tanta passi estis sine causa. Post hos ergo tantos in fide [labores] talemque perpetrarunt commiserunt peccatum, quod possit eos alienos facere a Christo, de quo ipse apostolus dicebat: Ecce ego Paulus dico vobis quia si circumcidimini Christus vobis nichil proderit. Et iterum: qui in lege iustificamini a gracia excidistis. Et tamen post istos fidei casus, post tam gravem lapsum, revocat eos et maternis ut dicam visceribus resonet dicens: Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Quid ergo aliud per hec omnia docetur, nisi quia possibile sit ut etiam si in ultima quis peccatorum pernicie teneatur, rursus in eo Christus per penitenciam reformari? Non enim vult mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Convertamur ergo, o amantissimi, in tantum, et reddamus nos ad voluntatem implendam dei. Propterea enim creavit nos deus et esse fecit, qui non eramus, ut eterna in nos conferat bona et prestet regna celorum. Non enim nos ad hoc fecit ut gehenne nos tradat, igni perpetuo. Regnum celorum propter nos, gehenna propter dyabolum facta est. Et hoc ita ex evangeliis doceam. Ipse etenim dominus dicit hiis qui ad dexteris sunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratum est vobis a constitucione mundi. Illis autem qui a sinistris sunt dicit: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et non dixit nobis. Sic ergo propter dyabolum gehenna ignis, propter homines regnum celorum a constitucione seculi preparatum est. Cavendum est ne nosmetipsos ab ingressu bonorum persistendo in malis pertinaciter excludamus. Donec enim sumus in hac vita, quantumlibet

nobis acciderunt peccata / possibile est ablui omnia per pe-
nitenciam / cum ante abluti fuerimus de hoc seculo
ibi iam enim penitebit nos / valde enim penitebit
sed nulla erit utilitas penitencie / Et licet sit stridor den-
tium licet ululatus et fletus / licet fundantur preces
et innumeris obsecracionibus proclamemus / nemo au-
dict nemo subveniet / sed nec extremo quidem digi-
to aqua quis infundet linguis nostris positis in fla-
mis / sed audiemus illud / quod dives ille audivit ab
Abraham / quia chaos magnum confirmatum est inter nos
et vos et neque hinc illuc / neque inde huc /

Resipiscamus ergo tandem queso te fra-
ter et dominum nostrum tamquam boni servi et uti-
les requiramus / nec desperemus dum in hac
luce vivimus veniam posse per penitenciam promereri / In
inferno tamen ut diximus penitencie medicamenta non
proderunt / In hac vero luce positus / eciam si in extre-
ma etate adhibeas / eciam si in ultima senectute
michi crede curaberis / Ideo denique dyabolus omnia
monet et agit et animum nobis desperacionis indu-
cat. Scit enim quia si vel parvo tempore quis ille penitudinem
gerat / quamvis sit brevis non erit tamen ei infructu-
osa conversio / sed sicut is / qui calicem aque frigide
porrexit / nequaquam fructu mercedis amittet / ita
et is qui pro male gestis preteritis penitudinem gerit
licet minus digna videlicet ad peccatorum pondus
penitencia / tamen quantuscumque ille motus penitendi fuerit vel
conversionis momentum / expers non erit remunera-
cionis bonorum / Nichil enim michi crede boni operis / quam-
vis sit exiguum / despicietur apud iustum iudicem deum /
Si enim peccata cum tanta examinatione discucienda
sunt / ut eciam verborum et cogitacionum unusquisque presto-
lat penas quanto magis bene gesta in iudicio re-
pensabuntur et parva / Itaque si non putas esse possi-
bile ad illum culmen summe vite ordine te posse re-
pari aliquid certe de immunitate luxurie et libidinis
enormitate / si resecres nec hoc quidem infructuosum
senties fore / Incipe tamen et minimum aliquid arripe me-
liorum conversionibus viam sumens saltem contingere
vestigiis / Donec enim incipias difficile tibi et in arctis-
simum virtutis iter videtur / Sic namque est natura rerum ut
omnis labor tamdiu gravis putetur / donec sola ani-
mi consideracione pensatur / ubi vero ad rem ventum
fuerit et operis ipsius exercitium aliquantulum [illegible]
ubi iam pavor quilibet omnis ac formido depellit-
ur / assiduitas vero operis dulcedinem parit / et leticiam me-
ta conferunt / recuperata denuo interempta virtutum
redditque nos continuo forciores / tum proxima iam videri
cepit spes salutis /

Propterea denique iudam unquis hinc ra-
puit ne forte cruciabat quod esset reddi-
tus ad salutem lapsum suum primum refor-
maret / Ego enim eciam (si minimi videtur
esse quod dico) ne illud quidem inde potuit diverti-
vires extendere potuisse primus / Propter quod deprecor
et exoro / ut omnem dyabolicam cogitacionem repel-
las et effuges a mentibus tuis / et velocius recon-
cilias ad viam salutis / Et enim si subito te / et ex
integro ad illum porro virtutum verticem coge-
rem / merito trepidares / multo difficile fieri pu-
tares / tu vero nunc ante exspectam tantum / ne au-
gestas in malis / neque per dies singulos peccatorum
incrementa congregares / sed ut desinas tantum
et a peccato iam cesses / tamen dubitas et cunctaris

et retrorsum revocas pedem / ac solam saltem
cogitacionem bonorum recipere formidas / Quid enim
nec ipsius quidem tibi libidinis sacietas / vel iam
adhuc fastidium reddit / Quid profuit illis qui in
luxuria corporis et presentis vite voluptatibus / usque ad
extremum diem permanserunt / Intuere nunc sepul-
chra eorum / et vide si est aliquid in eis iactancie sue ves-
tigium / si aliqua diviciarum vel luxurie signa cog-
noscis / Require ubi nunc vestes et odoramenta pe-
regrina / ubi spectaculorum voluptas ubi et scorta et
turbe / et convivorum cessit opulencia / risus ioci
et inmoderata atque effrenata leticia / quo abiit
quo abscessit / ubi illa nunc et ubi ipsi / quis sinus vel
cuique intuere diligencius / et accede propius ad singu-
lorum sepulchra / vide cineres solos et fetidas ver-
mium reliquias / et recordare hunc esse corporum fi-
nem / eciam si in deliciis et leticia eciam si in laboribus
et continencia transegerint vitam / et utinam cuncta-
res omnes omnibus causa nostra usque ad cineres veniret
et omnes parva viderent hec dampna / et que fa-
cile excusare possit nature condicio / Nunc autem
converte oculos tuos / ab istis cineribus et sepulchris
et erigat cogitacionem tuam / ad illud divini iudi-
cii tribunal horrendum / quod ardens fluminis / fla-
mas ambit fluentis / ubi fletus et stridor dencium
ubi tenebre exteriores et caligo / ubi ille vermis
est qui numquam moritur et ignis qui numquam ex-
tinguetur / recordare parabolam lazari et divitis
illius / qui opum tantarum erat dominus / qui purpu-
ra indutus et bisso / unam nunc aque guttam
invenire non potuit et hoc tamen esset in ardoribus ne-
cessitate constitutus /

Dic queso te dic quid plus habet vita ista quam sompnium / Dicant
enim hii qui in metalla condempnati vel
in aliqua qualibet pena positi / cum forte post mul-
tum laborem diurne vite paulatim relaxati
fuerint in sompnium / et videant se inter plu-
mas dapes positos / epulis copiosissimis perfrui /
ubi surrexerunt / nichil sibi quod ex delectacione
sompnii invenerint recessisse / ita dives ille qui
sompnium habuit huius vite divicias / ubi discessit
nichil tamen ex illo nisi peccatorum penitudo / et perpetua
pena permansit / Hoc recordare mi unanimus
et illum gehenne ignem / hiis que nunc exagi-
tant / flammis libidinis et cupiditatis oppone /
Est enim hoc mirabile quoddam medicamenti
genus ut ignis ignibus restinguatur / Si enim non
fuerint restincti / isti qui te nunc exagitant illos
tibi eternos ignes acriores et inextinguibiles
reddent / Quanto putas tempore permanere
tibi posse presentis vite delicias / ut dicam quid
reor / nec quinquaginta tibi annos iam superesse
usque ad extremum puto / quamvis sis longissima
senectute / Sed in hoc ipso tempore vide / quanta incurre-
re puto / Primo quod nemo / eciam si usque ad ves-
peram perveniat certus est / Deinde quod mobilis
semper humanarum rerum status est / Frequenter enim
vita quidem in longum tempus producitur / non tamen facul-
tates ac divicie ei fideliter permanent / Sed sepe
accidit / ut prius quis operibus quam vita deficiat /
Verumtamen concedamus / et omne te posse annos
multos / et nullam permutacionem temporis pati / Et
quantum queso est spacium istud / ad eterna sup-
plicia / quantum hoc voluptatibus est / ad illas excrucia- /

biles et intollerabiles penas. Nam in hac quidem
vita sive bona sive mala, terminum suum norunt
cumque velocitate currunt. In futuro autem seculo
utraque immutabilibus spaciis protendunt. Adde et
illud quod etiam pene illius longe alia et diversa con-
dicio est. Ignis enim hic qui in presenti vita est absu-
mit cibaria que recipit, ille vero quos susceperit se-
cruciat et pene sive semper integros servat. Pro-
pterea enim et inextinguibilis dicitur, non solum
quia ipse non extinguitur, sed quia nec eos quos suscepe-
rit extinguet aut finiet. Scriptura etenim dicit
quia et peccatores induent incorruptionem, sed non ad
honorem vite, sed ad diuturnitatem tormenti et supplicii
perpetuitatem. Cuius autem pene vim et ignis illius
potenciam nulla vox exponere, nullus sermo
poterit explanare. Nichil est enim in rebus corrup-
tibilibus quod conferri possit incorruptibilibus
sive bonis sive malis.

Verumptamen ut aliquam ymaginem
saltem ignis illius et pene capiamus
recordare, si quando quis febrium nimio ar-
dore succenditur, que angustie qui
cruciatus corporis atque anime insideant, et ex hac
temporali pena metire quanta sint illa supplicia que
eternus ignis inflammat, quem fluvius ignis pro-
currens ante illud tribunal horrificum vindicis pe-
nalibus irrogabit. Ubi quid agemus, quid respon-
debimus? Nichil erit nisi stridor dencium, nisi ulu-
latus et fletus multus et sera penitencia, cessantibus
undique auxiliis et undique invalescentibus penis,
sed nec solacium quidem usquam ullum. Nullus enim occur-
ret oculis nostris nisi soli penarum ministri et fa-
cies ubique dira tortorum, et quod omni teterius hec
acerbius quidem ipsis erit ulli solamen aut lucis.
Circumdabunt enim penarum loca tenebre exterio-
res. Et ignis ille sicud naturam non habet moriendi
vel consumendi, ita nec illuminandi, sed est ignis ob-
scurus et flamma tenebrosa. In hiis autem positi
quis tremor primo, que resolucio viscerum sit, di-
vulsioque membrorum, quanta contencione omnibus sensi-
bus teneris, nullus nunc sermo potest explicare.
Sunt enim diverse et varie penarum facies et pro pecca-
torum quantitate singulis quibusque multiplicantur
et pene. Quod si dicas et quomodo tot malis suf-
ficiet corpus ad penam sine tempore nesciens? Con-
sidera que in hac vita interdum accidunt et ex
parvis magna conicito. Quos interdum videmus
homines longissima egritudine affici, nec tamen
eis excessisse vite terminum datum, aut et si corpus aliquan-
do morte dissolvitur, sed anima non consumitur. Cum
constat quod si immortalitatem etiam corpus acceperit,
nec ipsam penam nec corpus ultra iam perimat.
Nam in presenti quidem vita vehemens non potest ut
pena corporis et vehemens possit esse et perpetua, sed
alterum cedit alteri, quia corporis fragilitas utrum-
que non patitur. Ubi vero utraque corruptela caruerit,
pena quidem accepta perpetuitate nunquam deficiet. Cum nul-
lum sine incorrupcio quesita suscipiet. Non ergo
putemus quod suppliciorum immanitas ipsa dabit
finem dolorum, sed ut diximus perpetua quidem penas
attendent, incorrupcio vero anime et corporis nullum.

Dic ergo nunc supplicias tunc dabunt
quanta temporis revolucione, que deliciarum
spacia compensari videntur talibus penis? Cen-
tum si placet annos deliciis demus, adde et alios
centum si libet, adde et alios decies centum. Que erit
ex hiis ad eternitatem compensacio? Nonne omne tempus
vite huius, quo deliciis frui videntur et indulgere
libidini, quasi noctis unius sompnium ad eternitatis
comparacionem videtur? Et ergo aliquis qui una nocte
delectabile videat sompnium, eternas subire eligat pe-
nas, et illa pro hiis recipere vel pro illis ista mutare? Mo- Nota
dum descendo ad vituperacionem deliciarum neque ama-
ritudinis que in eis est. Nunc accipio quod nec huius-
cemodi ordinem hoc tempus est, sed tunc tu forte ab
hiis effugere poteris. Nunc enim tu in eis passibilis
teneatur delectare non credis, si dona libidinis
que grata omnibus videntur et iocunda aspera asse-
rimus et amara. Si non per misericordiam dei evades ab hu-
iuscemodi egritudine, quid vicerit tunc quid amaritu-
dinis vino vero quo venenum habuerit libido deprehendes.
Nunc interim ponamus delicias, delicias esse et
libidine voluptatem, nec aliqua hic delectari vel oppro-
brii. Quid dicemus ad repositas penas, quid faci-
emus ad hoc quod delicie quidem velud umbra pertran-
sierunt et velociter fugiunt, pene vero perpetue perma-
nent. Quod et si equalia tempora et idem spacium deliciis
positum esset et pene esset, aliquis ita stultus et ita
demens ut eligeret pro uno deliciarum die unum diem
subire penarum, cum soleat dolor unius hore et quibus
corporis cruciatus in oblivione mittere omne preteri-
tus in voluptate transactum. Nunc ergo cum possibile
sit pro uno tempore si conatum addunt effugere omnia illa
cruciamenta penarum et perfrui bonis eternis, quid
differimus, quid moramur et divina largitione
non utimur? Dei enim ineffabilis et immensa bo-
nitas etiam hoc providit, ut labores quidem temporis et
agonis non extenderet, nec longum faceret aut
eternum, sed brevem et ut ita dicam momentaneum
quidam hore unius. Hoc enim est presens vita si ad
illam conferatur eternam. Providit ergo bonitas dei
ut in hac brevi et exigua vita agones essent et la-
bores, in illa vero que eterna est corone et premia
victorum, ut labores quidem cito finirent, incentoris
vero premia sine fine durarent. Sed hec sicut leti-
ficat eos qui pro laborum preciam conantur, ita affli-
git illos et cruciat in futuro qui vident se pro par-
vo et exiguo deliciarum tempore perdidisse quidem bona eter-
na, mala vero quesivisse perpetua.

Ne ergo etiam in istum veniamus nos
dampnne cruciatum, excogitemus aliquando
dum tempus est. Et ecce nunc tempus ac-
ceptabile, nunc dies salutis, nunc enim est penitendi
facultas et tempus, quo et servatus confessus peni-
tente. Verbo non solum que diximus monent nos
mala que in gehenna perferimus si negligamus
vitam nostram, sed est malum multo hiis gravius. Ex-
cludi enim a bonis eternis et alienum effici ab hiis
que preparata sunt sanctis tantum generat cruciatum,
tantum dolorem, ut etiam si nulla extrinsecus pe-
na torqueret, hec sola sufficeret. Omnes enim gehen-
ne superat cruciatus carere bonis quibus in presenti
vivere presumunt. Considera queso te statum vite
illius, inquantum tibi possibile est considerare. Ut
enim vere est comprehendere nullus sufficiet, sed quantum
possimus ex hiis que legimus ex enigmata acci-
pimus, tamen quandam opinionem de ea capiamus.

dicitur de ea quodam loco quod aufugiet ibi do
lor et tristicia et gemitus / Quid hac vita beatius
ubi non est paupertatis metus non egritudinis ledit
infirmitate aut leditur nemo / nemo irascitur nemo
invidet / nulla cupiditas exardescit / nullum te
desiderium / nulla honoris pulsat et potestatis ambitio /
sed bonum viciorum labes sopita et penitus extincta
est / Pax tuta tota manet et leticia / tranquilla
sunt omnia et quieta / iugis splendor et lux non ista
que nunc est sed tanto splendidior nunc est solem
na / nulla ibi nox / nulle tenebre / concursus
nulli nubium / nulla frigoris nulla ardoris asperitas
sed talis quedam erit rerum temperies / quia sciunt
illi soli qui ea digni fuerint perfrui / Non est se
nectus ibi nec senectutis miseria / sed omne quod
corrupcionis est exulat / et gloria incorrupcionis
triumphat / verum super hec omnia est sociari cetibus an
gelorum et archangelorum / omnibusque celestium supno
rumque virtutum contubernijs perfrui / Vide quomodo
habet et huiusmodi gloriam esse / domini Ihesu Christi ineffabiles
adire conspectus / et maiestatis eius in enarra
bili splendore radiari / Verum ne hec tibi subito in
gesta obtutum mentis excecant / paulatim te
ad hec capienda renovabo / Intuere nunc celum
et inde extende paululum cogitacionem tuam et
super celum / deinde considera totius creature
transformacionem / non enim in ista que nunc est qualitate
consistet / sed in aliam transformabitur / splendidiorem
multo et pulchriorem / quemadmodum si dicam pro auro plu
bo splendidius / Licet enim futura beatus codocet Pa
ulus cum dicit / quia et ipsa creatura liberabitur a ser
vitute corrupcionis / Nunc enim tamquam corrupcionis
particeps multa patitur / que pati necesse est corrupti
bilia corpora / Tunc autem ubi omne quod fragilitatis
est et corrupcionis abiecit ineffabili pulchritudine
decorabitur / Neque enim ultra corruptibilia corpora
pacietur sed incorruptibilia ea ex resurrectione
recipiet / unde et ipsa creatura in meliore habitum
transformabitur / Nulla erit tunc urbs discordia sed
tuta consona cunctis conveniens / Omnium enim sanctorum erit
una concordia / nullus ibi dyaboli motus / nulle
insidie demonum / terror gehenne procul / Mors ne
que corporis neque anime sed immortalitatis munere
utriusque resolutus / Sicut enim puer regius
si primo pauperis cuiusdam alendus traditur /
vilibus indumentis / sub metu etiam pedagogorum
vivat et magistrorum potestate / quo etas prime disciplinis
arcioribus frenis repressa / adultam demum etatem
probabilem reddat / ac primis natalibus dignam ubi
venit tempus / ut aulam regum et sceptris principe
dignitatis assumat / abiectis omnibus illis vilibus
indumentis / repente in habitum regium ac princi
patus insignias transformatur / splendor purpu
ratus ac dyadematis fulget / ministrorum circumsuc
cedit ambitio / similiter honoris auctoritas invalescit
et efficitur totus alter ex alto / Ita ergo et tunc illi
quedam spes sanctorum immutacio fiet / Et ut scias quo
niam in hijs que dicimus / sola pompa verborum est
conferamus oculos ad illum montem / in quo transfor
matus est Christus et intueamur splendorem eius
illum quo tunc in transformatione resplenduit
/ Et nec sic quidem invenimus gloriam nobis futuram sed
gloriam patefactam / Illa enim transformacio sicut licet
non in quantum bonorum futurorum veritate hec / sed

quantum ferri oculi poterant intuencium / Dicit enim
et Ewangelium dicit quia resplenduit sicut sol / In
corruptorum autem gloria corporum non hec tantum splen
doris emittit quantum ex ista corruptibili luce percipit
nec talem lucem qualem nunc mortales oculi
capere possunt / Sed tantus erit future lucis sple
ndor quem iste corporeus ferre non possit aspectus tan
tum illum tulerit / qui in monte transformacione
resplenduit / unde ostenditur quia tantum revela
tum sit / quantum ferre oculi mortalium poterant /
ne tantum tulerint ex integro / sed ceciderunt in qua
in faciem super terram /

Quid preterea si quis te introduceret / in co
nventu aliquo / ubi omnes aurati amicti
resident stolis / quorum in medio aliquis
gemmis adornatus refulgeret et purpura /
Ipse pollicetur tibi quod posses in illo honoratorum
numero assistere / Nonne cuncta ageres et omnia per
mitteres per que id assequi posses / Adaperi ergo nunc
sensibus tuis celos et intuere ibi conventum hu
iusmodi neque vestium neque gemmarum / sed iusticie multum
congregatum / splendidius sideribus micantem / cla
rius sole fulgentem / intuere ibi cetum non solum
ex hominibus sed ex angelis / atque Archangelis con
gregatum / Thronis etiam dominacionibus / et Princi
patibus ac Potestatibus conscitum / De Rege autem qui
horum medius residet / dicere vox nulla sufficiet /
effugit enim omnem sermonem atque omnem sensum
humane mentis excedit / decus illud illa pulchri
tudo illa virtus / illa gloria / illa magnificencia / illa
maiestas / Quid ergo dicit michi horum omnium bonorum
expertes nos metipsos faciemus / et alienos / Uti
nam prius aliquem sustinuimus laborem / et exiguo
tempore libidinibus illecebris resistemus / Si enim
cottidie oporteret nos tormenta perferre / si ipsam
gehennam parvo tempore tolerare / per quod ut Christum vi
dere possimus in gloria venientem / et sanctorum numero so
ciari / non erat dignum pati omne quod triste est / ut
et tanti boni tanteque glorie participes haberemur / Au
di quid dicat beatus Petrus / Bonum est inquit nos
hic esse / Quid si ille tenuem quandam future glorie yma
ginem videns / omnia subito proiecit ex animo / dul
cedine visionis qua perspexit intueris quid diceret
aliquis / si ipsam rerum faciem / ut scilicet vitas co
templetur / tunc scilicet tibi celestis aula pandit et
regem celi non iam per speculum et enigmate / sed faciem
ad faciem revelaverit non iam per fidem sed per speciem
contuendum / Nonnulli Imperatorum putant sibi
satis esse / et optabile videre si gehennam cruciatus
carerent / ego autem multo graviores / quam gehen
na est dico esse cruciatus remotum et abici ab illa
gloria / Nec puto ita acerba esse gehenne supplicia
ut sunt illa quibus torquetur is qui arcetur a con
spectibus Christi / hoc crede michi penis omnibus gra
vius est / hoc est solum quod superat et gehennam /

Si enim hunc videntes terrenum Regem et
Principem cum Comitibus et ministris
suis ingredientem / in aulam regiam mira
mur / et magnos dicimus eos / quos habere la
teri eius videmus / Nosque miseros ardemus si
nullum ut eos locum habere mereamur / et quid solen
tes quomodo inicta sunt hec et valde infida / que in
certis sunt / nunc quidem pro bellis hostilibus / nunc etiam
pro civilibus insidijs / interdum eciam per livore

et pro pcipue qz etia ipa p se flagilia sut zca
dita z hullus im / tamen qo quo sicut cru
ciati grauant hijs qui inde deciderint / quo quo
no multo magis cruciabitur / si apud regem
om qui no ptem terre / s vniuersum eius cu
lu tenet / vno qui eam pugillo continet / z celu
palma metitur / qui portat omia vbo virtutis
sue / apud que omes tamq nichil z velud spntu
reputantur / z apud hunc mgni vbi ethnos hon
ores largiri cepit / si illum habeamus locu / z in ul
lo apud eum ministrorum nro collocem / none om
nobis pena tradibilius erit / Oz sufficiet nob eua
dere gehennam / et dignos no fieri / tanti regis
aspectu / Q illa dia tm hoc suffiat infelicius
qnd miseri / Hunc aute quem diam regem
no putas quadrig mulaz aut curribz auree
is vectum / uel ornatu purpura / aut terribilez
ptate dyadematis affuturu cu ad iudicandum
veniet terram / Oz audi quo pphet iniquitatibz
ut inuitian hominibz fas sint pdicitur eius ad
Iudic dni — Ait go quidam ex eis deus ur manifestus veni
et / deus nr z no silebit / Ignis ante ipm ardeb
t in circuitu eius ptella / Et vocauit celu sursum / z
terram discernere ppli sui / Alius vo quiz penas
spes / nobis indicat / ysaias hic e audi quo dicit /
Ecce dies dni veniet insanabilis dies furoris et
ire / ut ponat orbem terre desertu / et pctores pro
dit ex eo / Stelle em celi et vgr z omis ornatus
celi / lume suu no dabit / z obscurabit sol in or
tu suo / et luna no dabit lumen suu / Et manda
bo vniuso orbi mala / z impijs pcta eorum / et p
dam qtumeliam iniquorum / z iniuriam supbo
ru humiliabo / Et erunt qui relicti fuerint pcio
si magis qua aurum sine igne / z homo pcioslor
erit qua lapis exophir / celu em quaciet / z tra
mouebitur a fundamentis suis ppt furore dni
sabbaoth / in die tu surpuenerit furor eius /
Et iterum dicit fenestre celi apperient z mo
uebunt fundamenta tre / pturbacoe
pturbabitur terra / z stupore stupebit
terra / Inclinacione inclinabitur tra / z incli
nata e amocione / Commouebitur sicut ebrius
et tatpulatus extinctus / Dicit pomorum custo
dia terra cadet z no potit resurgere / Inualuit
em sup eam iniqtas z induxit deus / sup orna
tu celi in excelso manu sua in die illa / et super
regna terre z congregacoem eius ponet in vincu
lis z ccludet eam in locu munitum / Oz z mala
ch ppha qsona hijs loqu dicens / Ecce ve dns
omps z quis sustinebit diem aduentus eius / et
quis supportabit aspectu iudicij eius / qui ype in
grediet ut ignis conflatori / z sicut herba fullo
num lauancium pomd et sedebit conflans z pur
gans / sicut aurum / z sicut argentum / Et iterum dicit
Ecce dies dni venit ardens ut clibanus z erunt
eos z erunt omis alienigene / et omis qui faciunt
iniquitatem ut stipula / et incendet eos dies illa
que venit / dicit dominus omps / Et no derelinquet
radix neqz palmes / Alius vero ille vir desideri
orum ita dicit / Et ecce videbam et throni positi sut
et vetustus dierum sedebat z indumentu eius sicut
nix candidu / et capillus capitis eius sicut lana
alba z munda / Thronus eius flamma ignis /
rote eius ignis exurens / Flumus ignis currebat
ante ipm / iudicium qsedit z libri apti sunt / Et pau
lo plus / z vidi inquit in visu noctis et ecce cu nubi
bz celi sic filius hois veniebat / et usqz ad vetustu
dierum puenit / et in qspectu eius oblatus e ei / Et ipi
datus e honor z pricipatus z regnum z omis ppli
et tribus z lingwe ipi servient / Et ptas eius
ptas etna / que no transibit / z regnum eius no corru
petur / Inhorruit sps meus ego daniel in hebe
tudine mea / et visiones capitis mei qturbat me /
Cum go hec ita agi ceperint / pandentur
sine dubio celi ptes / vnus potius ipm ce
lu afferet incedio / tamq si tabernaculu
aliquis velamina colligant / s ne reparet z trans
formetur in melius / Tunc go omia / metus habe
bit / timorqz ac tremor / implebit vniuersa / Tuc
etiam ipos angelos formido quassabit / z no so
lu angelos / s z fortass Archangelos / z thronos
dominaciones z pricipatus e ptates hoc em indi
catur in eo / qd dicit z virtutes celi mouebunt / Con
servi em sunt eorum / qui iudicandi sunt / z vite h
positum rom / Si em apud iudices seculi / tu ci
uitas vna iudicanda est / pauent cetere z qtre
mescunt etia si nichil piculi metuant / quato
magis cum orbis terre vniuersus / ad iudicium
veniet / iudicandus ab eo iudice / qui teste non
egeat / qui argumenta no querat / qui oratore
cause no postulet / sed omnibz hijs pcul amotis / ip
se z gesta et verba z cogitacoes homi deuudet /
litqz in medio collocet / z cuncta velud in tabulis
quibusdam depicta / oculis eorum / qui commiserunt
ea / atqz omi qui assiste videntur ondat / quo no
commouebit / z in illud erit vniuersa creatura / Qz
et si tunc ignis fluuius ille no curret / neqz an
geli assistent tabiles / z facies dura tortorum / sed
hoc solum / si hoc euocarent hoies ad regem / z
alij quidem laude z honore digni haberentur / alij
vo dehonorati / cu nota z qfusione abicerent / si h
solum pene hominces paterentur / none super
omem gehenne cedet cruciatu / qd alijs innumera
pcipientibz / a rege ipi repulsam / cu decore me
ruissent / In quo quantu pene sit etia / si nup
plenius sermo no pt edocere / tunc tn cu ad rem ve
nium fuit / manifestius senciemus quid gessi
mus / Tu vo adde ad h omia etia suppliciorum
dolores / z no solu confusione / neqz solius decoris
notam / sed z illa pone ante oculos viam / qua
traduntur ad penas / cogita senos illos / z horre
dos penarum ministros / qui pctores pcipitant ad
supplicia / z hoc eo tpe / quo alij qui bene egerunt
a clarissimis angelis z placidissimis supportata
ante regis eum solum sublime / coronis glie z im
mortalibz pmijs muneratur / Et hec quidem
ppa erunt die illius / et iudicij temporis /
Que vo post hec subsequentur / qui sermo
potit explicare / que erit voluptas / q
leticia esse cu xpo / vbi aia ad ppriam ge
nerositatem regressa / cu fiducia ceperit via vide
dum suu / explicari no pt illius leticie mag
tudo / no em solu pp hijs exultat / quibz pfruit
in pnti / s multo magis pp eo gaudet / qd bonorum
suorum sit nullum finem futurum / Et quamvis illa
gaudia atqz illam leticiam / neqz sermo ullus
explicare valeat / neqz cogitacio illa congrue /
tamen tenuiter z velud vmbram quandam /

futuræ ymaginis intuenti / tibi quoque indicare
temptavimus / Sequitur. Nam si videtur ab hiis qui
in presenti vita bonis seculi et diliciis perfruuntur / qui
in honoribus et dignitatibus gloriantur / quia leticia extol
luntur in hiis / quia hec delectatione et voluptate
nutriuntur / ita ut interdum nec in terris se esse
arbitrentur / Et quamvis tamen constet etiam apud illos /
ipsos nec vera esse / hec bona / nec esse perpetua / sed omnia
sompno tenus evolare / aut si accidit aliqui / ut
paro aliquid permaneant / et exiguum hoc tempus presentis
vite non deserant / quia hiis felicitas esse creditur
quia leticia / Igitur si hec caduca et corruptibilia tan
tum gaudii hominibus conferunt / quid putandum est
sentire leticie animas illas / que ad celestia et perpetua
pervenerunt bona / In quibus et quantitas et qualitas
tam diversa / et tam eminens est / ab hiis que in hac
vita putant bona / ut neque ad conspectum adhuc (
illius hominis / neque ad auditum venerunt / neque
ad cogitationem cordis ascenderunt / Et enim sicut p
uulus in vulva matris / ita et nos in hoc mundo
positi sumus / et quasi angustiis quibusdam / atque
obscuritate conclusi / futuri seculi lucem / liber
tatemque non possumus intueri / Cum autem tempus
affuit / ut parturiat nos presens hic mundus / et eos
quoscumque concepit / in futurum seculum proferat lucem /
Sed quos quidem peccatis intervenientibus / abortivos
immaturosque invenit / de tenebris in tenebras
eunt / et de angustiis ad arctiores angustias transfe
runtur / Quos vero perfectos / et regie ymagini
similes genuit / offerunt patri sobolem quosdam
in officiis angelicis / et sedibus archangelicis collo
candam / Noli ergo queso te anime protendere
in illam partem / ubi vultus anime tue / et ymago
regia corrumpatur / et velud abortivum quendam /
in fine te mundus iste pariat / Sed citius repara
in te ymaginem paternam / repara vultum decoris /
et speciem / ut inter filios agnoscaris a patre / Et
enim pulchritudinem corporis deus certis quibusdam
et naturalibus finibus clausit / Anime autem pul
chritudinem liberam fecit / et nulla sub necessitate
conclusam / Ex parte multo splendore decore cor
poris / hec vero anime species in libertate est / sub dei
prudenti intuitu / in nostris tamen manibus posita / Nam
Nota
si etiam corporei decoris potestatem deus nostro permisisset
arbitrio / sollicitudo nobis immineret superflua /
atque in hiis que nichil prodessent / omne vite nostre
tempus consumeremus / ex quo cultus anime nostro ne
gligeretur / quippe qui etiam nunc ubi nobis nulla
potestas est conferendi aliquid corpori decoris / hu
tamen agimus et de hoc studemus / ut speciem corpo
ris omnibus modis extollamus / dum colore fucato
vel compositum crinium / vel oculorum rotam
vel varietate vestium / diversisque aliis et exquisi
tis molitionibus conferre aliquid / ut dixi / decoris
corpori cupimus / Sed quanto magis conveniebat nos
ad cultum anime dare operam / ubi et pulchritudo
vera est / et in potestate nostra est / cottidie eam si vo
lumus efficere pulchriorem / Verum nos econtrario omne
tempus vite nostre consumimus / expoliantes do
minam et adornantes ancillam / diversis orna
tibus / dominam vero eius tamquam vile mancipium
incultam / fedam / sordibus obsitam / in obscuro
illuvie ac decore relinquentes / cum utique et hoc
nos deus exclusit / a corporis cura / et decoris

eius augmenta naturalibus terminis clausit
ne superfluis studiis occupati negligeremus anime
cultum / Cuius forma et species etiam / si in ultima
corruat feditatem / labore tamen et intentione nostra /
ad summam potest pulchritudinem reparari / et in tantum de
coris adduci / ut non solum admirari a bonis omnibus /
sed ab ipso etiam rege omnium deo concupisci possit et ama
ri / sicut et propheta ad eam dicit in psalmo / Et concupiscet
rex speciem tuam (

Frequenter accidisse scimus / Ut etiam
ex hiis mulieribus / que in lupanaribus
prostitute sunt / si forte aliqua inventa est
decora specie / contemplatione pulchritudinis ab
aliquo etiam bono viro assumpta sit ad hones
tatem matrimonii / quanto magis deus non contempnet
neque despiciet animas / que de superna genero
sitate / per diabolum corruptorem / in istud presentis vite
lupanar / ac prostibulum deciderunt / Invenimus
autem hiis exemplis usos / etiam prophetas / cum ad
Iherusalem loquuntur / Et illa enim in prostibulum deci
dit / et in meretricatum / omni generis / sicut de
signat / Ezechiel propheta dicens / Omnibus meretricibus
dantur mercedes / tu autem dabas mercedes ama
toribus tuis / et facta est in te res perversa / preter omnes
mulieres / Et iterum alius dicit / Sedisti super via
expectans eum / sicut cornicula desolata / Ista
ergo que sic meretricata est / revocat rursus ad se
deus / Nam et captivitas que facta est / non tam p
ena quam correptione facta est / Nam si deus eos
punire voluisset et perdere / non utique denuo re
vocasset / ad patrium solum / neque rursus civita
tem illam maiore gloria / edificare fecisset / ac tem
plum / Erit inquit gloria domus huius novis
sima super illam priorem / Quod si illa que fre
quenter meretricata est / non exclusit deus a pe
nitentia / multo magis tuam recipiabit animam
que nunc primum corruit / Nemo enim amatorum
carnalium etiam si sit in hec super modum insani
ens / ita exardescere potest / in amorem dilecte sue
sicut deus effunditur / in amorem animarum
nostrarum / Et quod tibi possibile est / et ex hiis nosse
que per singulos dies fieri videmus / Potes in
etiam ex scripturis divinis evidenter advertere / In
tuere denique vel in principiis Ieremie que re
feruntur de deo / quomodo cum despiceretur et contempne
retur / a populo / tamen rursus revertebatur ad eos /
et amore eorum contristatus / sectabatur eos et
aversos a se / Et hoc est quod ipse dominus in Evan
geliis indicat / cum dicit / Iherusalem Iherusalem / que
occidis prophetas et lapidas missos ad te / Quo
tiens volui congregare filios tuos / sicut galli
na congregat pullos suos sub alis suis / et no
luisti / Sed et paulus dicit ad Corinthios scribens /
Quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians
sibi / Non reputans eis delicta ipsorum / et posuit
in nobis verbum reconciliationis / Pro Christo enim
legatione fungimur / sicut deo deprecante per nos
rogamus pro Christo reconciliamini deo /

Hec etiam ad nos dicta putemus / Non so
lum enim infidelitas / sed et vite contami
natio / execrabiles istas inimicitias fa
cit inter deum et hominem / Dicit enim et Apostolus

dicit. Quia sapientia carnis inimica est deo. Age igitur destruamus hunc inimiciciarum parietem, et viam nobis reconciliationis faciamus ad deum, ut iterum efficiamur ei amabiles et concupiscibiles. Scio quidem me narrasse valde Hermionis pulchritudine et decoris eius nichil invenire posse in terris simile iudicas. Sed si velis o amice, multo tu ea formosior, et multo pulcrior fies, quanto potest esse aurum luto preciosius. Quin in illa corporis specie tam multi mirantur et attendunt propter ea, quantum putas esse in anima decoris, si ad omnem nature sue fuerit exculta pulchritudinem, quam amabilis omnibus, et quam mirabilis erit. Et enim corporei decoris substancia non in alio quam in flegmate et sanguine et humore et felle consistit, que ex ciborum succis corruptibilibus colliguntur. Ex hiis enim oculorum orbes splendescunt. Ex hiis genarum rubor depingitur, visus huius ornatur, et nisi per dies singulos rigentur huiusmodi succis ex fonte iecoris ascendentibus venis, continuo arctior efficitur cutis, oculi cavantur, rubor omnis e vultu, cum decore discedit. Quod si diligenter consideres, que sint que intra illam cutem, que tibi formosa videtur, lateant, que intra narem tegantur, que intra fauces et ventrem, nichil aliud nisi sepulchrum dealbatum pronunciabis esse istam corporis pulchritudinem, que foris quidem decora apparet hominibus, intus autem plena est sordibus et inmundiciis. Cum denique si in vestimento videas flegmata, vel sputamenta horrescis et extremis saltem digitis contingere ea refugis, sed aspectum retorques. Et quomodo cellaria ipsa et horrea flegmatum diligis et concupiscis? Sed tua pulchritudo non erat talis. Quantum enim celum est terra pulcrius, tantum anime tue pulchritudo omnem formam cuiusvis pulcherrimi corporis superabat. Et licet animam corpore nudatam nullus viderit, tamen alias tibi decoris eius ex virtutibus suis conabor ostendere.

Nunc autem sufficiat nobis memorare sermonem domini, quo ait: Qui erunt sicut angeli dei. Quod si etiam in corporibus tanta est distancia, corporum dumtaxat que subtiliora sunt ab hiis que grossiora videntur et crassiora, verbi gracia ut celum terra prestancius, et ignis aqua pulchrior, ut stelle sunt lapidibus pulchriores, et arcus celi omnibus que in terra sunt floribus, quid diceremus si posset fieri ut corporalibus oculis anime pulchritudinem videremus? Nonne videres etiam hec que ad exemplum decoris et pulchritudinis adhibuimus extrema esse? Queso ergo te ne contempnamus tantam beatitudinem, neque negligamus preciosissimum thezaurum, qui intra nos est, maxime cum nobis facilis reditus esse possit et parvo labore reparari omne decus anime. Ubi enim spem futurorum conceperit et amaverit, statim redit anima ad pulchritudinem suam. Ait enim ille: Namque in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre supra modum in mensuram et eternum pondus glorie operatur nobis non aspicientibus que videntur, sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt, que autem non videntur eterna. Ecce si tribulationes leves appellat Paulus et faciles pro eo quod non ad hec que videntur, sed ad illa que non videntur aspiciamus, quanto magis leve tibi erit et facile desinere ab inpudicicie ponderibus fedis. Neque enim nunc te ad illos labores invitamus et pericula aut ad illas cottidianas mortes, quas apostoli perferebant, vel ad persecutiones illas, et verbera aut vincula aut carceres aut tocius mundi theatrum, aut famem aut nuditatem, aut vigilias multas, aut pericula itinerum vel naufragia maris, pericula latronum, pericula ex genere, pericula ex falsis fratribus, atque illa que apostoli agones desudant omnia. Nichil horum nunc a te poscimus, sed illud tantum rogamus, ut turpissima hac servitute derelicta, ad priorem redeamus libertatem, considerans et penam que subsequitur, et coronam et gloriam que virtutibus est reposita.

Nam hii quidem qui resurrectionem futuram non credunt, si vitam suam negligant et nullum futuri iudicii concipiunt metum, nichil mirum est. Nos vero qui multo certius intuemur futura quam presencia, tam infeliciter agere et tam misere vivere, et nulla recordatione tangi futuri iudicii, sed in ultimum decidere contemptum, extreme dementie est. Nec potest aliquid huic malo conferri, si credentes non credentibus similes simus. Quin ymo illis non pauci recepti sunt qui in hac vita anime virtutibus floruerunt. Et que nobis erit excusacio, quid solacii, si in die iudicii isti nobis proferantur ad exemplum. Cum preterea videamus nonnullos negociatores incidisse naufragio et universam perdidisse substanciam, nec tamen per hoc deiectos esse et recessisse, sed rursus aggressos eandem viam atque eadem exercitia reportasse, sed illi quidem dampna hec non desidia animi, sed ventorum violencia pertulerunt. Nos autem qui certi sumus de fine rerum et manifeste novimus quia si volumus neque naufragia anime neque dampna poterimus incurrere, quando non arripimus denuo priora exercitia et negocia et que negligenter amisimus reparamus. Sed iacemus resupini et desides et manus ociosas plicamus ad pectus et otima ociosas et non operantes ad pristinam vim, quod est utique evidentis insanie. Velud si quis ubi certans primitus delicto adversario in suum caput manus convertat et suum verticem cedat. Repulit nos dyabolus et elisit, oportet utique resurgere et rursus stare contra eum. Nam si semel deiecti non solum nobis a terra resurgere, sed et terga ipsum prostrato dare hoc est vincisse adversarium et partibus eius falli se. Nam et beatus David cecidit eodem casu quo et tu nunc, et non hoc solum sed et aliud hiis addidit crimen. Homicidium enim coniunxit adulterio, et quid post hec? Numquid permansit iacens? Nonne surrexit et stetit iterum contra inimicum? Et ita eum subegit, ut etiam post mortem ipsius tuta eius proficerent posteris suis. Nam Salomon cum immane illud admisisset scelus et dignus mille mortibus haberetur, propter David tamen cessurum se dominus regnum eius integrum dicit. Ait enim: Scindens scindam regnum de manibus tuis, et dabo illud servo tuo, verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum, sed de manibus filii tui accipiam illud. Sed et Ezechias cum in pericula extrema venisset, quamvis et ipse esset iustus, tamen pro beato David dicit se ei dominus auxilium daturum. Ait enim: Protegam civitatem hanc, et salvam faciam eam propter me et propter David puerum meum. Vides quanta est virtus penitencie. Vides quantum multi consilio reparavit. Ecce si voluisset et ille cogitare que tu nunc cogitas, et dicere quia impossibile est iam in propi-

tum fieri deum. Honorauit enim me honore inuicti et prophetiam michi gloriam contulit. Regni etiam magnificentiam dedit. De periculis quoque minimis me eripuit. Et quid potero tamen post hec tanta eius beneficia decidere et offendere, atque in ultima flagitia deuolutus sum, propterea rursus prouocare deum. Si hec cogitasset dauid, cum posterius peccauit et nomen ipsum perdidisset. Non enim sola corporis vulnera, si negliguntur, inferunt mortem, sed et anime similiter. Et nos tam stulti erimus, ut si corpori quid vulneris eueniat, adhibeamus continuo medicinam, in nullo vero anime vulneribus medeamur? Et quidem in vulneribus corporum sunt multa que sanari omnino non possunt, et tamen non continuo desperamus, sed quantum fieri potest adhibemus diligentiam, etiam si audiamus a medicis quia huiusmodi vulnus sanare medicamenta non possunt, insistimus tamen et obsecramus ut aliqua saltem solacia nobis medici aliquid sustentationis exquirant. In anime vero vulneribus, ubi nichil est insanabile, neque enim anima necessitate patitur nature, quasi aliena sit a nobis eius passio, sic negligimus, sic desperamus, sic nichil ad animum sollicitudinis reuocamus. Et ubi languoris natura desperationem generat, nos tamen quod spei aliquid conferat diligenter non omittimus. Cura hic ubi nulla est desperandi necessitas, quia nulla sit sanitatis spes, omnis penitus cura discedimus. Vides quanto maiore corporis quam anime amore astringimur, ignorantes quia si animam negligimus, nec corpus saluare poterimus. Non enim anima per corpus, sed corpus per animam est. Cum ergo quod primum est negligit et quod inferius est extollit, utrumque corrumpit. Qui vero ordinem seruat et quod primum est colit, etiam si negligit quod secundum est, per primi salutem saluabitur et secundum. Quod ita esse etiam dominus et saluator noster docens dicebat: Nolite timere eos qui possunt corpus occidere, sed timete magis eum qui potest animam et corpus perdere in gehenna.

Putas ne agimus aliquid? Putas ne satisfacimus tibi quia nullus anime languor quasi insanabilis debeat desperari? aut adhuc necesse est alias nos adhibere rationes et pluribus hec confirmare? Miles enim si temetipsum desperes, nos tamen numquam desperamus. Neque enim hoc ipsi agimus in quo alios reprehendimus, quamuis non sit idem cum ipse de se quis desperet et cum ab alio desperatur. Cum enim alium desperat, habet veniam; qui vero seipsum desperauit, nullam, quia ille non est dominus mentis alterius, hic vero sui propositi potestatem tenet. Nos ergo non desperamus quod tibi sit reditus ad prioris vite statum et ad illas quas in te nouimus animi virtutes, sed addemus ad te adhuc etiam hec. Niniuite audiebant prophetam ex diffinito dicentem et comminantem: Adhuc tres dies et Niniue destruetur. Sed nec sic quidem animus concederunt. Et hoc cum nec satis confiderent posse exorari deum, ut contra sententiam suam veniret, que videbantur non sub aliqua venie conditione suspensa, sed abrupta sententia cominata, tamen ad penitentiam confugiunt dicentes: Quis scit si penitebit deus et deprecabitur super malicia quam locutus est ut faceret eis. Quod si homines barbari et imperiti tantum hec potuerunt intelligere diuine bonitatis, Nonne multo magis nos oportet, qui in diuinis libris eruditi sumus et quibus hec ipsa exempla precessisse non ignoramus. Multaque alia ex diuinis scripturis similia vel simplis vel in rebus gestis dicta cognouimus. Non enim inquit deus consilia mea sicut consilia vestra, nec vie mee sicut vie vestre. Sed quantum distat celum a terra, tantum distant cogitationes mee a cogitationibus vestris, et consilia mea a consiliis vestris. Tum preterea si nos famulos nostros, qui forte nos offenderint, cum puniuntur se futuros esse meliores recipimus, et ad priorem reuocamus locum, interdum vero etiam maiorem eis post offensam ex reconciliatione fiduciam damus, non multo magis nobis hoc faciet deus? Nam si propterea nos fecisset ut puniret, bene desperares et dubitares de salute tua. Si vero propter bonitatem suam tantummodo nos fecit ut eius bonis et muneribus frueremur, atque omnia que agit ab initio seculi usque ad presens tempus propterea agit et propterea monet, quid ultra nobis desperandi, que ambigendi causa superest?

Sed vehementer eum offendimus, etiam ut nullus umquam hominum. Propterea ergo maxime velocius et vehementius satisfacere oportet et penitudinem gerere commissi et cito recedere ab his actibus quibus offenditur deus. Neque enim reatus et magnitudines mentes ita offendit, quantum contemptum iniuria delicti, et contemptus satisfaciendi. Peccare namque humanum est, permanere autem in peccatis diabolicum. Denique vide quomodo per prophetam hoc magis arguat deus quam illud: Et dixi inquit postquam meretricata est per hec omnia, conuertere ad me, et non est conuersa. Et iterum alibi: Et in his omnibus non est conuersa inordinata iuda. Sed adhuc manus eius extensa. In aliis quoque postea quam arguit delicta populi per prophetam et emendationem suam promiserunt, ostendens quam amabile ei sit si quis peniteat peccator, dicit: Quis dabit ita esse cor eorum in eis ut timeant me et custodiant mandata mea omnibus diebus vite sue, ut bene eis fiat et filiis eorum usque in seculum. Sed et Moyses docere populum volens quid deus requirat ab hominibus ita dicit: Et nunc israhel quid dominus deus tuus poscit a te? Nisi ut tu timeas dominum deum tuum et incedas in omnibus viis eius et diligas eum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Deus ergo qui cupit diligi a nobis et omnia facit propter hoc et nec unigenito suo parcit pro salute nostra et caritate, et qui optat ut ita dicam ut quocumque pacto et qualitercumque reconciliemur ei, quomodo penitentes nos et conuersos ad se libenter suscipiet et amabit ut filios. Nam quo proposito putas illud dixit per prophetam: Dic tu iniquitates tuas prius ut iustificeris? Nonne cupiens nos ad amorem suum reuocare et ad intimum caritatis affectum? Si quis enim diligit amicum, si forte iniurias ab eo nimias pertulit et ne sit quod aduersus eum amor eius circa dilectum, si proferri in medium et exponi iniurias velit, certum est quia nulla alia ob causam id fieri cupit nisi ut reintegratio fiat amoris vehementior et validior multo quam [illegible]

Quod si sola confessio peccatorum tantam reconciliationis materiam tenet, quanto maior erit reconciliandi fiducia si ipsis operibus penitentie que commisimus diluamus. Nam si hoc esset ut eos qui semel lapsi sunt de via recta redire ad priorem cursum [illegible]

tas divina prohibet/ aut nullus aut valde pau-
ci introirent in regnum celorum/ Immo vero eos quos
precipuos inter patres et in admiratione habemus
post lapsus peccatorum invenimus esse reparatos/ Qui
enim vehementes fuerunt in malis conversi rur-
sus ad bona/ eadem nichilominus utuntur vehemen-
tia contra sibi/ quod in multis debitis teneantur
obnoxii/ Quod et dominus in evangeliis docuit/ Cum
Symon de muliere quadam diceret/ Vides in-
quit Symon mulierem hanc/ Introivi in domum
tuam et aquam pedibus meis non dedisti/ hec autem
lacrimis suis lavit pedes meos/ et capillis suis
detersit/ Osculum michi non dedisti/ hec autem ex
quo ingressus sum/ non cessavit osculando pedes
meos/ oleo caput meum non unxisti/ hec autem ungu-
ento unxit pedes meos/ Propter quod dico tibi/ remit-
tuntur ei peccata multa/ quoniam dilexit multum/ Cui
autem parum remittitur/ parum diligit/ Et ait mu-
lieri/ remittuntur tibi peccata tua/ Propterea denique
et dyabolus sciens quod hii qui multa operati sunt
mala/ si se ad penitentiam convertunt/ districte satis
et vehementer hoc faciunt/ utpote scientes que
egerint/ metuit et tremit/ ne quis forte horum in-
itium aliquod penitudinis accipiat/ seu capiat/ si
enim ceperit/ iam nequeunt retineri/ sed in modum
ignis penitentie calore succensi/ animo purgato/ pur-
gatiores reddunt animas suas/ et memoria contri-
tionis velud spiritu quodam flante/ ad portum salutis
spe gubernante pervenerunt/ itineris sui habentes
cautelam maximam/ ex peccatorum horrore gestorum
Sitque in hoc pene etiam eos/ qui nullos umquam in-
currerit lapsus videntur precedere/ Quia cautiores
eos reddit experientia/ Scimus enim nescio/ quo
pacto expetimus ea que parata perdimus/ quia quo-
modum possessa desideramus acquirere/ Tantum
est ergo sicut dixi ut initium fiat/ In hoc omnis
est difficultas ut primos aditus ingrediamur
penitentie/ In ipso enim ingressu stat inimicus minis
ac terroribus spirans/ et volentes adire tu omni acro-
citate depellit/ Cuius si terrorum fumos et inanem
nebulam contempnas/ nec ille aliquid valebit
ultra et tu occupato aditu/ validiorem te reddi-
tum senties superioremque te effectum/ immo terroribus
insultabis/ ac perfacilem tibi de reliquo agonis isti-
us viam videbis/

Age ergo iam aggrediamur iter vite reu-
tamur ad civitatem celestem/ in qua et
conscripti sumus et cives decreti/ huius
nobis urbis ianuas desperatio quidem clausit/ Ape-
riat autem spes et fiducia/ latum prebebit ingres-
sum/ licet si contempnimus non solum iam desidie culpam
sed et superbie incurrimus/ Nam et si dyabolus non
aliunde talis factus est/ nisi quia primo quidem post pec-
catum desperatione versus est/ Postea vero ex desperatione
in elationem incidit et superbiam/ Sic ergo ani-
ma si semel salutem suam ceperit desperare/ iam
nec intelliget/ quo vel in que mala precipitetur/
Nichil enim aut agere aut dicere metuit/ quod cont-
rarium sit saluti/ Et sicut sepe videmus in hiis qui
insaniunt/ cum semel perdiderint sanitatis sta-
tum/ nichil iam ultra metuunt/ Nichil erubes-
cunt/ sed licenter omnia et dicere audent et facere/
etiam si in ignem ruant non declinant/ etiam

si in precipitium aut profundum non revocant pe-
dem/ Ita et qui desperatione capti sunt intollera-
biles per omnes malicie vias discurrunt/ Pudor
nichil prohibet/ metus nichil impedit/ presentia non
vetant/ futura non terrent/ Sola mors est que eva-
di non potest/ Propter quod deprecor prius quam vehe-
mentius inebrieris/ mali huius veneno/ exsurge
queso te et expergiscere aliquantulum/ et dyabolicam hanc de-
pone temulentiam/ Quod si ad subitum non potes/
Paulatim tamen et sensim recollige animos tuos/ quam-
vis ut michi videtur facilior via sit/ omnia simul
abrumpere/ et mali huius retinacula pariter cuncta re-
secare/ atque ex integro ad exercitia converti prima/ Si
autem tibi hoc difficile videtur/ ut vis ut potes
tantum sume initium/ aliquod melioris vie/ et eius
vite desiderium capesce/ Ita queso et obsecro per illa
te merita que prius quesieras exoro/ ac per illam
libertatem qua prius agebas obtestor/ sit te iterum in
illo eterna virtute victorie consistentem/ et illo rur-
sus pacis robore solidatum/ Parce michi ama-
ti te/ parce omnibus qui per te scandalizantur/ et
per tuo lapsu labuntur/ pro te tutis/ qui pro tua despa-
ratione desperant/ nec putant se velle viam vir-
tutis incedere si te ad eam redisse non videant/

Respice queso te/ quantus nunc meror omnium
sanctorum fratrum habeat choros/ et quanta letitia
atque exultatio incredulis fiat/ quanta
desidiosis adolescentibus de te fabula/ quantaque eis
ad peccata irrisione de te crescit audacia/ Quod si
reddeas denuo ad illam priorem virtutum viam/ omnia
hec vertuntur in contrarium/ Nostrum quidem dedecus et con-
fusio ad illos migrabit/ Nos vero erimus in gau-
dio multo et letitia/ toto enim orbe victorem te
libidinis victorem luxurie predicabimus et tem-
pli tui coronas scribemus/ Ista est enim maior et
certa victoria/ que post lapsum conquiritur/ que
post fugam reparatur/ Tu vero non solum propriam la-
boris et emendationis tue multa consequeris/
Sed et mercedem pro illorum salute percipies/ qui
ex tua conversione capientes exemplum ad peni-
tentiam se abiecta desperatione convertent/ Nec est
post hec quis qui quolibet lapsu deiectus non statim
resurgere cupiat/ et statim se reparare festinet/ Ne
queso ne contempnas/ tam magna/ hic etiam
gaudia lucra/ nec animas meas tua tristicia ad
inferos mittas/ Sed da nobis paululum respirare
et eam que nos tam cara velavit mesticie/ a nobis
nubem depelle/ Ecce enim nunc propria obliviscentes
mala/ tuos casus lugemus/ Sed si velis sursum
respicere paululum/ et amorem celestium capere
hac nos quidem lamentatione liberares/ et prioris iam
nos faceres cogitare delitias/ Quod autem possit
homines per penitentiam ad splendorem pristinum repara-
ri/ immo beatiores et multo clariores/ quam dudum
fuerant effici/ iam quidem et superius ex divinis
scripturis docuimus/ Unde denique est quod meretrices
et publicani hereditatem regni celestis accipi-
unt/ et inde et multi novissimi primi constituuntur/
Causam addam tibi et aliqua/ que in memoria
gesta sunt/ quorum quoque tu ipse testis es/ Scis
adolescentem illum urbani filium presbiteri
provincie/ qui pupillus quidem a parentibus fuerat
derelictus/ sed dives admodum/ familie argen-
to et auro ac possessionibus locupletissimus/

hic primo concepta omni pompa elationis et iactantiae, qui vel adolescentiam praesumere solet vel habundantia ministrare temporis, etiam auditorum litterarum liberalium derelictis, ad humilem vitam et indumenta vilia atque habitum pauperem neglectumque conversus, ad montes et deserta secessit. Postquam etiam sacri baptismatis mysterium consecutus, multo magis ascendebat ad incrementa virtutum. Laetabantur omnes et laudabant, quod in tantis divitiis natus tamque clari generis et primae adhuc aetatis adolescens, subito omni vitae temporalis vanitate calcata, ascendere desiderasset ad aeternae vitae fastigia. Cum ergo in his exercitiis versaretur et in admiratione esset omnibus, quidam corruptae mentis homines, qui ei iure consanguinitatis proximi videbantur, accedere ad eum sub nomine visendi gratia coepere, postque assiduitate colloquii mali rursus eum ad ea quae spreverat et contempserat revocare. Et abiecta omni qua assumpserat philosophia, de montibus descendit ad forum. Cumque per medium civitatis equo vectus et cursoribus stipatus incedere coepit, totamque urbem quasi volitans et exultans obire, abiecta sunt frena pudicitiae castitatis, tunc deliciis et luxuriae nullis poterat esse consortium. Inde iam obscenis amoribus irretiri et in omnem turpitudinem captivari coepit, ita ut nullus hominum fuerit qui non salutem eius penitus desperaret. Circumvallabant namque eum examina parasitorum, et laudabant adulatorum greges pupillum adolescentem divitem. Et quod etiam reliquum videatur spei: Illi autem qui ad reprehendenda vitia prompti sunt, etiam illud culpabant, cur omnino vel ex initio aspirasset ad hanc vitam et praesumpsisset quod obtinere non poterat, reliquisset autem studia ex quibus profecisse in litterarum eruditione potuisset. Cum ergo haec et alia huiusmodi a singulis quibusque de eius vita agitabantur, dicerentur et esset fabula huius apud nos pudor ingens, sancti quidam viri, quibus esset peritia in huiusmodi venationibus capiendis, quique multo usu et experientia didicissent nihil esse desperandum, armati spe dei coeperunt observare eum sollicitius, et si quando in platea occurrisset, accedere cum mansuetudine et salutare. At ille primo quidem equo sedens de alto vix resalutare aut videre eos clarius incedentibus dignabatur, tantum elationis et improbitatis assumpserat. Sed illi misericordes viri, iniuriarum nihil ad iniuriam revocantes, persistebant illud solum quod animo intenderant, ut si quo pacto eruere possent agnum de dentibus luporum, quod et factum est per patientiam. Nam cum frequenter haec facerent, aliquando quasi ex amentia quadam in semetipsum regressus adolescens, liberalitatem eorum et indulgentiae erubuit, reverentiam et primo coepit, ut eos eminus occurrentes sibi vidisset, equo prius desilire et inclinato in terra capite tacitus quae ab illis dicerentur audire, ac processu temporis maiore iam eos uti reverentia; et ita paulatim per dei gratiam et sermonis eorum mansuetudinem revocatus, cunctisque illis mortis retibus quibus innexus fuerat evolutus, rursus ad montes et exercitia prioris philosophiae repedavit, et in tantum nunc effulsit, ut longe super admirationem fuerat posterioribus studiis. Vidit autem et experimento

assecutus est quae fuit lapsus sui occasio et totius deceptionis illecebra, illa procul dubio, quod non secundum mandatum evangelii primus omnia quae habuit vendidit et indigentibus erogavit, ut thesauros suos de terris transferret ad caelum, et ibi esset cor suum ubi erat thesaurus suus. Sed quia habuit adhuc aliquid in terris, regressum est et cor eius ad terram. Et ideo ubi respuit omnia et quae habuit expendit in pauperes, ut et semetipsum sollicitudine sibi adderet, et in posterum sibi illecebram deceptionis abscideret, atque iam nunc caelestem viam incedens ad culmen virtutum profectum tantaeque emendationis pervenit.

Sed hic quidem adhuc adolescens et cito corruit et velociter resurrexit. Alius quidam post multos labores, quos in solitudine positus desudaverat, hunc secum unum solum vitae habitationisque consortem. Angelicam vitam ab adolescentia usque ad ipsam iam perduxerat senectutem. Et nescio quo diaboli instinctu, qui dormitavit paululum et parum primo ingressum in corde suo diabolo praebuit, atque in desiderium mulieris incurrit, qui nec viderat quidem mulierem umquam, ex quo ad monachos se contulerat vitam. Primo ergo rogare qui secum vivebat aggreditur, ut vinum sibi et carnes ad vescendum deferret. Quo tunc civitate commorari coepit, descensuros saepius ad civitatem, non quo vesci carnibus delectaretur, sed ut occasionem aliquam desiderii sui inveniret explendi. Simplex collega suus imitatus, et verens ne forte si vel negaret maioribus eum traderet malis, quae poscebat exhibuit et desiderio eius satisfecit. Sed ille ut vidit sibi occasionem fraudis exclusam, aperte iam et impudenter revelat desiderium suum, et ad civitatem se omnimodis descensurum fatetur. Ille vero ubi multa obiciens eum retinere non potuit, abire dimisit, eminus tamen subsequens observabat ad quid aut quo ire vellet. Ubi ante paululum positum cernit eum lupanar ingressum, et desiderium suum contagione meretricis explesse. Aperiens fores et considerans vim naturalis in homine legis, quae in huiusmodi delictis suscitatur, statim paenitudinis gemitu egressum resupinis protinus manibus amplectitur, et benigne deosculans, nec omnino increpans pro lapsu, rogat ut expleto iam desiderio suo redeat rursus ad habitationem pristinam et ad beatam solitudinem. At ille tantam in eo benignitatem et clementiam videns erubuit, et quasi telo verborum eius gestorumque percussus, ac semetipsum pro his quae commiserat notans, misericordem et optimum fratrem et collegam sequitur ad montem. Cumque illuc pervenisset, exorat ut sibi in secretiori cellula incluso aditoque obstructo panem tantum intervenientibus diebus atque aquam praeberet, et si quis ante de eo requisisset, defunctum esse affirmaret. Quibus impetratis semetipsum conclusit, ibique permansit ieiuniis et orationibus ac lacrimis peccati sui diluens sordes. Tempore autem transacto non multo, cum penuria imbrium vicinas regiones siccitas ureret, et omnes qui habitabant illam terram lugerent, quidam ex ipsis admonetur in somnis abire ad unum qui erat intra cellulam clausus, ut ipse oraret; nec aliter dandas esse pluvias monet, nisi illius precibus impetratas. Cumque assumptis secum nonnullis abisset et

collegam eius solum vidisset putabatur de
illo quo visio mandaverat perquirendum ubi
vero defunctum esse audiunt falsum se opinabatur
in sompnis. Rursus autem ad pedes dei orabant
omnes. Et iterum eadem que prius apparente sibi eadem mo
netur. Cum vero instancius perurgisse eum qui
prius fefellerat exorabant ut sibi ostenderent vi
rum confirmantes se admonitum non ad mortuum
tante visionis auctoritate transmissos. At ille ubi pat
rum resolutum diminutum videt dicit eos ad loci
dei ac templi aditu que obstruxerat ingressi
procidunt ad pedes eius atque omnem causam
pandentes obsecrantesque ut necessitati famis ora
tionibus subveniret. Cum primus quidem excusabat se
procul esse ab huiusmodi meritis asserens. Ista enim
lugebat peccatum tamquam nuper admissum et ante ocu
los positum. Tandem tamen fatigatus astancium
precibus intelligens dei esse voluntatem ad suppli
cacionem se dominus flexis genibus convertit. Et statim
ingens copia consecuta est pluviarum quibus et ter
ra et homines recreati sunt.

Nam de illo quid dicam qui Johannis
apostoli discipulus extiterat primus. Pos
tea ad latrocinia conversus et multo in hiis
tempore grassatus rursus ab hiis latronum spelun
cis apostoli manibus apprehensus et priori ut ipse bene
nosti redditus vite longe melior et mirabilior
posterioribus temporibus quam prioribus fuit. Nam
quia frequenter hec legens admiratus sis beati
apostoli incredibilem benignitatem atque inter ce
tera que erga eum ostendit ineffabilis amoris
insignia illud te perpetue mirari fatebaris quod
humano sanguine cruentatam iuvenis dexteram
deosculatus sit prius et sic in amplexus eius cor
ruens ad celum revocavit vitam eius quam mors
eterna sorbuerat. Sed et beatus Paulus Onesimum
inutilem servum effectum fugitivum suum non solum
amplectitur et diligit carissimum sed a domino eius
exorat ut ita eum sicut seipsum habeat et ante omnia
primum prime. Sic ergo ait de eo. Obsecro te pro meo
filio quem genui in vinculis Onesimo qui et si
aliquando tibi inutilis fuit nunc autem tibi et mihi utilis
quem misi ad te. Tu autem illum sicud mea viscera
suscipe quem ego volui retinere apud me ut pro te
michi ministraret in vinculis evangelii. Sed sine
consilio tuo nichil volui facere, ut ne velud ex
necessitate tuum bonum esset sed voluntarium. Fortas
sis enim propterea discessit ad horam ut eternum eum
reciperes iam non ut servum sed pro servo fratrem ca
rissimum maxime michi quanto magis tibi
in carne et in domino. Si ergo habes me socium susci
pe illum sicud me. Sed et Corinthiis scribit idem apostolus
pro hiis qui peccaverant hoc modo. Ne forte cum
venero lugeam multos ex hiis qui ante peccave
runt et non egerunt penitenciam pro impudicicia et for
nicacione et immundicia quam egerunt vel gesse
runt. Et rursum sicut dixi et iterum dico quia si ve
nero iterum non parcam.

Vides quos luget apostolus et quibus non parcit
non eos qui peccaverunt sed eos qui non
penituerunt sed quod semel et iterum pro hoc commoni
ti obedire noluerunt. Sed enim ait predixi et iterum
dico ut prius scribo sed nunc absens scribo non alios
nisi admonitos eos indicat contempsisse. Unde ve
reor ne etiam nobis hoc accidat. Licet enim Pau
lus non videatur affuisse qui tunc comminabatur
Chorinthiis sed prius adest qui per ipsum loque
batur. Et si persistimus in duricia dicet nobis quod non
parcam non solum in presenti sed etiam in futuro. Si
prevenimus faciem eius in confessione et effundamus
in conspectu eius corda nostra. Ait enim peccasti non
adicias ultra sed et pro prioribus peccatis tuis deprecare.
Et iterum iustus accusator sui est in primordio ser
monis. Non ergo spectemus inimicum accusatorem
nostrum sed nos eum preveniamus et ex ipsa confessione nostra
benigniore erga nos iudicem facientes. Et quod
quod confitearis peccata tua et defleas temetipsum bene
novi. Sed non solum nolo absque confessione namque
preteritorum tamen emendacione nolo fieri futurorum. Et
ita nolo persuasum habeas quod hec faciens veniam
te mereri. Omnis enim qui agit aliquid nisi prius per
suasum habeat quod ei prosit illud quod agit nec prompt
ius faciet nec competenter. Verbi gracia qui semi
nare vult fruges nisi confidat et certus sit ad futu
ros ymbres ymmaturam terram fructus naturam
dos nunquam colligit messem. Sicut enim nemo in
vanum laborem gestat expendere, nemo operam
consumit in id ex quo nichil sit lucri questurus
ita et qui verba seminat in confessione peccatorum in super
expendit fortassis et lacrimas si non spem gerat
venie pervenire nec de fine a peccatis poterit nec
vinculis pessime desperacionis absolvi. Sed sicut
colonus ille qui de colligendis frugibus desperave
rit nichil cure adhibebit ut aut aves a sege
tibus depellat aut pecudes aut si qua sunt que
frugibus nocere possunt, ita et qui in lacrimis quid
seminat confessione nec tamen aliquid se fructum consequu
turum sperat nichil omnino fugat aut repellit
a corde quod corrumpere possit penitenciam. Corrum
pitur autem peccata si rursus pro quibus confitetur ma
lis iterum similibus inquinatur. Unus enim inquit edifi
cans et unus destruens quid consequitur nisi la
borem. Et qui baptizatur a mortuo et iterum contin
git mortuum quid proficiet in lavacro suo. Ita et
homo qui ieiunat pro peccato suo et iterum vadit et eadem
agit oracionem eius quis exaudiet. Et iterum dicit
Cum recedit a iusticia ad peccatum dominus preparat eum
in gladium. Et sicut canis reversus ad vomitum
suum odibilis fit, ita est stultus tamen reversus ad peccatum.

Non ergo hoc solum sufficit sed et cum
maxime temetipsum peccata tua videa
ris exponere sed eo affectu hoc age ut
speres tibi in eo misericordie aliquid conferri
per penitenciam. Sic enim poteris et ipsi ante cuius conspec
tum confiteri verecundiam, ne ultra in hec pro
quibus confitetur incurrat. Nam condempnat
semetipsum et peccatorem dicere communis hoc est om
nium pene eciam infidelium. Denique multi de scena
quoque viri et precipue mulieres impudice peccato
res semetipsos et sceleratos appellant sed non eo
conspectu hec dicunt quo cupiunt emendari. Et
ideo non est ista dicenda confessio. Non enim ex
corde compuncto neque in amaritudine lacrimarum

talia proferuntur, nec eo affectu quasi qui oderit ea que accusant, nec ultra non dicta agere hec sed ne audire quidem velint. Sed tamen reus in sermone est et sermone summis labiis non ex intimis cordis dolore producto, ita ut interdum etiam per hoc ipso laudari expectent, quasi qui nichil fallant, sed licet contra semetipsos tamen vera pronunciant, qui vero ita graviter apud homines appareat peccatum tamen ab eo proferri quod admisit et tamen ab alio arguitur. Sed istud faciunt hii qui multa desperacione etiam sensu doloris carent, neque horum verentur notam, sed tamen fiducia quadam qui aliena ita propria enunciant mala. Te autem nichil horum facientes, neque ex desperatione ad confitendum venire, sed tamen spe bona et presumpcione indulgentie desperacionis ignavia penitus excisa. Radix autem desperacionis ignavia, et non solum radix sed et nutrix eius et mater. Nam sicut et vestimentum generat tineas et nutrit, ita et ignavia non solum gignit ex se desperacionem sed et alit et fovet. Ex semetipsis igitur vicissim hec nutriuntur et augescunt. Si altera quis harum abscidat, alteram sine dubio intuitu peremerit alterius. Istam igitur male copulatam bigam disiunge et iugum eius confringe. Iugum autem dico animum inductum in quo velud in iugo libra vite pendet humane. Ubi enim cogitatio animum non recte consuluerit, ibi currus vite rapitur in precepts.

Sed primo quid dicamus ausculta. Sepe accidit ut per pigritiam quis multa et magna contraxerit mala. Hic tamen bona que per penitenciam contraxit etiam peccata consumserit. Et hoc eum maxime desperacionem animo induat quod videtur sibi destruxisse quod edificaverat, ut omnes illos labores inaniter effudisse, et hec est cogitacio que precipue anime pondus desperacionis imponit. Sed illum rursus oportet cogitare pro quo pessima et inimica vite nostre cogitacio ista pellatur, quod illa bona quecumque emendacio illa que per penitenciam quesita est non perisse, et velud quoddam pondus ponderi huic quod ex peccato nobis introductum est obstitisse, nichil fuerat quod in precipitandum nos malorum declive prohiberet. Nunc autem sicut fortis quedam lorica iaculum quod emanavit non permisit usque ad vitalia visceris penetrare, sed vim letalis teli maxima fregit ex parte. Certum enim est quod qui facit secum illuc plura opera bona et plura mala in preteritis peremptis habebit aliquid refrigerii. Cum autem bonorum operum nichil, malorum autem secum multa copiam defert, quid eum maneat nec opus est dicere. Erit enim ibi sine dubio compensacio bonorum operum malorumque, et velud in statera posita utraque pars que demerserit illa sibi corporis que momentum vergitur spacium vendicabit. Si ergo malorum multitudo superaverit operatorem suum pertrahit ad gehennam. Si vero maiora fuerint opera bonorum, summa vi obsistent et repugnabunt malo atque operatorem suum ab regione vinorum, ex ipso etiam gehenne confinio revocabunt.

Verum hec non tam ex nostro sensu quam ex divinis scripturarum sermonibus affirmamus. Dicit enim scriptura pronuncians dicens: Ipse reddet unicuique secundum opera eorum. Non solum in gehenna suppliciorum sed et in regione celesti multe erunt differencie premiorum. Mansiones inquit multe sunt apud patrem meum. Et iterum: Alia gloria solis, alia gloria lune, et quod vero amplius admirandum sit, ut ostendet quod etiam in minimis tanta sit commensurata pensabit meritorum, et stella inquit ab stella differt in gloria, ut per hoc ostenderet quod et inter singulos eorum qui in regno erunt futura sit differencia. Hec igitur omnia scientes non nos subtrahamus ab operibus bonis, neque desperacionis obtentu desidie nos atque ignavie dedamus. Neque si ad splendorem solis ac lune pervenire non possumus, etiam stelle nobis quamvis inferioris claritatis contempnenda est. Tantum enim est ut aliquatulum huius virtutum merito queramus, tamen est ut quamvis minimum celesti ornatum mereamur explere. Si aurum si lapis preciosus esse non possimus, argentum saltem expleamus loco, tamen ne in illa materiem computemur quam facile ignis absumit, ne lignum, ne fenum inveniamur aut stipula. Cum quidem in bonorum parte velud extremi tamen non in malis primi. Et enim sicut divicie huius seculi tunc maxime augentur, cum ulla prorsus lucra nec minima contempnunt, ita et in spiritualibus diviciis ne minimum quidem boni operis contempnendum est. Alioquin valde absurdum videtur cum iudex noster ne calicem quidem aque frigide mercedem si prunserit negatiuos nos dicere nisi quod magna sunt et ingentia que gerimus nichil proderunt minima. Immo vero ego etiam illud addo, quia si quis parva non contempnat et minima, certum est quod paulatim etiam ad magna perveniat, qui vero spernit minima sicut scriptura dicit paulatim decidet. Et ideo dominus et salvator noster minimis magnas statuisse mercedes. Quid enim tam leve, tam facile, quam visitare infirmum? Et tamen huic tam exiguo operi remuneracionem magnificentiam posuit. Et iterum quid tam facile quid tam generum quam comenta prebere pauperi. Sicienti potum nudis indumentum conclusum in carcere requirere. Et hec que tam parva sunt et tam minima ita magna ducit et sublima ut ea non homini sed sibi ipsi deus reputet ministrata et pro hiis regnum celeste promiserit.

Aggredere igitur amice karissime, aggredere iter eterne vite, et rursus suscipe iugum domini suave et onus leve. Recupera in temetipso animi virtutes et vicem redde hiis similem, nec paciaris tamen tibi et tanto labore quesitum spiritualium gratiarum deperire censum. Peribit enim si persistas in peccatis et operatoribus demum in actibus tuis. Si vero prius quam census tuus fiat multa iactura rursus quia terra tua nocivis inundacionibus repleatur excludas irrupcionem fauces et ingressum prohibeas inundantium viciorum, poteris prorsus pristina reparare culturam et abundantius solitos rivos operum quodam tu exercere novalia. Exurge igitur et erige sicut propheta dicit, et excutere pulverem tuum, et exsurge de terra, et statim inimicus terrebitur adversarius tuus. Ille enim quod te ita deiecit, qui victa non surrecturum si ante viderit te exsurrexisse de terra et brachia rursus contra eum protendentem, ipse tamen audaciam deterrebitur. Et quanto tu promptior tanto ille formidolosior fiet. Et quanto tu maiora presumes, tanto ille

infirmior flagitiorum reddetur. Sed et illud cogita quod tibi maiora audenti aderit deus, illi vero scelerum conscientia et audaciam labefactavit et vires. Si michi credis iam michi videor videre erga te divinum nutum, et te quidem sublimari auxilio divino, adversarium vero cum pudore ipso et confusione detrahi. Iam mente conspicio quod omnium te gratulatione atque omni favore totus ad se invitet virtutum chorus. Tu tantum nichil formides, nichil trepides, sed perge audentior, tende alacrior, erumpe iam letior. Nec ego usquam pro viribus deero, sed semper animabor sermone, semper hortabor, et presentem viva voce et absentem litteris suscitabo, quamquam tuus sum. Quod si hec libenter legas, alia ulterius medicamenta non queras etc.

Explicit de reparacione lapsi. Incipit cum de expulsione eius ageretur.

Multi quidem fluctus et unde immanes, sed submergi non vereor, quia supra petram sto. Insaniat licet mare, petram non potest commovere. Insurgat quamlibet fluctus, navem Ihesu non potest obruere. Sed quid putant? Ne mortem verear? Cui vivere Christus est et mori lucrum. Ne exilium pertimescam? Qui noverim domini esse terram et plenitudinem eius. Sed bonorum proscriptionem metuam? Qui sciam quod nichil intulerim in hunc mundum, sed neque auferre quid possim. Et quicquid delectabile putat videre, quidque terroris, hic mundus contempno. Divitias non cupio, paupertatem non perhorresco, mortem non timeo. Vita enim michi ad vestrum profectum tantummodo ducitur. Sed deprecor caritatem vestram ut equo animo sitis. Nemo enim vos a nobis potest divellere. Que enim Christus coniunxit homo non separabit. Nam si de viro et muliere dicitur: Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una, et si humana nuptiarum coniunctio ab homine non potest separari, multo magis ecclesia non potest a pastore divelli. Sed impugnas me. Et quid michi nocebit impugnatio tua, nisi quod me quidem clariorem impugnationibus tuis reddes, tuas vero conteres vires. Durum enim tibi erit contra stimulum calcitrare, quia non stimulos retundes, sed pedes quibus calcitras vulnerabis. Neque fluctus qui saxo illiduntur amplius proficient aliquid, quia ut in semetipsis fracti dissolvantur et in spumas extenuati depereant. Ecclesia etiam nichil est fortius. Si quis eam impugnare proponit, suas vires atterat necesse est. Tale enim est velud si celo bellum meditetur inferre homo. Si bellum inferas, fortasse vinces aut fortasse vinceris. Ecclesiam vincere nulla vis poterit. Deus enim est in ecclesia, qui est omnium fortior. An emulamur dominum? Numquid fortiores illo sumus? Deus fundavit hoc quod tu labefactare conaris. An ergo vis potenciam domini? Ipse est qui respicit super terram et facit eam tremere. Et quod ille iubet, et tremor eius solidatur. Aut non vidisti trementem civitatem tuam, quomodo stare fecit? Multo magis etiam suam trementem potest confirmare. Fortior enim ecclesia multo quam terra primo et fortior celo. Celum enim et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Que verba? Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Quod si non credis verbo, rebus ipsis et operibus crede. Quanti tyrannorum egressi sunt impugnare ecclesiam dei, quanta tormenta, quantas cruces adhibuerunt, ignes, fornaces, feras bestias, gladios intentantes, et nichil agere potuerunt. Ubi nunc sunt illi qui hec fecerunt, et ubi illi qui hec fortiter pertulerunt? Nonne illi eternis penis puniuntur et isti eternis gaudiis eriguntur? Fulget enim ecclesia super splendorem solis, et persecutores eius perpetuis tenebris conteguntur. Non legisti scriptum quia undecim soli erant et vinci non potuerunt? Nunc ubi orbis terrarum repletus est piorum multitudine, qui poterunt vinci? Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Et merito. Carior enim ecclesia deo quam celum. Non enim ecclesiam propter celum, sed propter ecclesiam celum. Nichil ergo perturbet vos eorum que geri videtis. Ponamus ante oculos nostros Petrum incedentem super aquas et paulo post quid hesitantem atque ob hoc paululum periclitantem, non propter potenciam fluctuum sed propter infirmitatem fidei. Numquid humana voluntate huc venimus aut propter hominem aut ab homine huc perducti sumus? Et hec non arroganter loquor neque iactancie vicio agitatus, sed animos vestros qui forte turbantur cupio confirmare. Intuemini ergo quomodo commota est et contremuit terra, et tamen non terruit civitas. Unde ergo, impiissime dyabole, etiam te putes posse deicere quia trementes parietes deicere minime valuisti? Non est in parietibus ecclesia, sed in multitudine piorum. Ecce quam fortes, quam amabiles stant, non ferro sed fide muniti. Et quid de tanta multitudine loquor? Unam puellam fidelem vincere non potuisti, o dyabole. Nescis quid tibi fecerunt [illegible], que frequenter ingressa est puella etate tenera, annis immatura, et inventa est ferro fortior. Cum latera eius scinderes, fidem tamen eius movere non posses. Defecit frequenter caro in tormentis et robur fidei non defecit. Consumptum est corpus et mens non potuit inclinari. Interiit substancia et perstitit pacientia. Si ergo frequenter ab una puella victus es, quomodo speras tante huius et tam fidelis multitudinis fidem posse te vincere? Non audis dominum dicentem: quia ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum et ego in medio eorum? Numquid tibi tanta fidelium multitudo caritatis nexibus iuncta est? Non ego propria virtute confido, sed scripturam domini mei manibus meis teneo. Illa michi in tantis satis tuta est, illa me securum reddit et intrepidum, etiam si orbis terre commoveatur. Ego cautionem domini teneo, lego; murus eius ipsa michi murus est inexpugnabilis. Vultis vobis recito domini cautionem? Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumacionem seculi. Christus mecum

est Quem timebo / etiam si fluctus insurgant /
etiam si totum pelagus aduersum me commouebitur
etiam si principum furor / omnia in ista aranee
erunt / et araneis fragiliora Et nisi propter caritatem
vestram hodie iam dubitarem ire quo vellent
Semper enim dico / domine tua voluntas fiat Non quod
ille vel ille sed quod tu vis Tua voluntas in
turris fortissima et petra stabilis et baculus fi
dus Si tu vis permanere me / hic habe gratiam / si
non vis similiter refero gratiam Neminem vos con
turbet fratres Orate tantum hec enim dyabolus mo
net non ob aliam causam / nisi ut religiosa studia
vestra disrumpat et extincta vestra / que in oracionibus
congregatis ac vigiliis extingat / Sed non obtinebit
nec eripiet a vobis studia et religiosam deuo
tionem / nisi quia et sollicitiores vos inueniat / et fer
uidiores vos efficiet / Crastino vobiscum exeam
ad oraciones / et ubi ego sum ibi et vos eritis et ubi
vos estis ibi ero et ego / Unum corpus sumus / neque
caput a corpore neque corpus a capite separabitur
Etiam si loco diuidamur sed caritate coniungimur
Ego a vobis nec morte diuellar Nam et si corpus
meum moriatur / anima viuet et memoria vestri te
nebit Vos enim in estis preciosiores michi
vita vos in gloria Si vos proficitis ego placebo /
Vos estis corona mea et diuicie mee / vos estis
thezaurus meus Ego miles pro vobis vinola
ri paratus sum et nec michi gratiam vobis est sed de
bitum reddo Pastor enim bonus debet animam suam
pro ouibus ponere / huiusmodi enim mors immortalitatem
parit Non enim propter diuicias mundi hunc insidi
as pacior Ego si esset utique contristari deberem uti
propter aliquid pati / sed propter caritatem quam habeo
erga vos omnia omnia ago ut vos proficiatis Et
nemo subintroeat / turbare gregem / bene in
stitutum sed ut permaneat in simplicitate fidei hec
est causa periculorum meorum et hec michi sufficit ad co
ronam / Quid enim non pacior pro vobis / vos in aures
vos in patres vos in fratres vos in filii vos in me
bra vos in corpus vos in lux primo et ista luce
dulciores Quid enim michi tantum prestant radii so
lis / quantum caritatis vestre splendor acquirit Ecce
per caritatem vestram corona in patrie in futuro seculo
hoc michi solis istius splendor prestare non po
tuit / Hec autem dico in auribus audiencium Et
quid ita ad audiendum sollicitatur patiens quod aures
vestre Ecce quod dies fuit quod vigilat et nullum vestrum
sompnus inclinat / nec temporis spacium frangit
Nullum timor nullum nunc deterrent sed ter
ror eorum fortiores vos reddit / Video in vobis quod
semper optaui video quod contempsistis mundalia
negocia renunciastis omnibus in vigiliam de terra
neque de terrenis actibus cogitatis Ad celestia vos
migrasse iam cerno Absoluti estis vinculis
corporis ad beatam illam et celestem contendistis
patriam hec michi sufficit vidisse de vobis hec
mea corona est hec mea consolacio Ista me in
agonibus meis velud vnguenta quedam corro
borant / et fortiorem me agonibus reddunt / et ad
gaudia immortalia atque eterna transmittunt /
Pro hiis gratias agimus deo cui gloria in se

cula seculorum amen Item capitolum de illis qui
non corripiunt populum sibi desidia
Sacerdotis silencium decipit populum pec
candi subpeditat fomitem / Dum lega
libus formis ore non reuocat / ab interi
tu delinquentem Inimicus est veritatis
qui cuncta non obarguit errantis / Et
ipse reatum incurrit / Dum alienis reatibus tacet et
pro alieno sanguine tenebitur reus / qui reo in
teritum non fuit contraignatus sicud per prophetam lo
quitur deus Speculatorem te misit posui
domui israel et audies ex ore meo sermonem et con
minaberis et in eo quod dicas impio morte mo
rieris et non annunciabis ei / sine te non potest perire quod
te tacente errauit Omnipotens deus cum velit neminem
nem dampnari / comminaciones suas personaliter pro
pellit / Cupit enim eruere hunc colonum / quem cernit
a nephario latrone captiuum Dubium mortis
alienis prodest / tacemus quos fideliter obiurgare
negligimus Talibus dum tacemus crimen acquirimus
et nostram salutem in aliis perimus quamuis incurrimus
qui preceptis diuinis non obtemperamus Dum vagan
tes negligimus a criminibus reuocare Qui mergenti
non porrigit manum / auxilium denegando deci
pit nacio et cui decepto deceptus est / Qui de sub
truna non rapit instanti / sciat se vnda ruine
oppressum / cum tecto pariter offendit et cadit / Qui
gladium de fraternis iugulis non excludit pugandum
ipse perficit et de aliena morte sine indulgencia
reatum contrahit In se exstitit iniquus / qui cura
miseros non tulerit / de bono suffragium Cum vero
manifeste latronum socius est / qui sub vice pati
tur restringi domum / Crudelis pastor erga gre
gem lupo suppeditat / Dum errantem ouem non
exhibet reuocandam Cum diu gregem lupa
nari permittit / qui incautum non rapit de faucibus
lupi Congregatum fugit exercitum qui viciā non
uerberat desertorum / Auctores sine dubio non corri
git bonorum / qui flagicia non obtundit malorum /
Pugnat nate et abinuatos / qui non corrigit crude
dispersos / distringit bonis moribus institutos qui
non corrigit paruos Docet iustos a disciplina se
uera tolli / Dum peruersos permittit sine actibus de
morari Innuat bonos iudicia imitari malorum
dum malos non reuocat / a vestigiis reproborum / Un
tales deus per prophetam increpat / et obiurgat dicens
Sanguinem inquit populi mei de manibus vestris
requirendi sed quod pro culpa correctione prelatos / ne er
rare doceant innocentes Rectus enim disciplie
optinet multos / quando seueritas ac veritas
coram multis arguit temptatos Quid apostolus man
dat Thimotheo dicens / Peccatores inquit coram
omnibus argue ut ceteri timorem habeant Non
oportet prelato / tam facile malos bonis inseri
Ne exitus omnis incipiat impediri Non debent
delinquentes sine flagello vltionis innocentibus
sociari ne innocencium corda incipiant fati
gari Omne enim quod impunite te fecerit alios ad
desiderium ducit Sicud dauid propheta dicit / Mei in
quit pedes commoti sunt et modico subdit ut ef
funderentur gressus mei zelatus sum in iniquos
pacem peccatorum videns Nam dum legem abiciamus /

qui peccatorum crimines non opprimimus? Nos integros
contaminamus quos silencio polluit ministerium?
Sic dominus per Ezechielem negligenciam increpat sacer-
dotum. Sacerdotes inquit mei repulerunt legem
meam, et prophanaverunt sanctum meum, et inter sanctum ac
prophanum non separabant. Quale est enim, ut crudelita-
tas aut negligentias iniquorum corrigere vias et tota
massam tacendo confundas. Corrige desertorem
ne desertorem doceas. Militantem puerum corri-
ge, filium ne errare doceas alienum. Sicut Salomon
ait: Si diligis amando castigando ne parcas.

Sequitur de erudicione discipline

Eruditio discipline custos est spei, re-
tinaculum fidei, et dux vie ad salutem
ferentis, que fovet et nutrit animam
ad profectum sensum, et spiritualium magistra
virtutum est. Ipsa igitur in Christo ma-
net et semper et indesinenter secundum
deum vivit, et ad celestes repromissiones perducit
et ad divina premia facit pervenire. Hanc ergo sec-
tari nos oportet salutem, et avertere ab omni ma-
licia. Dicit enim in Psalmo spiritus sanctus: Apprehendite
disciplinam ne quando irascatur dominus et pe-
reatis de via iusta. Cum exarserit in brevi ira eius. Et iterum peccatori
autem dixit deus: Quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu
vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos re-
trorsum. Et iterum legimus: Qui abicit discipli-
nam infelix est. Et Salomone ita nos admone-
tem accepimus: Fili ne deficias cum increparis a
domino. Si autem dominus quem diligit arguit et casti-
gat ut emendet et dirigat vias eius, procul du-
bio fratres et maxime sacerdotes non oderunt sed
diligunt quos corripiunt. Ideo enim hoc faciunt
ut emendent quos arguunt. Quomodo et deus per
Jeremiam predixit tempora hec nostra significans
et dicens: Dabo vobis pastores secundum cor meum
et pascent eos pascentes cum disciplina. Et quidem
in sanctis scripturis frequenter et fere ubique de discipli-
na emendata signatur, et omne fundamentum
pietatis et fidei nostre per custodiam mandatorum con-
firmatur, ut radicibus nostris fortiter complantatis
et domibus nostris super petram firmiter fundatis
inconcussi procellis et flatibus vite istius resista-
mus, et ad divina dona per observanciam man-
datorum eius pervenire possimus considerantes si-
mul quod membra nostra templum dei sunt. Ab omni er-
go veteris inquinacionis fece purgemur cum
diluti lavacro immortalitatis et vite; qui enim templum
dei violaverit disperdet eum dominus. Huius ergo veri et vene-
rabilis templi nos sacerdotes et ministri sumus
et ideo servamus sicut beatissimi Pauli sermo
est in mandatis eius, per quem nos ad bravium la-
borem celestis vite preceptis salutaribus intro-
duxit dicens: Non enim estis vestri, empti estis pre-
cio magno. Glorificate et portate deum in corp-
ore vestro. Ergo glorificemus et portemus deum
mundo et immaculato corpore et conversacione bona
et redempti sanguine Christi in omni mandatorum
observancia redemptori nostro pareamus et
nichil studeamus sordidum et immundum

templo dei inferre, ne quis ipse qui fecit te indig-
nans relinquat domum quam prius libenter habitabat.
Hii sermones vivificantes dei sunt quibus
docemur simul et curamur, et in memo-
riam castigationis reducimur ut nec de
cetero flagella timeamus. Ecce inquit sanus
factus es, noli ultra peccare ne quid tibi deterius
contingat. Confirmat et arguit nos ad cautum
et studium discipline propter assequendam et obtinen-
dam salutem, et legem dat ut postea quam red-
diderit homini sanitatem non sinat eum in eadem re-
volvi propter que fiat infirmatus, et neque resolu-
tum securitate sanitatis neque evagari fiducia sani-
tatis permittit, sed ex quibus eum diligenter curavit
peccata ipsa curato homini vehemencius comminatur,
quoniam quidem minus est peccare ei qui peccat ante-
quam cognoscat disciplinam domini. Nulla autem venia est
peccanti post agnicionem dei nisi penitus reuitat (?),
quia deus mortem non fecit, et deus non vult mor-
tem morientis sed ut convertatur et vivat, nisi sit
spiritus vadens et non rediens, quorum dampnacio
est. Hoc autem sunt omnes viri et mulieres et pueri et puel-
le et omnis omnino etas observent et sollicita sint pro
fide et pietate. Cum unicuique talium debitor est deus,
hec que hoc sanctum et mundum quod nitoris deus gracie
sue donis in nos conferre dignatus est, sine
cura et timore habentes amittamus. Ab hoc fratres di-
lectissimi periculo consulens nobis dominus, ne quis
zelans fratrem suum in laqueum mortis cadat, interroga-
tibus discipulis quis in vobis maior esset, qui mi-
nor inquit fuerit iste magnus erit. Ecce fratres vo-
bis precidit omnem zelum cursione sua, qua omnem
causam et scintillam invidie sustulit et abscidit. Di-
scimus unde possimus complacere. Unde et beatus Pa-
ulus exhortans et docens ut quicumque illuminati
sumus Christi lumine et tenebras nocturne conversatio-
nis effugiamus, in factis et in operibus luminis ambu-
lemus. Nox inquit precessit, dies appropinquavit; abi-
ciamus opera tenebrarum et induamus nos arma
lucis; sicut in die decenter ambulemus, non in co-
messacionibus et ebrietatibus, non in cubilibus et lasci-
viis, non in rixa et zelo. Si autem abscesserunt a
pectore tuo tenebre et nox inde expulsa est,
si illustravit sensus tuos splendor diei et ho-
minis lucis esse cepisti, que bona sunt Ihesu Christi age,
quia lux et dies Christus est. Cum tenebris mundi
huius caligine rursus involvis, quid ad dyabo-
lum renunciasti reverteris?

Quod tamen similis efficiaris homicidi,
quam crimine tenearis eius, qui ze-
lat et oderit fratrem suum, manifestat apo-
stolus Johannes in epistola sua dicens:
Omnis qui odit fratrem suum homicida est, et scitis
quia omnis homicida non habet vitam eternam. Et
iterum: qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit,
in tenebris ambulat et nescit quo vadit. Ipse sce-
lere cecatus vadit enim nescius in gehennam ig-
nis et preceps fertur in penam, separatus a luce
Christi docentis et dicentis: Ego sum lux huius
mundi; qui sequitur me non ambulat in tene-
bris sed habebit lumen vite. Sequitur autem
Christum qui insistit mandatis eius, qui per viam

Nota

!! = p. 110 ut infra

doctrine eius ambulat / qui vestigiis eius et
viis currit / qui imitatur illa que ihesus docuit
et fecit sicut Petrus apostolus suadet et precipit dicens
Cristus passus est pro nobis / nobis relinquens exem-
plum ut sequamini vias eius et in vestigiis eius ambu-
letis / Meminisse preterea et considerare debemus quod
populum suum oves vocat / qua appellatione gregem suum
nuncupavit / Oves nominat ut mansuetudo xpiana
omnibus equetur / agnos vocat / ut agnorum simp-
licitatem / castis innocencie sensibus emulemur /
Quid ergo in vestitu ovium lupus latet / quid dampna
se commenciens gregem xpi infamat / xpi enim
nomen induisse / et non per viam eius ambulare / quid
aliud est / quam quod ipse docet dicens ipsum ad salu-
tem venire / qui servaverit mandata eius / et illum
esse sapientem edificatorem / qui verba eius audit
et facit / et illum magistrum maximum in regno celorum
appellandum / qui facit et sic docet / Docet enim hic
de disciplinae magistri / ut primum in ipsum proferat quod do-
cet esse faciendum / si enim videatur in actu eius et
probabile sit principiis recipitur quod predicat / Addi-
dit enim doctrine auctoritatem bona vita doctoris /
Ubi frequenter dominus discipulis suis salutifere celeste
doctrinam annunciat / ut que audiendo percipiunt
agendo custodiant /

In primis ergo observandum et custodiendum
precipit / ut ea caritate qua ipse dilexit nos
invicem diligamus / Sic enim inquit Apostolus
firmum et incorruptum caritatis vinculum
custodiatis / adiecit et dicit / Caritas paciens est be-
nigna est non emulatur non inflatur / docens utique
et ostendens illum posse caritatem tenere / qui sit
longanimis et immunis ab emulacione livoris / Et alio
loco / item cum predicaret et doceret / ut homo iam repletus
gracia spiritus sancti et regeneracione celesti / filius dei factus
nichil nisi divina et spiritualia secteretur ita dicit / Et
ego fratres non potui vobis loqui ut spiritualibus sed ut
parvulis in xpo / lac vobis potum dedi non escam non-
dum enim capere poteratis sed neque adhuc potestis /
adhuc enim carnales estis / Quando enim in vobis
invidie et contenciones sunt / nonne carnales estis
et secundum hominem ambulatis / Et rursum idem apostolus
providenter et salubriter docet dicens / fratres debito-
res sumus non carni ut secundum carnem vivamus
Si enim secundum carnem vixeritis moriemini / Si autem
spiritu facta carnis mortificatis vivetis / Quicumque enim
spiritu dei aguntur / hii filii dei sunt / Si ergo filii
dei esse cepimus / accipientes spiritum sanctum / sancte et spiri-
taliter vivamus si de terra in celum oculos ele-
vamus si ad excelsa et divina repleti deo pectore
erigimur / digna deo et xpo agamus / sicut apostolus
exhortatur dicens / Si ergo cum xpo resurrexistis
que sursum sunt querite ubi xpistus in dextera dei
sedet / que sursum sunt sapite non que in terra
Mortui enim estis et vita vestra abscondita est
cum xpo in deo / Cum xpistus apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis cum eo in gloria / Deus
ante omnia det vobis spiritum compunctionis ut perci-
piatis que dicta a nobis sunt ex evangelicis xpisti et dei
nostri / Per quem deo patri honor et gloria sit cum spi-
ritu sancto in secula seculorum amen etc.

Incipit Evangelium secundum Johannem

In illo tempore / Maria stabat ad monumentum
foris plorans / Et reliqua / Omelia / Origenis
In presenti solempnitate locuturus auribus vestre
fraternitatis dilectissimi amor venit ad memoriam
quo Maria magdalena dominum suum super omnia
diligendo discipulis fugientibus eum ad mortem
euntem sequebatur / ac veri amoris igne succen-
sa nimio ardoris desiderio indesinenter plorans
a monumento non recedebat / Maria enim ut ewangelista
testatur stabat ad monumentum foris plorans
Audivimus fratres Mariam ad monumentum foris sta-
tem audivimus et Mariam plorantem / Videamus
si possimus cur staret videamus et cur ploraret
Prosit nobis illius stare / prosit et illius plorare /
Amor faciebat eam stare et dolor cogebat plorare
Stabat et circumspiciebat si forte videret quem dili-
gebat / plorabat vero quia sublatum existimabat
quem tenebat dolor renovatus erat / quem prius
doluerat defunctum nunc dolebat ablatum / et iste
dolor maior erat / quia nullam habebat consolacionem
Primo fuit dolor / quia magistrum perdiderat / sed de hoc
dolore aliquantulum consolacionem habebat / quia mor-
tuum secretius credebat / nunc autem de isto dolore
consolari non poterat / quia nec corpus defunctum
non inveniebat / metuebatque ne amor magistri sui
in pectore suo frigesceret si corpus eius non inve-
niret / quo viso recalesceret / Venerat ante Maria
ad monumentum deferens secum aromata et unguen-
ta que paraverat ut sicut antea pedes viventis un-
guento precioso unxerat sic nunc totum corpus defunc-
ti et unguento ungeret et aromatibus condiret / Et
sicut prius ad pedes eius lacrimas fuderat ita
nunc ad monumentum flevit / prius et lacrimis suis
pedes eius rigaverat pro morte anime sue / venie-
bat nunc monumentum rigare lacrimis pro magistri sui
morte / Cum autem non invenisset corpus in mo-
numento labor ungendi periit / sed dolor lugendi cre-
vit / defuit obsequio qui non defuit dolori / Defuit
quem condiret / et si non defuit quem ploraret
eo quod magis plorabat quo magis ille deerat / Plo-
rabat enim vehementer Maria / quia additus erat
dolor super dolorem eius / duosque conmuos uno ges-
tabat in corde / quos mitigare lacrimis volebat
sed non valebat / Et ideo tota posita in dolore mente
et corpore deficiebat et quid ageret nesciebat / Quid
enim aliud ista poterat agere nisi plorare / que
intollerabilem habebat dolorem et nullum inve-
niebat consolatorem / Petrus quidem et Johannes
venerant cum ea ad monumentum / sed non invento
corpore abierunt ad semetipsos / Maria autem stabat
ad monumentum foris plorans et quasi desperando spe-
rans et sperando desperans / Petrus et Johannes
timuerunt / et Maria non timebat / quia nichil
suspicabatur sibi superesse pro quo timere deberet
Perdiderat enim magistrum suum / et quem ita singulariter
diligebat ut preter ipsum nichil posset sperare nichil
posset diligere perdiderat vitam anime sue / et iam
melius arbitrabatur fore sibi mori quam vivere
quia forsitan inveniret moriens / quem invenire
non poterat vivens / Sic ergo cum vincere non
valebat / fortis est ut mors dilectio / Quid enim
aliud faceret mors in Maria / sic erat ex amoris

sita erat insensibilis. Veniens non sentiebat
et videns non videbat, audiensque non audie-
bat. Sed neque ibi erat quia ibi erat ubi magister su-
us erat de quo tamen ubi esset nesciebat. Quere-
bat enim et non inveniebat et ideo stabat ad mo-
numentum et plorabat, tota lacrimabilis tota mi-
serabilis. O maria quid spei, quid consilii, quid
cordis tibi erat, ut sola stares ad monumentum
discipulis abeuntibus. Tu ante illos venisti et cum
illis non redisti sed post illos remansisti. Cur
hoc fecisti? Sapiebas plus illis aut diligebas
plus quam illi, aut quia non timebas ut illi? Sed
certe nichil modo sapiebat maria nisi diligere
et pro dilecto dolere. oblita erat timere oblita et
gaudere et oblita erat seipsam oblita erat de-
nique omnia preter illum quem diligebat super omnia.
Et quod mirabile est sic erat oblita ut etiam ipsum
non cognosceret. Credo michi quia si ipsum cognos-
ceret in monumento eum non quereret. Et si ver-
ba eius corde retineret non de mortuo doleret
sed de vivente gauderet, nec de sublato plora-
ret sed de resurgente exultaret. Dixit enim ihesus
Quod sic moreretur et tertia die resurgeret. Sed prohdo-
lor nimius dolor cor illius repleverat et me-
moriam illorum verborum deleverat sensusque in ea
nullus remanserat. Omne consilium ab ea pe-
rierat et spes omnis defecerat, solummodo flere supererat.
Flebat ergo quia flere poterat. Et dum fleret
inclinavit se et prospexit in monumentum et
vidit duos angelos in albis sedentes unum ad
pedes et unum ad caput. Dicunt ei illi Mulier quid
ploras. O maria ecce multam consolationem
invenisti et forsitan melius contigit quam sperasti.
Nam tu querebas unum sed duos invenisti. Quere-
bas hominem et angelos invenisti. Querebas
mortuum et viventes reperisti. Respexisti eos
qui de te videntur curam habere et volunt tuum
dolorem lenire. Ille vero quem queris videtur dolo-
rem tuum negligere, lacrimas tuas videtur de-
spicere. Vocas eum et non audit, oras et non exaudit.
Queris illum et non invenis, et pulsas et non ap-
perit tibi, sequeris illum et fugit. Heu quid est hoc
heu quam magna mutatio, heu quomodo mutata
est res in contrarium. Iste enim qui modo recessit
a te, qui modo forte nescio si te diligit, olim te
diligebat et olim a phariseo te defendebat et
a sorore tua te diligenter excusabat. Olim te lau-
dabat cum pedes suos unguento ungebas, lac-
rimis rigabas et capillis tergebas. Dolorem tuum
mulcebat et peccata tua dimittebat. Olim quere-
bat te cum non adesses, vocabat te cum abesses et
mandabat tibi per sororem tuam ut ad se veni-
res. Magister adest et vocat te. O quam cito surre-
xit maria ut audivit et quam cito venit et so-
lito more cecidit ad pedes tuos. O bone ihesu
Tu quoque cum vidisti eam contristatam contristatus
es, cum vidisti eam lacrimantem lacrimatus es.
O quam pie consolando eam dixisti ubi posu-
istis eum, denique pro dilectione eius quem multum

dilexit te fratrem suum lazarum suscitasti et planctum
huius dilectricis tue in gaudium convertisti. Et o dilectissi-
me magister quid post hec peccavit in te hec discipula
tua, aut in quibus peccata offendit dulcedinem cordis
tui hec amatrix tua, et quare sic ab ea recedis. Nos post
hoc nullum aliud peccatum de ea audivimus nisi quod cum se-
pultus fuisti ante omnes venit ad monumentum
tuum, ferens unguenta quibus corpus tuum ungeret
et cum non invenisset te in monumento cucurrit
et nunciavit hec discipulis tuis. Illi venerunt vi-
derunt et abierunt. Hec autem stat et plorat. Si hoc
peccatum est negare non possumus quin hoc fecerit ipsa.
Si autem peccatum non est sed est amor tuus et desiderium
quod habet de te, quare sic recedis ab ea et abscondis te
cum invenireris ab omnibus querentibus te. Tu dicis Qui
mane vigilaverint ad me invenient me. Ergo
mulier ista que valde mane vigilat ad te cur
non invenit te. Quare non consolaris lacrimas
eius quas profundit pro te domino suo sicut consolatus es
lacrimas quas fundebat pro fratre suo. Si tu solito mo-
re eam diligeres cur tam diu desiderium eius protra-
his. O veritas magister et testis fidelis recordare testimo-
nium quod olim de maria reddidisti marthe sorori
sue. dixisti enim maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea.
Vere optimam partem elegit maria quia elegit
stare ad pedes tuos et audire sermones tuos. Vere
optimam partem elegit quia te elegit. Sed quomodo ve-
rum est quod non auferetur ab ea. Et si tu es abla-
tus ab ea. Quod si ab ea non est ablata optima pars
quam elegit, et quare plorat et quid conqueritur.
Certe maria nichil querit nisi quem elegit et propter
te solum plorare non desinit, quia quod elegit nunc per-
didit. Ergo o custos hominum aut tu partem quam
elegit custodisti in ea, aut ego nescio quomodo verum
sit que non auferetur ab ea, et nisi hoc intelligam
quod licet tu sis ablatus ab oculis eius tamen non es ab-
latus a corde eius. Sed o maria quid iam amplius
moraris, quid turbaris quid ploras. Ecce habes
angelos. Sufficiat tibi angelorum visio, quia forsi-
tan ille quem queris quem ploras sentit aliquid
in te propter quod non vult videri a te. Pone iam finem
dolori tuo, sit modus lacrimis tuis. Recordare quod
ipse dixit tibi et aliis mulieribus nolite flere super
me. Ergo quid est hoc quod facis. Ipse prohibuit fle-
re et tu tamen non desinis flere. Timeo ne plorando
ipsum offendas pro quo sic incessanter ploras. Nam
si ipse amaret lacrimas tuas non posset fortassis
nec olim sufferre et tenere lacrimas tuas. Ille
ergo audi consilium meum sufficiat tibi angelorum conso-
latio et mane cum illis. Interroga illos si forte
sciant quid factum sit de eo quem queris et quem ploras.
Ergo credo certe quia ad hoc ipsi venerunt ut
testimonium de ipso perhiberent, et credo quod ipse quem
ploras misit eos propter se et propter te ut annunciarent
resurrectionem suam et consolarentur deploracionem
tuam. Dicunt ei Mulier quid ploras. Que est
causa tanti doloris tui non abscondas a nobis
lacrimas tuas. Sed aperi nobis animum tuum et nos indi-
cabimus tibi desiderium tuum. Maria nimio dolo-
re confecta tota in excessu mentis posita nul-
lam recepit consolationem. Sed intra se cogitat dicens
Proh dolor qualis est ista consolacio qualis

est ista visitacio. Onerosi sunt michi omnes consolatores et gravant me et non consolantur. Ego autem quero creatorem et ideo confusa sum in omnibus creaturis ad videndum. Nolo angelos videre et nolo cum angelis manere quia possunt dolorem augere et non possunt penitus dolorem [illegible]. Si cepero in multa narrare et si noluero eis ad omnia respondere, timeo ne amorem meum magis impediant quam expediant. Dominum ergo non quero angelos sed eum qui fecit me et angelos. Non quero angelos sed meum et angelorum dominum. Tulerunt dominum meum ipsum solum quero ipse solus potest me consolari sed nescio ubi posuerunt eum. Certum sciverem si viderem illum et non video. Vellem videre locum ubi positus est et non invenio. Heu me miseram. Quid agam quo ibo? Quo enim abiit dilectus meus? Quesivi eum in monumento et non inveni. Vocavi et non respondit michi. Heu me ubi eum iam queram ubi illum inveniam? Circuibo terre et scrutabor omnia loca que potero. Non dabo sompnum oculis meis et non dabo requiem pedibus meis donec inveniam illum quem diligit anima mea. Effundite lacrimas oculi mei. Plorate et nolite desistere. Ambulate pedes mei et discurrite et nolite quiescere. Heu heu quo abiit gaudium meum? Ubi latet amor meus? Ubi est dilectio mea? Cur me dereliquisti salus mea? O dolores o angustie intollerabiles. Angustie sunt michi undique et quid eligam ignoro. Si iuxta monumentum maneo ego illum non invenio. Si a monumento recessero nescio infelix quo vadam, nescio enim ubi eum queram. Discedere a monumento mors michi est. Stare ad monumentum irremediabilis dolor est. Melius autem est in sepulchro domini mei non dimittere quam ab eo longius abire. Si enim longius abiero forte cum redierit ipsum inveniam destitutum. Stabo igitur et hic moriar ut saltem iuxta sepulchrum domini sepeliar. Quam beatum corpus meum si fuerit sepultum iuxta magistrum meum. O quam felix anima mea si egrediens de vase fragili corporis mei mox poterit ingredi gloriosum sepulchrum domini mei. Corpus meum semper sunt anime mee labor et dolor. Sepulchro domini mei ero illi requies et honor. Hoc ergo sepulchrum in vita mea erit consolacio mea et in morte mea erit requies mea. Vivens iuxta illud manebo et moriens illi adherebo. Nec viva nec mortua ab illo separabor. Heu me infelicem. Quare ergo tunc non [illegible] prospexi et quando dominum meum sepeliri conspexi? Quare tunc non steti, quare monumentum et corpus eius tunc perseveranter non custodivi? Nunc certe non plorarem sublatum et quamvis aut prohibuissem aut subsecuta fuissem sublatores. Sed pro dolor ego nolui observare legem et dimisi dominum legis legi obediens et eum cui lex obedit non custodivi. Quamvis cum ipso manens non fuissem legem transgredi sed adimplere. Pascha enim ab isto defuncto non contaminatur sed renovatur. Mortuus iste non polluit mundos sed mundat inmundos. Sanat omnes tangentes se et illuminat accedentes ad se. Sed quid recolo dolorem meum? Ubi redii monumentum apertum inveni, ipsum quem querebam non invenio. Stabo itaque et expectabo si forte alicubi appareat. Sed

quo stabo sola? Abierunt discipuli et me solam plorantem reliquerunt. Nusquam apparet qui michi doleat. Nusquam apparet qui mecum magistrum requirat. Apparuerunt angeli sed nescio per quam causam apparuerunt. Si consolari me vellent tamen per quam ploro non ignorarent. Si enim non ignorant quid ploro cur dicunt michi quid ploras? An ideo interrogant me ut me plorare prohibeant? Queso non hoc michi suadeant nec hoc moneant alioquin me inficiant. Quid plura? Ego illis obediam et dum vivam plorare non desinam donec dominum meum inveniam. Sed quid faciam ut illum inveniam? Quo me vertam, ad quem ibo, a quo consilium petam? Quem percunctabor? Quis mei miserebitur? Quis indicabit michi quem diligit anima mea ubi positus ubi cubet vel quiescat? Queso nunciate illi quia amore langueo et dolore deficio. Nec est dolor sicut dolor meus. Revertere dilecte mi, revertere dilectionibus meorum. O amabilis et desiderabilis redde michi leticiam presencie tue. Ostende michi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis et facies tua decora. O spes mea ne confundas me ab expectacione mea. Demonstra michi faciem tuam et sufficit anime mee. Dum Maria sic doleret ac sic fleret, cum hec dixisset conversa est retrorsum et vidit Ihesum stantem et nesciebat quia Ihesus est. Dixit ei Ihesus: Mulier quid ploras quem queris? O desiderium anime eius, cur tu interrogas eam quid ploras? Ipsa paulo ante oculis suis tam magno dolore cordis sui te viderat sponsum suum suspendi in ligno et nunc tu dicis quid ploras? Ipsa viderat manus tuas quibus sepe benedicta fuerat et pedes tuos quos osculata fuerat et quos lacrimis rigaverat clavis affigi et tu dicis nunc quid ploras quem queris? Viderat te expirantem sponsum suum sponsum cordis sui et tu dicis quid ploras? Nunc insuper et corpus tuum sublatum existimat ad quod ungendum ut se quoquo modo consolaretur veniebat et tu dicis quid ploras quem queris? Dulcis magister ad quid queso provocas sponsam tuam mulierem? Ad quid provocas cuius anima tota pendet a te, tota manet in te, tota sperat de te et tota desperat de se. Ita querit te ut nichil querat nichil cogitet preter te. Ideo forsitan non cognoscit te quia non est in se sed propter te est extra se. Cur ergo dicis quid ploras et quem queris? An putas quod ipsa dicat te ploro te quero nisi tu prius inspiraveris et dixeris in corde suo: Ego sum quem ploras et quem queris? An putas quod ipsa agnoscat te quamdiu volueris celare te? Illa existimans quia ortulanus esset dixit ei: Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum et ego eum tollam. O dolor miserabilis, o amor inenarrabilis. Mulier ista quasi densa nube doloris obtecta non videbat solem qui mane surgens iam radiabat per fenestras eius quia per aures corporis sui iam intrabat domum cordis sui. Sed quia amore languebat isto languore sic oculi eius caligaverant ut non videret quem videbat. Videbat enim Ihesum sed nesciebat quia Ihesus esset. O Maria si queris Ihesum cur non agnoscis Ihesum tuum? Quis Ihesum? Ecce Ihesus venit ad te, et quem queris querit a te et tu ortulanum eum existimas. Vere quid est quod existimas

sed tu in hoc errabas domina quia cum sit hortulanus existi-
mabas ut ihesum non cognosceres. Et enim ihesus est hortulanus
quia ipse seminat omne semen bonum in orto anime tue
et in cordibus fidelium suorum. Ipse est qui omne bonum
plantat et rigat in animabus sanctorum, et ipse est ihesus qui te-
cum loquitur. Sed forsitan ideo eum non agnoscis quia
tecum loquitur. Mortuum queris et viventem non agnoscis.
Nunc in veritate comperi hanc esse causam per quam a te
recedebat, et per quam tibi non apparebat. Cur igitur appa-
reret quem non querebas. Tu certe querebas quod non erat,
et non querebas, et non querebas quod erat. Tu querendo ihesum
nesciebas ihesum. O dulcis et pie magister, non possum omnino
excusare hanc discipulam tuam, non possum libere
defendere hunc errorem suum. Si tu errabat, quia talem
te requirebat qualem te viderat, qualem te in mo-
numento positum reliquerat. Viderat quippe corpus
defunctum tuum de cruce depositum et in monumento repo-
ni. Tantus quia dolor inna(s)cerat eam de morte tua ut
nichil posset sperare de vita tua, tantusque meror in-
nasceret eam de sepultura tua ut nichil posset co-
gitare de resurrectione tua. Denique Joseph posuit in
monumento corpus tuum. Maria sepelivit ibi pariter
spiritum suum, et ita indissolubiliter univit et quodammodo
coniunxit eum cum corpore tuo ut facilius posset separare ani-
mam in se vivificantem a vivificato corpore, quam
spiritum te diligentem a defuncto corpore tuo. Spiritus enim
Marie magis erat in corpore tuo quam in corpore
suo. Cumque requirebat corpus tuum, requirebat pari-
ter et spiritum suum. Et ubi perdidit corpus tuum perdidit et
spiritum suum. Quid igitur mirum si sensum non habebat que spiritum
perdiderat. Quid mirum si te nesciebat que non habebat
spiritum quo scire debebat. Redde ei itaque spiritum suum, que habet
in se corpus tuum, mox recuperabit sensum suum et delin-
quet errorem suum. Sed quo errabat, que sic pro te do-
lebat et sic te amabat. Certe si errabat indubitanter
dico quod ipsa errare se ignorabat. Et hic error non pro-
cedebat ab errore sed ab amore et dolore. Igitur miseri-
cors et iuste iudex amor quem habet in te et dolor quem habet
pro te excusent eam apud te. Si forte errat de te, tu ne at-
tendas ad mulieris errorem, sed ad discipule amo-
rem, quia que non per errorem sed per amorem et dolorem plorat.
Et dicit tibi: Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi
posuisti eum et ego eum tollam. O quam sciens nescit
quia docte errat. Angelis dixit: tulerunt dominum me-
um et nescio ubi posuerunt eum, et non dixit tulistis
et posuistis, quia angeli de monumento te tulerunt neque
te in aliquo loco posuerunt. Tibi vero dixit: Si tu sus-
tulisti et posuisti, quia tu revera teipsum de monumento
sustulisti et in loco ubi es te posuisti. Angelis non dixit
dicito michi, quia angeli non poterant ex toto dicere
quod de te factum fuerat et ut factum fuerat. Tibi vero dixit dicito
michi, quia non est impossibile tibi dicere quod possibile tibi fuit
facere. Tunc enim virtute tua surrexeras, et quod de te
factum fuerat tu ipse feceras prout factum fuerat. Quid est
autem hoc o domine quod Maria tam crebro dicit et re-
petit verbum istud: Ubi posuisti eum. Dixerat enim prius
apostolis ubi posuerunt eum, et nunc dicit tibi de te: ubi
posuisti eum. Multum enim dulce sit verbum hoc in cor-
de suo quod sic habundat in ore suo. Certe dulcis magister
hoc facit dulcedo tua, et hoc ipsa facit per amorem tuum,
quem meminit te dixisse de fratre suo: ubi posuistis eum.
Ex quo enim audivit hoc verbum ab ore tuo consigna-
vit illud diligenter in corde suo. O quantum diligit
personam tuam, que sic diligit vocem tuam. O quantum
desiderat videre vultum tuum, que sic desiderat

annuntiat verbum tuum. Et quam libenter oscularetur
pedes tuos, que tam ardenter pronuntiat sermones tu-
os. Quid est hoc etiam o bone ihesu quod dicit de te: et ego
eum tollam. Joseph timuit et non est ausus tollere
corpus tuum de cruce nisi nocte et nisi hoc peteret a
pylato. Maria vero noctem non expectavit nec pyla-
tum reveretur, sed audacter promittit dicens: Ego eum
tollam. O Maria si forte corpus ihesu positum est in
atrio principis sacerdotum, ubi apostolorum princeps calefa-
ciebat se ad ignem, quid factura es. Ego eum tollam. O
mirabilis mulieris audacia. O mulier non mulier,
et si ancilla hostiaria interrogaverit te quid factura es:
ego eum tollam. O ineffabilis huius mulieris amor,
Nullum locum excipit, nichil anteponit, sine timore
dicit, absolute promittit: Dicito michi ubi posuisti eum et
ego eum tollam. O mulier magna est fides tua, mag-
na est constantia tua. Cur ergo bone domine tu oblitus
es dicere: fiat tibi sicut vis, et confide filia fides
tua te salvam fecit. Cur igitur non dicis ei ubi posuisti
te, ut ipsa tollat te super cor suum et portet te in corpore
suo et annuntiet te discipulis tuis. Noli queso dulcis
magister illius sic ultra protrahere desiderium ipsius, quia
etiam iam triduo sustinet te nec habet unde possit suam
esurientem animam satiare, nisi tu manifestando por-
rigas illi panem corporis tui et de fragmento eius
repleas cophinum cordis sui. Si ergo non vis ut defi-
ciat in via, refrigera et conforta viscera anime sue dul-
cedine saporis tui. Tu enim es panis vivus habens om-
ne delectamentum et omnem saporem. Non enim diu po-
terit retinere vitam corporis sui, nisi tu cito ei ma-
nifestes te vitam anime sue. Dixit ei Maria. Conversa
illa dixit ei: Raboni, quod dicitur interpretatum magister. Dicit
ei ihesus: Noli me tangere. O mutatio dextere excel-
si: conversus est dolor magnus in gaudium magnum,
mutate sunt lacrime doloris in lacrimas amoris.
Ubi Maria audivit sicut enim consueverat eam vocare cum
atque sinus presensit in ipso vocem quandam singularem
vocationis dulcedinis et per eam cognovit ipsum a quo
vocabatur magistrum suum esse. Tunc revixit spiritus eius
et reversus est sensus eius. Cum ihesus ad hec verba
adiungeret, non potuit hoc Maria patienter expectare
sed pre nimio gandio ruit dicens: Raboni. Non
arbitratur se indigere verbis, que invenerat verbum.
Et longe utilius forte estimabat tangere verbum
quam audire quodlibet. O Maria fortis et patiens, non
sufficiebat illi videre ihesum et loqui cum eo nisi etiam
tangeret ihesum. Dicebat enim quia virtus de illo exibat
et sanabat omnes. O piissime domine et dulcissime magister,
quam bonus deus es hiis qui recto sunt corde, et quam
suavis hiis qui diligunt te. Ecce enim ista dilectrix
tua suppliciter querebat te et veraciter invenit te.
O parum intrinseco est dilata a te, sed plus consecuta per
te quam expectaret a te. Sequamur igitur sectores huius di-
lectricis affectum. Ploret unusquisque ad ihesum et que-
rat diligenter ihesum, quia non celavit se querenti
peccatrici. Disce peccator homo a peccatrice muliere
cui tam dimissa sunt peccata sua. Disce plorare dei ab-
sentiam, amare dei presentiam, disce amare ihesum super
omnia sperare et ihesum querendo perseverare, nulla ad-
versa formidare, nullam consolationem extra ihesum
recipere, omnia pro Christo contempnere. Disce a Maria
querere ihesum in monumento cordis tui. Revolve lapi-
dem ab hostio monumenti, amove omnem duri-
ciam et repelle omne obstaculum a fide tua. O-
mnem mundi concupiscentiam a corde tuo

diligenter perscrutare si ihesus est in eo. Si autem non inveneris in eo ihesum sta foris et plora permane in fide et exspecta foris. Si forte in aliquo loco videris eum et plorando ora ihesum ut dignetur intrare ad te et habitare in te. Et ne forte eum ceruice repellas eum a te humiliando inclina te coram eo, respice in monumentum dei quod est in te. Et si vidis ibi angelos unum ad caput et unum ad pedes i. si cognoscis esse in corde tuo celestia desideria tam ad activam quam contemplativam vitam pertinencia per que tu non posses adhuc videre et habere ihesum noli hiis contentus esse noli adhuc desistendo quiescere. Sed plora et quere ihesum in te donec invenias. Et si forte aliquis tibi apparuit et desiderio tuo se presentavit noli de te presumere, tamquam tu cum angelis stas sed interroga illum et ora ut ipse dicat et dicet tibi seipsum. Audeo tibi confidenter promittere si in fide ihesu perseveraveris, si te cum humilitate inclinaveris et si exoptare nullam aliam consolacionem de ihesu nisi ihesum recipere volueris eo revelante ipsum invenies et ipsum cognosces ita ut non sit tibi necesse querere ab aliis ubi est ihesus. Sed tu magis indicabis eum nunccians aliis Ecce vidi dominum et hec dixit michi. Cui est cum patre et spiritu sancto honor virtus et gloria et imperium per immortalia secula seculorum amen.

Incipit de sepultura domini

De Johanne dicitur Fuit homo missus a deo. Videte que sit distancia inter deum et hominem. De deo dicitur In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Videte quomodo piscator indoctus novum verbum proferat dixit sic de deo. In principio erat verbum. Que iam locuti sumus neque enim possumus eadem replicare de homine. Videte quid dicat. Fuit homo missus a deo. Videte quid dicat. Fuit de filio dei erat de homine fuit de deo dicitur In principio erat verbum de filio dei verbum de homine. Videte quid dicit Fuit homo. Causa ergo homo propterea a deo missus est cui nomen erat Johannes gracia in hoc comprehenditur. Johannes enim interpretatur domini gracia. Joh enim dicitur domini, anna dicitur gracia. Cui nomen erat Joh [illegible] quare [illegible] quia maiorem accepit graciam propterea in heremo philosophatur ut exspectet semper adventum Christi quia nunciaturus erat Christum. Statim in heremo nutritur statim ibi crescit non vult cum hominibus conversari in heremo cum angelis philosophatur non erat Christum Johannes semper esse venturus et non solum nunciat eum ab infancia sed in utero matris Christum nunciat et iam eum salutaverat denique scribitur Exultavit infans in gaudio in utero matris sue. Videte quomodo in utero matris constitutus sensit adventum domini. Considerate bona dei dignitatem vitam. Johannes princeps nostri dignitatis ipse monachus statim ut natus est in heremum venit in heremo nutritur Christum exspectat in solitudine. Videte differenciam eo tempore quo Johannes natus est et erat in heremo hoc templum quod videmus destructum quantas habebat divicias quid auri quid argenti quid ministrorum Josephus iudaice scriptor historie describit. Et tempore quo capta est Iherusalem clausa sunt hostia et intrat que intrante non videmus unde intravit. Omnia clausa sunt locus non est per quem intret et tamen intus est qui intravit et non patet quomodo intravit. Nescis quo factum sit. Et da hoc potencie dei. Da potentie dei quia de virgine natus est et tu ipsa virgo fuit virgo post partum. Legimus in Ezechiele In templi edificatione porta inquit hec orientalis que respicit ad orientem semper clausa erit et nemo intrabit per eam nisi solus pontifex. Clausa est porta et nemo intrat per eam nisi solus pontifex. Sepulchrum salvatoris in petra durissima factum est que nullam habebat molliciem ut sculptum est qui in ipso isto sepulchro nemo ante sit positus et novum sepulchrum erat. Nam festum quod est secundum litteram quod factum est et propterea in petra excisum est debemus enim primo secundum litteram dicere etenim durissimo lapide fuit excisum et in novo sepulchro positus est ad hostium et custodia militum in circuitu ut quanto forcius servatur ne furari possit tanto magis virtus dei appareat cum resurrexerat. Si enim sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant suffoderunt terram et furati sunt eum. Si fuisset lapis parvulus positus dicere poterant parvulus fuit et dormientibus nobis tulerunt eum. Denique in evangelio quid scriptum est. Venerunt inquit alia die scribe et pharisei et sacerdotes ad pylatum et dixerunt ei domine magnus ille dicebat quia surrecturus erat. Ne ergo veniant discipuli eius et furentur eum et dicant surrexit et peior error fiat quam prior fuit est. Da nobis qui eum custodiant ne eum furentur. Et dixit pylatus habetis custodiam ita facite quomodo vultis diligenter [illegible] et hostium [illegible] fidei [illegible]. Servate publici servate. Deus in Judea non potest, deus in sepulchro teneri non potest. Qui fecit celum et terram in palma et pugillo terram et celum qui appendit mundum in tribus digitis quod dicitur hebraice [illegible]. Cum ergo appendit mundum uno sepulchro non potest contineri. Denique mulieres Mariam Magdalena et Maria Jacobi et Joseph mater pia quidem voluntate sed errantes deum querebant in sepulchro. Recipit quidem voluntatem sed arguit errorem. Angelus ille qui revoluebat lapidem sedebat super lapidem. Et qui assedebat lapis iste tamen ego sedeo qui servus sum istius qui verus est et certus. Non potest includi dominus meus cum imperat a servo lapis ergo ille non potuit includere ihesum et dixit mulieribus que venerant ad querendum eum Ihesum queritis non est hic. Ubi est in celo ultra celos et in terra ultra terram est ubique voluit est ubique est totus est ubique est et ubique fuit tu ipse qui illum queris in ipso es que queris. Audi ergo quod dicat angelus ad mulieres. Quid queritis viventem cum mortuis quid queritis dominum in sepulchro. Ihesum queritis dominum quia tantum Ihesum queritis. Certum si scitis illum esse viventem audivistis, medius inter vos est quem vos queritis Regnum dei intra vos est. Angelus qui dicat hiis mulieribus Ihesum queritis in sepulchro credite eum resurrexisse et putatis esse in vobis que queritis. Maria Magdalena illum vidisset dominum et putasset quod ortulanus sic putabat illum quod esset ortulanus. Errabat quoque in visum sed ipse error habebat typum suum. Vere enim ortulanus erat ihesus sui paradisi. Putabat inquit quod ortulanus esset et volebat inquirere pedes eius. Et quid ei dixit dominus Noli me tangere nondum enim ascendi ad pa

trem meum. Noli me tangere quia necdum ascendi. Noli me tangere quem in sepulchro queris. Noli me tangere quem mortuum putas et non credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdum ascendi ad patrem meum. Cum tibi ascendero ad patrem, tunc merueris me tangere. Prestante Christo domino nostro cui est gloria in secula seculorum amen.

De pace Christi que est caritas

Sicuti capiti corpus cohererere necessarium est, ita etiam sacerdoti et principi populum, ut que virgulta radicibus et fontibus flumina, ita et filii patri et magistro discipuli. Hoc autem non superfluo ad caritatem vestram prefati sumus. Sed quia dicenda michi sunt quedam apud vos ut nemo turbetur, neque sermoni meo aliqua oriatur interruptio, sed ut obediencia discipulorum clarescat in vobis et quantum affectum prius deferetis appareat. Adornate me filii et imponite michi obediencie vestre coronam. Facite me apud omnes beatum iudicari et doctrinam meam magnificate per obedienciam vestram secundum apostoli monita dicentis. Obedite prepositis vestris et obtemperate eis, quia ipsi pervigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris racionem reddituri. Hec ergo premoneo, ne quis in superbia beat commonicionem vestram. Pater enim sum, et congruum est me consilium filio suadere. Nam et enim in carnalibus parentibus natura carnis hec in nobis agit gratia spiritus. Pater sum et pre nimis super filios tremens ita ut sanguinem meum fundere pro vobis paratus sim. Et in hoc non est in gratia, duplicata enim lex est domini preceptum dicentis. Pastor bonus animam suam pro ovibus suis ponit. Sed et vos eadem facite pro nobis. Simili namque erga vos debitores estis affectu, sicut et apostolum Paulum audite quid dicat. Salutate inquit Priscillam et Aquilam adiutores meos in Christo qui pro anima mea suas cervices posuerunt. Sicut enim pulchrum est pastorem pro ovibus immolari, ita rursum pulchrum est oves a pastore nec morte seiungi. Cum enim inseparabiles fuerint ab eo lupum diabolum non timebunt. Murus enim caritatis firmior adamante est, cui adiunatur a fratre erit sicut civitas munita et firma. Hec autem premitto ut omni affectu que dicturus audiat. Neque aliquid novi incipiunt proverbia loquimur tamen quia dignum est in ecclesia loqui et quia dignum est libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos, et quid ita conveniens quam sacerdotem dei pacem populo persuadere. Contradiccio nulla est, ubi et legatio sancta et legatus acceptus est. Pro pace loquimur per qua filius dei descendit ad terras ut pacificaret per sanguinem non solum que in terra sunt sed que in celis et terrena celestibus sociaret. Pro pace loquimur per qua filius dei passus est, pro qua crucifixus et sepultus. Quam nobis pro omni hereditate tensus reliquit, et petit nunc et celum dedit. Quam sciunt ad usum diabolum posuit, qua gladium adversus demones dedit, quam portum tranquillissimum fidelibus collocavit et deo repropiciacionem.

Vidisti demum utriusque testamenti structuram unius lineę modulacionem dictam. Vidisti totius edificii consonam quadraturam. Audisti a Moyse quomodo facta sit visibilis creatura. Audisti et a David quomodo et intellectualis illa celestis atque invisibilis creatura sit dicente. Quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. Similiter et in novo testamento verbum dei audi exponere visibilium et invisibilium conditorem. In principio fecit deus celum et terram et omnem structuram esse eius doctrinam subnectit. Sed non credit Manicheus scripture nostre. Ergo et propter hoc ipsum vitandus nobis est alienus penitus sindus. Qui enim ideo non credit et veritatem mendacium ponit non tam errare quam insanire iudicandus est. Hoc quomodo inquit ex nichilo aliquid fieri potuit. Dic michi et tu quomodo ex materia fieri aliquid potuit. Certum est enim quod de terra factum hominem, utcumque nemini credat, licet tu ipsam terram neges a deo factam. Dic ergo michi quomodo de terra facta est caro. De terra enim lutum fieri videmus aut laterem aut tegulam vel aliquid tale figulum. Carnem vero de terra nullus umquam fieri vidit. Quomodo ergo facta est natura carnis. Quomodo ossa formata sunt, quomodo nervi et vene, quomodo cutis et membra, ut ceterorum sed et quomodo ungues et capilli et singulorum varietas distinctioque membrorum, quomodo ista diversitas ex una tamen natura formata est. Sed certum est quod dare non potes racionem. Quomodo ergo tu ista que apciora sunt et faciliora explicare non possis de difficilioribus et ineffabilibus pronunciare ausus es. Vis adhuc et faciliora tibi proponam atque ea que per momenta habemus in manibus panem cottidie sumimus et exinde corporalis vite substanciam conservamus. Dic ergo michi quomodo natura panis in nobis mutatur in sanguinem. Quomodo ex ipso flegma et in ipso eciam fell fiat et diversi humores generantur. Cum itaque natura panis densa quedam sit et compacta, hec vero in que mutatur remissa sunt et fluida. Tunc deinde color panis vel candidus est vel ad sinnicam speciem redditus. Color vero sanguinis rubens et fellis niger vel pinus ceteroque humorum longe diversi et varii. Quomodo ergo fiunt hec, dic michi et horum redde racionem.

Sed certum est quod non solum hesitabis sed tacebis. Rectum est videtur ut tu racionem eorum que cottidie in nobis fiunt investigare non valeas, divinum operis et conditoris dei audeas secreta discutere et contradiccionis impossibilitatem ostendere. Si enim similis est deus hic operibus eius, secundum quem sensum explebis racionem quomodo ne sic quod. Multa enim sunt que arte quidem hominum fiunt, quomodo tamen vel qua racione fiunt explicare non possumus. Verbi gratia quomodo de venis terre aurum fiat. Hoc siquidem videmus, racionem vero minutatim glebe reddere non valemus. Sed et arena arte hominis fit vitrum liquidissimum et multa alia huius similia humana quidem expericia fiunt, qua tamen racione fiant sermo mortalis non explicat. Dei vero opus quod namque humanas artes precelli immutabiliter eciam tu fateris, atque virtutem et potenciam absque ulla comparacione nostrorum esse, sed inter celestes virtutes nemo umquam dubitavit. Quomodo in singulis quibusque figmentis suis distinguendum crederet, humane artis infirmitate pensandum. Cum ponamus derelinquentes hec que caduca et fragiles cogitant mentes, redeamus ad illam stabilem robustam que firmam que dicat. In principio fecit deus celum et terram. Sta super illud fundamentum non commovearis ne in cogitacionum fluctibus atque aliorum turbines tornas. Cogitaciones enim mortalium timide et incerte adinvenciones eorum. Noli ergo derelinquere que firma sunt et convertere te ad infirma et incerta atque huius salutem anime tue credere. Si permanes in hiis que didicisti et credita sunt tibi dic. Quia in principio creavit deus celum et terram. Etiam si tibi Manicheus obviat. Etiam si Valentini discipulus, tu semper utere hoc ser

mone. Etiam si illi irrideant tu illos ut insanan
tes deffleto. Sunt licet psallentes in voltu et tristes
ac sem videant atque obdunt superalis sunt licet simo
nium varietatem subtiles. sed tu noli aspicere ad is
tam que extrinsecus latet. Et propterea in domine eu ec
carare debes quia ad conservum suum mitem se simu
lat et humilem. Ad dominum autem omnium nostrum tamquam et rabi
dus in celum latrans. et ipse quodammodo divinitati infe
rens bellum. Negat enim creatorem. et alium nescio quem
deum predicat. Fuge quoque ab hiis talibus et vita tendicu
las vita huiusmodi vere sicut tamquam venenum. Custodi here
ditatem quam a patribus suscepisti per fidem et doctrinam
scripture divine que dicit. In principio fecit deus
celum et et terram

Vir ante primum celum fecit deinde terram
ante fecit quod solum videtur in hec nichil ce
simile humanis artibus nec hominum regulis
voluntatem servari divinam. Apud nos
autem in tecto et fulmine celi opus est tibi vero voluntas
opus efficiat et probet sermo virtutem. Terra autem erat
invisibilis et incomposita. Quam ob causam celum quidem
perfectum condidit. terram vero paulatim composita esse
refert moyses. Ut audiens tu quia melioribus elem
entis perfectum exstitit opus eius. textus sic. quia et ter
ram perfectam potuit producere sicut celum sed propter te propter sa
lutem tuam non fecit. Si requiris quo auxilio pa
tam tibi et nutricem et mensam et domum po
suit terram. et sepulchrum tibi hanc eandem dedit. Illa
et corpora nostra ex ipsa sunt ex ipsa etiam corporum nutri
menta ex ipsa quoque et in ipsa habitacio nostra est et post
mortem nostram ad ipsam rursum redimus. Ne for
te ex hiis omnibus que ex ea videris consequi bene
ficiis fragili et lubrica cogitatione a pietate delap
sus ipsam de vita credas. et vite vituperes aucto
rem. propterea imperfectam eam atque incompositam perducit
ut tu intelligens quod indiguit etiam ipsa opere be
neficio creatoris. Cultum venerationemque divinam
creatori omnium referas deo et glorifices eum. qui ad usum
et ministerium humanum genus tanta parat ac talia. Verus
dei cultus non solum fide recta sed in optima conversacione
consistit. Ait enim dominus. luceat lux vestra coram hominibus ut
videntes opera vestra bona glorificent patrem vestrum qui
in celis est. Et ideo velim ad ea que dicta sunt addere ali
qua de ope nunc nisi superfluum videretur vos docere
qui alios operum verborum docetis exemplis. Maxime
cum in medio omnium vestrum sedeat pater communis et magi
ster tuus dominus tamquam relicta etiam maioribus suis pe
regrinis et advenis patet. Omnes qui undique tribu
lacionis abiciendi vel vitandi discende causa conve
niunt. hanc sibi hospitalem domum invenimus. hac
ministeriam cita in omnibus familiantem ut nescio
utrum huius an pegrinorum magis dicenda sit domus
omnis vero propterea maius huius est quia pessimus est.
Nam et omne quod nostrum est tuum magis nostrum erit. si sit
nobis et induamur arma lucis sicut ut in die hon
ester et honeste ambulemus. Non in comessacionibus
et ebrietatibus neque cubilibus et lasciviis non neque no

Si autem discesserint a pectore tuo zelo
tenebre et nox inde expulsa est. Si illu
straverit sensus tuos splendor dei et homo
lucis esse cepisti. que bona sit lux ista vere age
Quia lux ista deus Christus est. Qui timet ipsum. caliginem
mundi huius incursus invenies. Quid ad diabolum
cum retinuisti tenebris. Quid tamen similis effi
ceris homicidi cum crimen eorum tenes cum qui
zelat et odierit fratrem manifestat apostolus Johannes
in epistola sua dicens. Omnis qui odit fratrem suum homi
cida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam eternam
Et iterum qui dicit se in lumine esse et fratrem suum odit
in tenebris ambulat. Ipse scelere ceratus vadit enim
nesciens in iehennam ignis et preceps fertur ad pe
nam separatus a lumine Christi docentis et dicentis. Ego
sum lux huius mundi. qui sequitur me non ambulat
in tenebris sed habebit lumen vite. Sequitur autem
Christum qui insistit mandatis eius. qui per viam doctri
ne eius ambulat. qui vestigiis eius et operis tenet
Qui imitatur illa que Christus docuit et fecit. Sicut et
Petrus apostolus suadet et precipit dicens. Christus pas
sus est pro nobis nobis relinquens exemplum ut
sequamini vestigia eius ergo vestigiis eius ambule
mus. Nempe propterea et considerare debemus. quo
nomine populum suum Christus vocavit. qua appellatione gregem
suum nuncupavit. Oves nominat ut Christiana mansue
tudo omnibus equetur. Agnos vocat ut agnorum sim
plicitatem casti innocentie sensibus emulemur. Quid
ergo in vestitu ovium lupus latet. Quid Christianum se esse
menciens gregem Christi infamat. Christi enim nomen
induisse et non per viam Christi ambulare. quid aliud
est quam quod ipse docet dicens illum ad salutem venire qui
servaverit mandata eius. Et illum esse sapiente
edificatorem qui verba eius audiat et faciat. et illum
magistrum maximum in regno celorum appellandum qui fa
ciat et sic doceat.

Docet enim hic ordo doctrine in qua et primum
in opere perficiat quod docet esse faciendum
Si enim videatur in actu eius quod probabile sit
promptius recipitur quod predicat. Addicat enim
doctrine autem bona vita doctoris. unde frequenter
discipulis suis dominus salutiferam et celestem doctrina
annunciat ut que audiendo perciperent attendo custodi
ant. In primis ergo observandum et custodiendum
precepit ut ea caritate qua ipse dilexit nos invicem
diligamus. Sic enim inquit apostolus. Firmum et intore
ruptum caritatis vinculum custodiatis. Adiecit
et dicit. Caritas paciens est benigna est. caritas non
emulatur non inflatur. docens utique et ondens illum
posse caritatem tenere qui sit longanimis et mun
dus ab emulacione livoris. Et alio loco. Item cum predi
caret et diceret ut homo repletus iam gratia spiritus sancti
et regeneracionis celestis filius dei factus. nichil nisi
spiritualia et divina sectetur ita dicit. Et ego fratres non
potui vobis loqui ut spiritualibus sed ut parvulis in Christo
lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poterat capere
sed neque adhuc potestis. adhuc enim carnales estis
Quando enim in vobis invidie et contenciones sunt
nonne carnales estis etc. ut supra queri in
quarto folio istius per omnia finem.

Incipit de Rufino persecutore ecclesiastice libertatis
et immunitatis qui per modum mutatus ad ea huius confuge.

Semper quidem. sed nunc precipue confidenter
dicitur vanitas vanitatum et omnia vanitas.
ubi nunc est refulgens illa consulatus
ambicio. ubi resplendentes ad instar
siderum toto orbe lampades. ubi equorum
certamina. ubi diversorum munerum pompa. ubi coro
ne et varius totius orbis ornatus. ubi turbe et the
atralis illa populi adulancium acclamatio. Repentino
spiritus flatu tamquam folia cuncta decussa sunt. et ar
bor nuda sed et ab ipsis convulsa radicibus. Tanta
enim vi ventus incubuit. ut ipsius arboris absol
veret nervos. Ubi nunc simul alii amici. ubi varie
adulacionum faces. ubi convivie et prandiorum

tenacior assedule ubi parapsides ubi electa di
na et per totum diem tracta convivia, ubi coquorum ex
quisite artes, ubi denique omnes illorum potentia et
clientum greges ad gratiam tuam cuncta loquentium. Ubi
ergo erant omnia illa et somnium, sic exorta
nusquam comparuerunt, umbra erat et prius fugit
Fumus fuit et dissolutus est. Bulle aquarum fue
runt aquarum fuerunt et disrupte sunt. Aranee er
ant et discesserunt. Ipse quidem iterum spiritale istud car
men canimus dicentes vanitas vanitatum et omnia
vanitas. Hunc enim versiculum si saperent qui impo
tentia utuntur in parietibus omnibus et in vestibus
suis scriberent. In foro in domo in ianuis in ingres
sibus et ante omnia in conscienciis suis ut semper
eum oculis cernerent et corde sentirent. Quoniam
quidem multe sunt rerum facies, multe ymagines ficte
que decipiunt incautos. Istud oportet cotidie salu
tare carmen et in prandiis et in cena et in omni
conventu unumquemque proximo suo canere et a proximo
suo libenter audire quia vanitas vanitatum et omnia
vanitas. Non tibi semper dicebam quod fugaces sunt
divicie et stare nesciunt loco. Sed tu me non libenter
ter audiebas. Non tibi dicebam quod ingrata potenta
tum est fides. Sed tu hec egre accipiebas. Ecce nunc
ipse te rerum exitus docet quia non solum infideles
et fugaces sed exiciabiles sunt delicie et divicie
Inde denique est quod pertimescis quod turpi gaudens
metu. Non tibi dicebam tu me frequenter corri
pere et increpare vera proquerentem quia ego te
magis diligerem quam illi qui adulantur. Ego
qui arguebam te plus tibi profuerim si audire
voluisses quam illi qui assentabant. Nonne
ista tunc dicebam tibi quod meliora sunt vulnera ami
ci quam voluntaria oscula inimicorum.

Si mea verba que tunc vulnera videbantur
audisses, numquam tibi oscula adulatorum is
tum exitum pepissent. Mea enim verborum
vulnera sanitatem ferebant. Illorum autem
oscula blandimentorum tibi morborum plagam insa
nabilem generabant. Ubi sunt illi nunc qui te in
foro longis ambagibus constipabant, qui domi fo
risque laudabant. Abnegaverunt te omnes amicorum tu(orum)
discesserunt unusquisque in viam suam. Et nudum
te atque inanem reliquerunt. Nullus illorum nec
ipse attendere ausus. Nos vero non ita. Sed et tunc
tum difficilis esses ac durus admonita mea non
pertimescebamus et nunc casum tuum non perhorremus
nec deserimus sed quantum possumus sublevamus.
Et etiam quidem que impugnata est ecclesia te gre
mio suo suscepit. Turba vero illa theatralis pro
quibus adversus nos sic inflamatus es acclamant
interitum tuum. Nos tamen nunquam cessamus dicentes: Quid
agis? Cur sunt hec? Cur ad infamiam provo
cas civitatem? Cur populos tante urbis spectacu
lorum contencione precipitas. Sed tu nichil horum cu
rabas. Enim primo divicias tuas in hiis consumebas
a quibus nunc gladii acuuntur in te. Ecclesia vero quem
tuam et impetum furoris tui sepe perpessa est ubique
distrixit et satagit et ex isto laqueo te conatur
eripere verbis hec dicens non insulto lapsis nec su
perbus pede terimus iacentium colla sed eos qui stare
videntur sollicitos reddo. Non sauciatos volumus
exasperare sed eorum quos nondum adversa tenebant

conservare cupio sanitatem. Non inquiro subiungere
studio fluctuantem, sed eos moneo qui secundis
navigant velis ne forte si non caveant submergan
tur. Cum vero si prosperis prosperitatibus non cogitentur
rerum ut non incidant in eas. Nam qui in secundis
adversa prospiciunt inopinatum nichil patiuntur in adversis
Sed qui neque ex se ipso cogitare potuit neque ab aliis
admonitus corrigi voluit, vos saltem quibus adeo con
iuncta est dispensacio diviciarum et potencia temporalis dis
te verecundiam moniti et correctione alterius erudimini
Nichil superbum sapere nec sperare in incerto diviciarum.
Tamen nichil sunt enim hec omnia que videtis.

Et enim si ea fumum et umbram et fenum et
flos feni nominemus, si per somnium dixi
mus parum est, que secundum veritatis ipsa dicimus
Nam cum eo quod in ceterorum stadio et bre
vis est atque infida possessio multum tamen secum periculi ge
runt et plurima in se gerunt et fide mortis afficiunt
Quis enim hoc celsior videbatur. Nonne orbem sup
gressus est apice dignitatis. Nonne ipsis etiam tota
in imperii insulis terribilis fuit. Nonne summa
rerum potestas huic subiecta erat. Nonne ad in
gressum eius dyadema regni tremuit. Et imperii
purpura vi inclinata cassata est. Et ecce nunc
infelix ac prostratus iacet, captivo miserabilior ser
vo vilior egenis abiectior omnium reos despectior. Per ho
ras enim singulas imminere gladios cervicibus suis et
instare carnifices videt, nec quod fuit umquam ei vo
luptas aliqua meminit in vita aut deliciarum
recordacio ulla in memoria eius venit. Sed quid
dico voluptatem aut deliciarum recordacio. Sol si in
celo nunc resplendeat aut si sit in mundo, lux ipsa
non sentit. Sed die medio atra nox oculis eius in
cumbit et nichil nisi tenebras videt. Sed quantum
hec non puto me posse ullo sermone explicare
que patitur. Hesterno enim dies initium fuit cum
ad eum venturi fuisset ex palacio et ad sacrarium
confugisset. Quam voltus eius buxei coloris esset
tus et nichil omnino mortuo differens tremor den
tium mentisque demissum interrupta vox lingwa
resoluta. Et dicimus hec non exprobrantes ut su
perius dixi neque insultantes ruine eius sed vestram
mentem mollire cupientes et ad misericordiam provocare
et contenti iam sitis cruciatibus eius et effugi
at vobis a pena quam patitur. Multi enim sunt
inter vos crudeliter agentes et in supplicia eius
ardenter sevientes qui etiam nos culpabant cur eum
susceperimus et cur indulserimus ut sacrosanctum alta
re contingeret. Propterea ergo exposui supplicia
eius que nullo impellente patitur. Sed dic mi
chi quid indignaris quid tam importunius sevis
Dicis ad ecclesiam confugiat is qui semper expug
nabat ecclesiam. Propter hoc maxime in hiis enim opor
tet glorificare deum qui permisit eum in id neces
sitatis adduci ut potenciam et virtutem que inest ecclesie
et misericordiam nosceret. Virtus quidem ex eo quod impug
natorem suum supplicem videt. Misericordia vero ex eo quod
protegit supplicem et sub alis suis contegit, et inme
dium hostilia tela contempsit. Ideoque immemor
priorum malorum suorum sinum suum cum pietate
pandit et eius vulneribus numquam cessit.

Quid hac victoria clarius, quid istud victo
rie prostratumque hosti non credere miserum
subvenire. Hec pietas gentiles confundit

Iudeos arguit et letificat credentes. Nunc enim in contrarium facit, cum omnes amici et familiares eius reliquerunt eum, cum adulatores et satellitum eius nunquam ullus est, sola ecclesia nescit odium suum, et quemadmodum memor sit se secum hostibus dilatari receptum sub alas suas, et pectus suum tutamine regis opponit furori plebis, obsistit odia omnium, perferat et impugnari se gaudet pro eo a quo expugnabatur. Ista sunt ornamenta altaris ecclesie, istud est decus vultui eius, ista sunt vere pietatis insignia. Sed nephas est inquit istum flagitiosum raptorem atque invasorem civitatum dominium altare contingere. Nolo hec dicatis, nam et qui quidem et meretrix illa peccatrix contigit pedes Christi, et non ex hoc obprobrium contulit Christo, sed insignia pietatis eius clarificavit. Neque enim immundicia eius polluit mundum, sed puritas mundi purificavit immundum. Nolite vos queso malorum immemores existere; aut nescitis cuius nos sumus famuli, cum usque nigra discipuli. Recordamini illius vox que fuso, qui pro hiis a quibus ad crucem ductus est dicebat: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed refugium inquit ecclesie ipse prohibuit eo legem dedit qui velud muro quodam iusso confugere eos ad divinum altare prohiberet. Sed certe ista dispensavit deus, ut prior disceret ipse quod fecit, et unum legis sue prior ipse sentiret. Si vindictam queris quid ecclesie hanc amplius putem? Cum ut ipse solutione quod ligaverat desinceret, quod consitaverat pateretur ipse, quod parata ceteris inferrerat. Quid hoc spectaculo querere amplius loquimur? Hic positus et tacens orbi terrarum iniquitatem sue legis annunciat, monet omnes et dicit: Nolite facere talia, ne talia patiamini. Est ne quisquam qui talem doctorem non audiat, qui non acquiescat huiusmodi monitori? Cumque non sermonibus doceat nec exemplis aliunde quesitis, sed seipsum sermonem et suum exitum omnibus offerat ad exemplum. Quid tu putas altare nunc pollui? Immo vero nunc effulget in deitate terribile, apud omnes efficitur et metuendum. Non aspicias quomodo tamen leonem in vinculis tenet, quos superbe subiectos premit. Quantam superbiam deiecit ac fregit, aut ignoras quod et imagines regum non ita magne nec terribiles videntur, cum recumbant solo et auro ac purpura refulgentes pinguntur? Cumque adhuc eorum vincti post tergum barbari iacent in terram capite demerso. Sed quid pluribus opus est? Vos ipsi fidem date sermonibus meis. Nunquam non clarior nobis et celebrior hodie conventus est. Nichil minus esse video in multitudine quam si sanctus pasche dies ageretur. Quis istas hinc hodie innumerabiles multitudines congregavit convenisse? Video non solum virorum inpolitos vultus, sed et mulierum, si que ille erant que clausis semper domibus habebantur. Neglexerunt domesticam curam et ad ecclesiam convolaverunt. Virgines etiam video prorupisse de thalamis, verecundia detinuit, quas dei gloria invitavit. Convolavit enim undique omnis sexus et omnis etas, omnisque condicio, ut illum quem viderant altaris hostem nunc captivum viderent altaris, et perspicerent iudicia dei, quia respicit super terram et facit eam tremere. Et quia tangit montes et fumigant, ut videat omnis oculus et suismetipsis aspectibus mortales cernant, qui sunt fragiles quam caduce, ut metuantur omnes et perspiciant vultus istius, qui hesterno die lete exultantes erecti et despicientes omne humanum genus. Ita enim se recto successibus et prosperi-

tatibus hodie rugosi annis et amis decrepite esse fediores. Licet enim est huiusmodi convulsionum vultus, ut quanto prius clarior fuit tanto nunc deiectior fiat. Ad hanc vero faciem etiam dives, etiam si superbus aspiciat, emendatur, intuens eum quem tanto culmine erat, nunc usque ad yma deiectum. Et qui orbem terre extenta manu quatiebat, nunc lepusculi aliorum aut rane timiditate attractum latitare absque vinculis ullis, ad basim columpne huius astrictum formidante omnia ac trementem. Homo intuens deponit continuo superbiam et incipit nichil sperare de dignitate et divitiis suis, sed incipiet continuo philozophari et ad memoriam renovare sermonem scripture qui dicitur: Omnis caro fenum et omnis gloria hominis sicut flos feni. Aruit fenum et flos decidet, et sicut fenum arescit et sicut olera herbarum cito cadet. Quia homo vanitati assimilabitur et sicut umbra dies eius, et queque hiis similia scripta sunt recordabitur.

Si vero hoc aliquis pauper aspiciat, continuo sublevatur et incipiet consolari semetipsum et penurie sue deponere dolorem. Gratulabitur enim in paupertate sua quod prestitit ei paupertas sua sufficiens, ne maneret divitum ruinas. Et penuriam suam centuplum omnibus divitiis prefert. Gratias agens deo quod sibi sortem paupertatis indulsit, ne per divitias usque ad vite ipsius periculum perveniret. Vide quid hoc ecclesie et divitibus et pauperibus contulit, humilibus et elatis, servis et liberis, quod iste ad altare confugit. Vides quomodo unusquisque eorum invenit ex ista consolatione remedium et ex ipso cum edificatur intuitu. Puto vos mitigatos, puto repressam iracundiam et impetum impii furoris extinctum. Puto quod iam ad misericordiam magis quam ad persequendum vos sermo convertit. Et quod dico puto, immo iam certus sum; video enim vultus vestros furore depulso lacrimas proferentes. Induti enim estis Christum et induti estis viscera misericordie. Et ideo didicistis dolere cum dolentibus, flere cum flentibus. Quam brevi seminata velut in fructum hanc nunc seges fecunda pietatis ostendit. Si confido quod etiam nunc inde manipulos congregabo. Prosternamus nos queso religioso principi, immo potius obsecremus primo misericordiam dei, qui cor regis emolliat, qui rigorem principis mitiget, ut integram gratiam ab eo mereamur. Et quidem comperi quod iam dudum ad aures eius delatum est quod hic ad altare dei et vero illud auxilium confugisset, et insistente exercitu expostulantes ut eum traderet ob scelerum suorum penas luendas, longa oratione usum, quam se daret exercitui. Audio enim prescriptum quod in singulis quibusque delinquentibus non ea tantum consideranda essent que peccaverunt, sed ea que aliquando forte utiliter gesserunt. Cumque in hiis non solum timentes animos non placaret, vero acrius inflamaret dolentium pertinacia imperatoris iniuriam, cum ille de serenissimo vultu profusis lacrimis admonuisse fertur exercitum quod ad dei altare confugerat. Ita tanti illius furoris impetum repressit.

Sed et nos quod ex nobis est agamus, convolvisse iam. Si enim proprie iniurie acerbitatem non exsequitur imperator, quid vos facere non decet? Quid filios ecclesie agere conveniret, quibus paulo post accedendum est ad sancta quibus sunt contingenda misteria.

quibus oratio divina offerenda est. Remitte, dicendum est, nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Optamus hunc debitorem esse nostrorum, siquidem ingentis iniurie verberum. Non est huius modi tempus sed pietatis, nec ultionis sed miserationis, neque finis sed indulgentie. Deponite quesso vos ab indignatione animum, cohibete iras, et animo temeritatem depellite, et ad pedes vos nunc domini unanimiter convertite, ut det ei veniam, liberet eum de imminentibus gladiis et concedat ei tempus penitentie ut possit se exuere malis omnibus quibus infeliciter induitus est. Rogemus imperatorem ut honoret altare et hominem qui ex eo speravit salutem non [?] manifeste credidisse. Nobis illud [?] quia si nos rogemus pro eo, ipsi quoque imperatori gratissimum erit et laudabit nos pro tanto pietatis opere, ac salute hominis remunerabitur opus nostrum. Nam ubi aspicit deum grata merces est qui utique misericordes diligit crudeles respuit. Nam sicut iustioris siquid [?] sit coronas glorie dabit. Si vero peccator sit, veniam conferat et veniam peccatorum. Misericordibus enim misericors deus, qui dicit misericordiam volo et non sacrificium. Et in omnibus scripturis hunc invenies querere deum. Et in hoc opere remissionem fieri peccatorum. Si quis ergo vult suis peccatis veniam dari. Si quis sibi vult propicium fieri deum, ipse faciat misericordiam peccatori et ad exorandum pro eo clementissimum principem inveniat. In hoc enim et sibi ut dixi misericordiam querit et ecclesie laudem conferret. Et omnes ad quos fuerit plebis nostre pervenerit tante pietatis auditus mirabuntur et dabunt gloriam deo atque in omnem terram odor boni huius operis diffundetur. Ut ergo tantorum bonorum participes existamus, rogemus deprecemur, cupiamus hominem de periculo liberemus captivum manum supplici porrigamus, ut et nos futurorum bonorum participes effici mereamur. Per gratiam et misericordiam domini nostri ihesu christi, per quem et cum quo sit patri gloria et imperium una cum sancto spiritu in secula seculorum amen.

Incipit ad Theodorum qui deseruerat religionem.

Si fletus possent et gemitus per litteras nunciari, redundantia lacrimis atque suspiriis plena ad te scripta misissem. Et quidem fleo quod paternarum rerum sollicitudinem geras, sed quod ex fratrum te deleveris numero, quod negligentius calcaveris quod ante de pectore spoponderas christo. Ad hoc inhorresco huius languoris [?] propter ista formido non immerito. Ut enim non obicitur desertio militie non militanti, ita is qui semel cepit esse miles cum desertionis deteguntur, pena dignus ultima iudicatur. Non est grave Theodore hunc cadere luctantem, sed latere deiectum. Non est periculosum in prelio vulnerari, sed post vulnus acceptum desperatione curandi medelam ulterius denegare. Nullus credo mergitur naue fluctibus semel demersa ac post totum periculum omnis desistit navigare, sed rursus ad maria undasque festinat. Rursus immensa pervolat freta et iterato feliciter cursu casus priores dampna compensat. Sepe etiam athletas videmus post frequentes lapsus et deiectiones plurimas coronatos. Militem quoque scimus post fugas multas virum fortem fuisse et vicisse victores. Multi etiam qui negaverant prius christum propter crudelitatem immanitatemque penarum

simul rursus certamen aggressi gloriose coronam martirii receperunt. Quod si illis quisque horum quos enumeravimus propter adversa principia desperando cessisset, nunquam ad sequentium voluntatis ac felicitatum bonorum pervenire potuissent. Omnibus pro [?] res est sed hunc ideoque considera ne quam paulisper te cominus hostis et ubi bene steteras loco movit. Sed certo rursus te totum ad pedes quod videtur impellas. Persiste viriliter, magnanimus esto et unde extuleras pedem revoca, ne vel ignominie vel obprobrium genus credas exiguam hanc parvi temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles cum de prelio revertitur vulneratus, sed reprehensibile magis semper ac turpe est arma deponere et servilem iniurie iugum subire captivum. Nusquam autem quis in conflictibus presenciat [?] sine pro tempore cadat, ille seu fugiat vel [?] usque adeo ingratus ac durus et bellice discipline expers erit qui vituperet demum dimicantem. Non pugnantium quippe est non vulnerari. Numquam autem [?] pertinacia in hostes feruntur aut cadere nonnunquam videntur aut

Quod quidem nunc tibi provenire vincere omnisse non miror, qui dum subito spectaculorum sinus insequeris nimie morsu te stringent. Eandem vero si constancior redeas et sobrie ut convenit paulatim corde consideras, non solum et ipsa vestigia impressi ulterius repente delebis sed divinitatis auxilio etiam caput draconis sceleratis ignibus extingues. Ne illud te forte terruerit quod tam subito et in exordio sui non frenari tibi cursus videtur sed a principio impeditur. Nam vidit sine dubio. Et velociter vidit oculus hostilis non modicarum in sensibus tuis signa virtutum, et nunc tunc debellatorem suum fore [?] merito longe ante previdit. Quem cum contra illum subito inducere tot et tanta cepisset, cum nisi inimicis occuparet, expugnandum a se postea difficilius estimavit. Ubique sollicitus vigilanciusque festinans adversum te totus exilivit. Unus adversum se magis si tamen ita ipse persistere ut ceperis repugnare. Quis enim non ille nunc miratus sit post repentinam illam mutationem et rapidissimum ad meliora transgressum, celestis iam vite amore [?] mores. Epularum quod tibi oblectatio, omnis et luxus contemptui erat, despiciebatur supellex varia atque [?] omnis humanarum rerum iactura ignorabatur. Totum illud extrinsecus atque pessime philosophie studium adiunxeris lectionibus sufficiebant dies. Nocturne orationibus noctes extenderant, patrie sensibus tuis memoria dignitatis divicias oblivio profunda possederat. Fraterna ante genua complecti et famulorum pedibus advolvi omni nobilitate sublimius indicabas. Ista demonem pertulerant, ista illum ad certamen armaverant. Propter hoc certum est ut intorqueret quidem tela violentius, sed tu certans non ferres. Et quidem si post militiarum hoc tibi temporum spacia, post [?] ieiunia, post terrenorum divitiam [?] seculorum, post alios labores celestis philosophie contigisset, nec si quid desperandum putarem, quamvis videtur esse non parva priorum iactura meritorum. Licet maximum dampnum plurimi [?] res putaverunt post tot tantosque sudores, tot lucta, tot pericula, tot palmas subito iacere. Tu vero quia is nunc te in primo certamine cum quo eras certaturus elisit, hoc tantum proficit ut fortiorem te sentiat resurgentem.

Modo enim tibi [?] pericula magis quam

de commerciis revertenti ac repentina divitiis cupiditatis nam ingentia reportanti occurrit incassum. Pirata violentus ut si quempiam provocatum leonem conetur occidere sola tantum cadentis tristitia sui pellis agnoscat. Non solum illum profecto non lesit sed cautiorem securioremque in summa magis provinciam provocavit. Lubricum genus est natura mortalis cito quod labitur sed non sero reparatur. Et ut facile cadit ita et velociter surgit. Beatus ille quidem vir David electus in ordine regum electus in numero prophetarum postea quam in pluribus deo dignus apparuit homicidii scelere incestuvit et in amore quodam aliene mulieris exarsit. Nec hoc solo contentus fuit sed homicidium peccavit. Sed non ideo quia duplex vulnus accepit etiam tertio se ipse percussit. Vero mox ad medicinam convolavit et diversa medicamina plagis festinus apposuit. Gemina lacrimas luctus preces et indefessam peccatorum confessionem ac sic per ista placato veniam a deo meruit et ad priorem dignitatem redit. usque adeo ut post adulterium et homicidium cum tanta pietate ac sceleris filii prima memoria potuerit obumbrare. Filius enim eius cui Salomon vocabulum erat iisdem quibus pater viciis involutus ob mulierum gratiam a priscis recedere ausus est deo. Hinc advertis quam mala vis sit non vincere voluntatem cupiditatis sed preterire ordine nature et iure genitu subiacere servitio feminarum. Hunc ipsum ergo Salomonem regni omni penitus spoliari imperio dignissimus erat priorum contemplatione meritorum. Septem regnum diebus portione sibi promisit. Et sane sentitia tibi esset eloquentia secularis et repentem extendis negligentior studiis fori voces ac tribunalium palmas et coronas illas atque victorias deseruisse renotarem profecto sensibus tuis memoriam preteritorum et peterem ne tibi pure pateretis tot ac tantos inter illa iudicia desudatos labores. Verumque nobis omnis sollicitudo est celestium rerum nec terrestribus pressis cogitationibus prepedimur aliud magis queso contemplare iudicium aliud prospice quod sine fine veniendum est atque intermissum tribunal. Omnes enim nos inquit necesse est manifestari ante tribunal Christi ille tunc iudex sedebit cuius nunc a te repudiatur.

Quid tunc ergo dicemus quo colore excusacionis utemur. Si in eodem tunc prima vocamus. Interrogo quid loquimur negociorum forte atque causarum varias sollicitudines pretendimus. Sed ante nos commonens ipse dixit. Quid proderit homini si totum mundum lucretur anime autem sue detrimentum patiatur. Sed seductos nos aliquociens causabimur. Sed non potuit Adam uxoris illecebram accusare dicentem. Mulier quam dedisti michi ipsa me seduxit. nec rursum uxorem serpentis culpa defendit. Magnum horrendumque amoris plenum Theodore iudicium est non accusatorem egit neque testes requirit. Omnia enim nuda atque detecta sunt oculis iudicantis. ne forte timmo Verum etiam cogitacionum intra rei vitio subiacemus. Scrutator est enim atque discretor cogitationis et cordis ille qui iudicat. Sed forsitan naturali infirmitate temptabimus crimen obtegere nec potuisse nos susceptum iugum ferre dicemus. Et qualis hec excusatio erat iugum nos placidum non valuisse sufferre. Omnis non potuisse portare quod ipse vocat levem uno grave et onerosum pondus putarem quietem laborum ad quam nos Christus invitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos requiescere faciam. Et rursum. Tollite iugum meum super vos quia suave est et onus meum leve. Quid enim levius esse dicitis ac melius quam sollicitudine secularium et laboribus ac metu exui. quam ab istius mundi fluctibus segregari et possidere placidi tranquillique portus securitatem. Age perspiciamus quid in hoc seculo nobis bonum quod optabile esse videatur. Sine dubio opes et dignitatem dices et ambitionis humane felicitatem. Sed quid horum instabilius erit si ea libertati servorum volueris comparare. Ille primum quod beatum estimans iudex potestati iracundie subiacet multitudinisque vulgaris irrationabilem impetum tremit. Maiorum autem potestatum auctoritatem veretur. Et pecunia pro his quos regit sollicitudine frangitur. Et qui paulo ante iudex erat fit repente privatus. Non est profecto theatralibus scenis prius vita dissimilis. Nam ut illic ille imperator hic iudicis alter et militis implet officium ubi ante conscripta nox fuit nec imperator agnoscitur imperator nec iudex qui fuit iudex videtur ut postea miles qui prius miles. Ita unusquisque virum nullius seculi diem non personis sed rebus atque actibus competentem accipiet dignitatem.


Nec ergo gloria iudicanda est que sic ab homine defluit ut cadat sermo divinus flore dixit a feno. Sed divitiarum pompa laudanda est cum qui possident infelices iudicantur. Ve enim inquit divitibus et alibi ve illis qui confidunt in virtute sua et qui in ubertate divitiarum suarum gloriantur. Prospiciamus autem nec privatus ex iudice nec pauper ex divite nec ex glorioso esse inglorius potest sed opibus semper ex ubertate sufficiens locupletatur. At tunc maxime super omnes incipiat cum inferiorem se omnibus fecit et ex dignitate illa qua regit non homines sed mundi huius potestates rectoresque tenebrarum obtinet principatum. Humilitas quippe non illa tantum laudatur que de conscientia peccatorum venit sed illa que ex virtute descendit et caritate. Et quia in ea requiescit deus ideo omnibus dominatur et nullus eum de hac dominatione detrudere potest. Bonum quidem nuptias et ipse confiteor. Honorabiles inquit nuptie et cubile immaculatum. Fornicatores autem et adulteros iudicabit deus. Sed iam servare non convenit privilegia nuptiarum. Angelorum etenim sorte tam semel vitam illud relinquere et uxoris laqueis implicari. Adulterium tamen incurrere est quamvis frequenter honestum nuptiarum vocet ego tamen et adulterio illud tanto peius affirmo quanto maior ac melior est moechus angelus. Neque ulterius tibi forte persuasit dicens nichil de non accipienda uxore dominus precepit nec me ignorare confiteor quod adulterium interdixit non nuptias vetuit. Vere inter adulterii nomen accipiat si volueris umque quod absit nuptias cogitare. Et quid mirum si nuptie tales quibus offenditur deus adulterio computentur. Nam et longe audies homicida maiorum laude donatur et iniquorum plus quam homicida punitur. Cum illud vetante sic domino istud volente. Et plurimos equidem ad iustitiam reputatum est impudicum cum turpi femina virum uno gladio percussisset. Saulem autem Samuel sanctus dei iuxta multibus lacrimis precibus provocans dispensatione cum illum adiuvaret deus liberare non potuit. Cum hostium dona quem debuerat tradere in unum parcendum credidit deo.

Quum licet ita sint stupere desiste si impure peiores adulterio iudicantur quotiens Christus offenditur. Atque illud hic repetam quod in principio epistole posui: si nulla te vincula non teneret, quis tibi desertionis crimen obiceret? Nunc autem nichil in te penitus tui iuris est. Quippe qui tanto imperatori militare cepisti. Nam si mulier proprii corporis non habet potestatem sed vir, multo magis hi qui Christo potius quam sibi vivunt conditionem corporis sui habere non possunt. Iste quem nunc a Theodoro contempni hoc tempore cogitem, prospiciamus illum ignem sulphureum, cum ante conspectum illius procedet, et quod cum illis semel traditus fuerit flammis comparari non poterit requiem finemque penarum. In hoc seculo quippe aut queritur vita aut amittitur. Huius enim vite divicie et illicite voluptates sompniis similes umbrisque transierunt. In quibus ante quam perceptum detur delectatio cupiditatis extinguitur. Illa vero supplicia que homines post ista susceperint carent fine tormenti, et quod hic oblectare creditur temporale est, quod autem illic torquet et consumit eternum est. Quid in hoc ergo mundo stabile quid perhenne est? Certe divicie que usque ad vespertinas quidem horas plerumque manserunt. Deo fortasse gloria secularis. Audi ergo cuiusdam venerabilis viri vocem: tempus inquit vite mee levius cursoribus fuit, ut cum illi prius quam bene stet exilium ita abhinc evolat antequam veniat. Nec ignoro quod in flore te fecerit tunc minima conflictum ignorancia dimicandi, sicco quod in medio verseris incendio secularium voluptatum. Sed si adversarium dum vellis non sequeremus oblectacionibus tuis, hec radice omnium adorabuntur malorum. Si sustuleris ad celum oculos, mox caliginem divus theta ignis excuciet, et eos quidem qui te admittendum impulerunt cremabit, te autem in fornacis medio constitutum respergit rore nebularum et sibilantem ante spiritum estuancia tibi corda mulcebit. Ita ut nec ad cogitationes nec ad conscientiam tuam nisi ignis accedat. Tantum ne requiescere segnior velis et sponte vincaris. Nam et munitissimas civitatum cum sepe omnia obsidencium tela vicissent, omnia expugnationum genera vitassent, civium tantum vel alicuius interius commanencium occulta prodicio sine ullo repente certamine capi fecit.

Et nunc tamen ne qua insensibilis cogitatio tua perdicionis tibi machinam moliatur, muniens arcibus licet tempore expugnationis minorum prestatur [illegible] multas sim tuta temptavit. Multos namque et magnos huius divini muneris viros, qui nobis condolent, qui te palestram certaminis spiritualis sepe perfunderit, que pace tue diebus ac noctibus salutem formidant, habes, scilicet Valerium adeo dignum. Florencium quoque per omnia eadem morum ornamento germanum habes. Philoxenum philosophiam Christi philozophantem. Alios hec preterea plures numero et pares vita. Omnes hi indefesso casu tuam lamentatione deplorant. Etiam sine dubio magis precem meruissent assequi dudum quod precabantur, si paulisper hostium temeritatem laqueis convere temptasses. Et nomen quoque non incongruum et reprehensione dignum videtur, si tu alii ne nunc quidem de tua salute desperent, sed continuis oracionibus recuperandos sceptrum corporis secum esse confidant. Nolis ipse confingere semel lapsus sedi iacere prostratus, atque ipsum quodammodo hostem increpes dicens: [illegible] ne parcas. Nunquid qui cadit non resurget? In libris celestibus legimus dictum. Verum contrarias ipse hiis sermonibus acies repugnans. Nam desperare semel lapsum nichil aliud est dicere quam hoc: qui semel cecidit non resurget. Ne queso usque adeo in expugnatione tui ac lesione permaneas, ne vel tantum ignominie omnibus nobis effundas dolorem. Et quidem non nunc solum loquor qui annum vicesimum necdum agis, sed etiam si omnem tempus evo vixisse meminisses. Postmodum autem in voluptatis [illegible] curriculo eque et iuvenem lapsum videris, ne tunc quidem huiusmodi in te desperationem probarem, sed erige obsecro mentem. Evangelici latronis exemplo iustificati in cruce et in ipsa morte servati. Ante oculos colloca eos etiam qui undecima quidem hora aggressi sunt opus, sed ad totius mercedem diei pervenire meruerunt. Vel igitur satis durum videtur ac barbarum hiis qui [illegible] fuerunt ad perfundendum in iuventute certamen, si tamen casus prioris crimen eluerint, salutare correctis remedium denegare. Ita ne sub vel tutum est hac spe hominem ad vicia mittere ut dicat: emendacio post ista succurrit. Nunc interim voluptatibus vitiis fruar, postea vero per exigui temporis castitatem mercedes tum factorum quoque adipiscar annorum.

Meminimus namque te sepe dixisse hiis qui in studiis tibi scolaribus posito tam preciosa suadebat, etiam si in isto etatis brevi temporis spacio bonum terminum in vite fuero consecutus, quemadmodum ad illum ibo qui dixit: Noli differas converti ad deum, neque diem ex die perferas; nescis enim quid pariat superventura dies. Huius animum huiusque consilii recipe ac recordare obsecrationem et constringe vinculis frenum. Hoc enim nomine excessum de hoc seculo nostrum Christus appellat, quod ignorantibus veniat et nescientibus nobis repentinus assistat. Considera universas mundi istius turbas vel que singulis quibusque sunt proprie vel que multis solent esse communes, nescius intollerabilium iudiciorum et extrema nonnumquam pericula, que ad invidiam civium plerumque nascuntur, miserabiles illos labores et servile adulationis ingenium principum et servis quoque, qui honestiores paululum videntur, indignum terrenorum opum brevis fructus, quorum infelici cupiditate deflant. Multi etiam voluptatem ob quam tot labores impenderant caruerunt, et priori evo omnia in sollicitudinibus periculisque consumpto tunc cum recepisse tamen sudoris putaverint mercedem, subita morte preventi nichil secum ex hiis, quibus nec hic quidem uti poterant, abstulerunt. Nec immerito. Nam si huius telluris imperatorem bis aliquando post multa discrimina, post frequencia trophea bellorum [illegible] principem vita videre contingit, quemadmodum celestem omnium regem poterit intueri ille qui per totum tempus etatis sue alii vixerit et alii militavit. Ut enim a domesticitas que in uxore filiisque et servulis sunt sollicitudines dicam durum esse non habere filios monstrabo. Quorum alterum frustra inpos illigari est, alteri amarissime succumbere servituti. Egritudo temptabit parvulum, formido precipue nimia

tura mors distrumpat, orbitas non ferenda. Cre-
scentibus demum per annorum gradibus quoque cura
adiicitur amorum, ac semper pro ipsis aut timorem
parens sustinet aut dolorem. Grave eque est si se
magis pauperem quis agnoscat uxore, grave etiam
si ditior sit illa que nupsit. Cum enim facultates
marito diminuuntur, alio libertas et auctoritas de-
rogatur. Quis preterea illas enumerare moles-
tias possit que omnibus ingeruntur servis.
Hec ergo Theodore carissime vita dicen-
da est: unam discerpi ac dividi curam
in tam varias rerum ac personarum necessita-
tes, tot hominibus servire, tot vivere, sibi
aut soli tempus omne vivendi penitus denega-
re. Nichil horum apud nos dilectissime, quod et te teste
confirmo, inveniri potest. Illo enim ipso per breve tem-
pus paulisper demersum fluctibus caput erexerit
tempestatum memor es, que dulcedo, quod gaudium in
tua se mente diffuderat. Non est profecto, non est omni-
bus curis solutus ac liber nisi solus ille qui Christo
vivit ac servit. Ille semper universis quecumque sunt
malis superior invenitur, tantum ut se ipso adversu
se uti nolit minime. Illi enim nichil obesse potest.
Nullius umquam regis captiva iugo colla submit-
tit, non facultatum dispendiis sollicitatur, sem-
per qui dicit quod nichil intulimus in hunc mundum,
nec hinc quidquam auferre poterimus. Non glorie
aut honorum cupiditate superatur: scit enim quod digni-
tas nostra nobis servatur in celo. Non tormentis,
non plagis ad iracundiam commovetur. Unum tantum-
modo christianus indicat malum, solumque formi-
dat dei celestis offensam. Nam illa alia, hoc est
pecuniarum minutiones, patrie amissionem, pe-
riculum vite, quorum omnino memoria perhorresci-
mus, ea prorsus preciosa ardentes; tunc aut ali-
quando migrare et ad superna transire fore dulce
sibi ipsa vite istius luce confidit. Ut si quispiam
rupis excelse verticem tenens pelagus omne
prospiciat, et multos inde navigantium crebris
fluctibus fracti unda submergi, alios in precipi-
montis saxa collidi; nonnullos ad alia litora
contendendo properare et subito vi tempestatis de-
victos ad alia deduci; plures sorbente unda se-
vientis profundi ima penetrare; aliquos tabu-
le unius auxilio ex fragmentis navis inven-
te a morte defendi; aliquando per gubernaculo
atque remigiis manibus tantummodo suis uti; ali-
us autem videat super turbidos fluctus multifor-
mi atque multiplici genere cadavera ferri. Ita ergo
ille qui militat Christo, cum se a tempestatibus atque
turbinibus vite istius separavit, consistit in arduo
semper ac tuto securus loco. Quid enim celsius potest
esse, quid tutius, quam unam tantum nos sollicitu-
dinem gerere, quemadmodum deo placere possimus.
Vidisti certe Theodore naufragia huius-
modi pelagorumque navigantium querere. Ob-
testor ac precor, fuge maria undasque
declina, et excelsum illum atque a procello-
sis captivitatibus immunem occupa locum. Resurrec-
tionem Theodore non ambigis fore et illud ce-
leste iudicium quod nos post finem huius vite expec-
tat. Omnes inquit nos beatus apostolus astare opor-
tet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque pro-
pria corporis prout gessit, sive bonum sive ma-
lum. Non incassum gehenna ignis penis denun-
ciatur, nec frustra tot ac tantorum bonorum premia pre-
parantur. Umbra autem quedam temporibusque um-
bris vanior nequior, que est omnis actio secula-
ris, plena periculorum, plena terrorum, et extremo tan-
dem servitio subiugata. Ne queso et presentis temporis
bonis frauderis et futuri: licet autem utrumque lucra-
ri si velis facere. Clamat beatus Iohannes: Qui
in eo credit debet sicut et ipse ambulavit et ipse
ambulare. Et audi: Fugite fornicationem. Et iterum:
tempus breve est. Et bonum inquit est mulierem
non tangere. Qui enim tactu solo periculum sit. Et iterum:
volo omnes esse ut meipsum. Beatus qui Pauli
similis fuit. Felix qui audit apostolum precipientem
et ignoscentem. Liberum nos arbitrium et natura
permisit, ut quod volumus hoc faciamus. Eligamus



Incipit comentariu beati Johis Constantinopolitani dis Crisostomi beati pauli ad hebreos i eplam ex not editum post eius obitum a Constantino pbro Anthiocheno trāslatum de greco in latinū a Muciano Scolastico Ysus 100ti Sermo. Multifarie primus et multis modis olim deus locutus e patribus nris i pphetis in nouissimis aute diebus locutus e nobis i filio suo que consti tuit heredem om p que etiā secula fecit. Et Vere ubi habundauit delictum superhabundauit et gra. hoc etiam hic in ipo exordio scribens ad hebreos btus paulus insinuat. Qm enī valde afflicti erat multis malis que illis acciderant et valde contriti et possēt ex hoc putare se inferiores ceteris at inferiores existere ondit eis p hoc eos magis maiori gratia pfrui ut ex ipo sermonis initio eriget auditores. Apls ergo dicit Multifarie et multis modis olim deus locutus est patribus nris in prophetis nouissis autē diebus locutus e nobis in filio suo. Quare pphas nominans semetipm contra non posuit. Siquidem eis tanto maior extabat quanto ei fuāt dispensatio comissa plurior.

Sed non hoc fecit. Quid ita. Primū quidem quia de se ipo maiora dicere excusauit. Alter vero quia nec non erat auditores ita pfecti. Tercio enī quia volebat eor mētes erigere ondere magnā esse eminentiam prius tpis velut si dicerēt. Quid magnū si misit pphetas patribus nris. Nob enī ipm filium unigenitum misit. Et bene satis exorsus est. Multifarie inqt et multis modis Ostendit enī qm neqz ipi pphete graciam dei videndi pmeruerūt. Filius autem widit. Dicendo enī Multifarie multisqz modis signat qd alibi dictū e. Ego enī visiones multiplicaui et i manibus pphetaz assimilatus sum. Proinde non solum hoc solum eminētia declarat quia illis quidem pphete missi sunt nob autem filius sed etiam qd illorum nemo vidit deum filiū autē unigenitū vidisse constat esse manifestum. Et hoc statim non ponit sed in sequentibus astruit. Qn de humanitate xpi locutus e. Cui enī angelorum dixit filius meus es tu et sede a dextris meis contemplare prudentiam pauli. Primū ex pphetis eminētiā visus est approbare. Deinde veluti hoc concesso astruct et pmutat qm ill quidem per pphetas locutus est nob aute p ipm unigenitū loqui dignatus

doctrina xa nova expressi altas

est // Deinde quia illis per angelos / nam etiam hoc astruit similiter. Et recte siquidem et angeli locuti sunt iudeis. Nos vero etiam in hoc superiores existimus / et multo amplius habemus / quia nobis quidem dominus locutus est / illis autem servi et conservi / hoc est vel prophete vel angeli / In novissimis nique diebus / benedixit / Nam eos et amplius erigit / et amplius consolatur / quos desperatio deprimebat / Sicut enim in alio loco dicit / quia dominus prope est / nichil solliciti sitis / et cetera / Nunc propior est nostra salus / quam cum credimus / Sic etiam hic / tamquam si diceret / Qui fuit in certamine fatigatus / cum audiret terminum propter quem certaminis / respiret paululum / videns / quia et laborum finis est / et retributionis premium. In novissimis nique diebus locutus est nobis in filio suo. Ecce iterum in filio / quod tamen idem valet ac si diceret per filium. Audiant que dicunt sancto spiritui quem irre / Intuetis quia hec propositio in pro per accipitur /

In accipitur pro per.

Dicendo autem olim et In novissimis diebus / Item aliud quiddam nobis insinuat multo in medium tempore percurrente / quando iam proximi erimus ad penam / quam omnia carismata quievetur / quam spes salutis iam nulla erat / quam ab omnibus nos minores esse putabamus / tunc ampliores extitimus / Et animadvertite / quam prudenter hoc astruit / Non enim dixit / xpus locutus est / quamvis ipsum locutum constat manifestum / sed quia adhuc anime eorum debiles erant / et nec dum poterant aliquid de ipso prope / Dixit quod deus per filium suum locutus est nobis / Et ne forte illorum aliquis diceret / Si locutus fuerat illis per prophetas / nobis vero per filium suum locutus est / Unde ostendis mei temporis eminentiam / hic ipse illud immo demostrasti / quia et novum et vetus unius est et eiusdem. / Eminentiam vero novi adiectum / non satis videmus ostensam / Propterea ergo ad ipsum consequenter existit inquiens / locutus est nobis in filio suo. Vide quomodo quem fecit hanc causam / et seipsum aplis ordine pari coniungit / dicens locutus est nobis quamvis ipsi / vel istis non fuerit locutus sed aplis et per aplos aliis / Elevat autem et seipsum et istis dicens / quia ipsi etiam sit locutus / et nec dum iudeos ad hoc ullo sermone coniungit / Nam ferme omnes quibus prophete locuti sunt malignos esse / nephariosque constabat / Et nec dum de istis ratio movet / sed interim de muneribus disputat / que illis divina largitate donabant. Quem constituit nique heredem omnium

C. i.

Quod est / que constituit he-
dem om / hic carnem signat /
sicut etiam in ps° de psall°
Pete a me inquit / et dabo tibi gen-
tes hereditatem tuam // Non iam
portio dni tantum Jacob et
sors eius israel / sed omnes p̄tinus
nationes / h° e. hunc filium
constituit universorum dominum // Et
etiam in actibus aplorum petrus
loquitur dicens / et dnm eum / et xpm
deus fecit / heredis aut vtis
nobis nomine / ut quo p̄ hoc /
astruat et ondat / hoc e. ut xpus
sit filius / Et quia dnatoem illius
nulla contingat amissio / heredem
autem om / dicit nudi totius
Deinde sermonem suum ad piora
conuertit / p quem et secula fecit
Ubi sunt que dicunt / erat qn
non erat / Post hec gradacio-
nibus quibusdam eleganter
utens / puenit ad idem / q oibus
istis multo maius est / et sonuit
dicens / Qui est splendor
glorie / et caracter substantie
eius / ferens omnia vbo virtutis
sue / p eum mundatoe peccatorum
morum faciens / sedere facit ad
dexteram maiestatis i excelsis
tanto melior angelis factus
quanto p illis differentius nomine
hereditauit / O aplica sapia
magis autem non pauli sapia
sed spus sti e. ista miranda /
Non enim ex intellectu pprio h
loquebatur / nec humano hunc
dispositum reperiebat ingenio /

Unde enim illi hec / ex capellis
aut pellibus / aut in officina
illa hec poterat edoceri /
Nequaquam / sed diuine fuit hec
operatio maiestatis / Non enim
has intelligencias sua mente
proferabat / que tunc erant
tam debilis et extranea ut
nichil amplius haberet a ple-
beis et pplis / Quis enim aliquid
diuinum posset sentire. qui
circa ptra vendendi / et circa
conferctoz pellium totam sua
vitam / totumque studium gerebat.
Sed gra spus sti p quos vult
potentie sue virtutes ondit / Sic
enim si aliquis infantulum quem-
piam in excelsum quedam locum
et p̄tingentem usque ad ipm ver-
ticem celi volens paulatim
sensimque subrigere gradatim
hoc faciat ab inferioribus ad
superiora conscendens / Dein-
de dum sursum puenit / iube-
at illum infantulum deorsum
in inferiora despicere / Dein-
de despicientem videat hesi-
tare / et obscuritatibus ac defecti-
onibus fatigari / Iterum eum ad
humiliora deponat / quo respirare
valeat / atque om variare /
Deinde tum refectus fuit eum
iterum ad superiora sustollat / Iterum
ad inferiora reuocet / Ita et
circa hebreos / beatus faciebat
aplus / Et sic oz ubique repies
mysteriorum suum in docendo / vestigia
sequentem / Nam et ipse sic faciebat

Margin notes:

e castellus ai q° pelles induit

loco ubi fuit officia

Infantulus exemplum

Doctrina gradatim edenda est

// Non q Sc̄s paulus p
totam vitam suam
fuit confector pellium

/ Aliqn quidem discipulos suos
in altiora sublevabat / Aliqn at
eos in inferiora in humilitatis
eorum gra revocabat / Neqqm
eos prolixo tempore in alti p
manere parte pmittens / Et
contemplare iam sapientiam pauli
/ p quales etiam eos sublevabat gradus / et qualiter eos ad
ipsum apicem pietatis adduxit /
Ubi iam antiqua desererent
et eos obscuritas comparet / vide
quomo eos ad inferiora revocavit / quo possent paululum
recreari / Locutus e inqt nobis
in filio suo quem posuit heredem
om / Filii quippe nomen commune
est / Ubi autem ppus intelligitur
filius / superior est et excellentior
universis / Sed inter quolibet
se habent asseruit qm de sursum est / Et vide quo hoc dicat
/ Quem posuit heredem om
Qd dixit heredem posuit / humilitatis
demonstrat iudicium / Deinde
ad superiorem gradum altiore
q transfecit / P que inquit
et secula fecit / Deinde ad excellentiorem omnibus venit /
post quidem altiorem gradum
alteru invenire non possis /
/ Qui e inqt splendor glorie
et caracter substantie eius / Vere
in ipsum eos in accessibile lumine
induxit / et in ipsum splendorem
immensi simulq claritatis / et
anqm eos obscuritas illa comprimet / attende quomo eos iam

.i. paulatim subtilit et gradatim
/ pedetentim ad inferiora et consueta loca deponit dicens /
Ferens omnia verbo virtutis
sue p ipsum inquit mundationem
faciens peccatoru mox sedere
fecit in dextera maiestatis /
Non simpliciter dixit sede fecit
/ sed post mundationem inqt sede
fecit / Suscepit em incarnationis
officium / Deinde humilia loquitur / Et post hec iterum locutus
paululum / in dextera inquiens
maiestatis eius in excelsis /
Iterum ad humilia narranda revertitur / Tanto melior factus
angelis / quanto differentius nomen hereditavit / Hic iam de
eo qui est secundum carnem disputat / In eo em qd dixit / melior
factus est / non essentie p(er)ne
/ sed nature temporalis / in eo declaravit iudicium / Illa em qua
patris essentie consubstantialis
agnoscitur non e facta s nata
/ Loquitur aut de carnali substantia
/ ipsa em facta e / Sed nunc non
de existentia eius hoc est qualiter
extitit / sermo peragitur / sed sicut
Johannis dicit / Qui post me venit
ante me factus est / hoc est
honorabilior atq probabilior /
Sic etiam hic / Tanto melior
inquit factus est angelis
hoc e probabilior atq preclarior
quanto melius hereditavit nome
vides quia de eo qui e secundum
carnem sermo versatur / Hoc em
nomen dei / verbum semper ha-

[illegible] [illegible]

.i. michi platus

de suscipiendis peccatis

C 1

buit non postea habitauit / nec postea eum ab angelis / meliorem constat effectum / Quando mudacione sua abstulit mea pcta / Sed semper melior fuit / et non solum melior / sed incompabile etiam melior omnibus / Similiter / De eo quod est secundum carnem / ista dicuntur / Sic enim et nobis usus est cum de natura humana disserimus / et fastigium humana loquimur et in missa / Cum enim dicimus / nichil est homo / terra est homo / cinis est homo / a deterioribus cunctum / a melioribus notamus uniuersum / Sic et in xpo aliquando quidem ab inferioribus / et aliquando a melioribus loquitur paulus / et dispensationem capiens confirmare et simplicem comedere naturam / Cum enim itaque mundacionem fecit pctorum consequenter mundi / nichil sordidum uel pollutum anima mea suscepit / sed pulchritudinem quam nobis indidit / decoremque fuemus / quomodo mens et immaculata permaneat / Non habeat maculam neque rugam / uel aliquid eiusmodi / Macula quippe uel ruga / minora pcta sunt / Verbique petractus in uia mendacium / magis aut neque hec minora sunt / sed valde maiora sunt / a celestibus nos alienare valencia / Qualiter hoc / et quo pacto / qui enim appellat fratrem suum fatuum reus erit

Ro hortatur moriturus

i. mich platus

de fugiendis pctis

gehenne ignis / Si ergo sic punitur qui fatuum vocat / quod videtur leuioris esse sed potius infantilis esse / Cum malorum motum timen cuiquam importat / et iniquum ac maledicit / Et mille aliis non dubitat fratrem iaculari criminibus / qualia putas pacietur tormenta supplicii / Quid hoc terribilius / Sed rogo ut paululum promoz meo tolleretis paciencer / Si enim qui facit unum ex istis ipse facit / quod non et in benedictionibus et in maledictionibus / filiis suis constituerat / Cur quiuis ergo facit sed / deo quiuis facit / Et qui honorat fratrem / deum honorare declaratur / Assuescamus ergo linguam nostram / ad benedicendum eamque prohibeam / Abstine inquit linguam tuam a malo / Non enim propter hoc illam deus tribuit ut maledicamus / vel conuicia ingeriamus alteri / vel accusandi mutuo geramus studium / sed ut per eam deum laudemus / gratiam audientibus conferant / que ad profectum et ad edificationem proficiant proximorum / Pone esto quia maledixisti hunc / aut illum / quid ergo ex hoc lucratus es / Nomine tibi ipsi maxime nocuisti / Siquidem opinione maledicti hominis incurristi / nullum i. aliquod factum est pertinens malum / quod usque ad eum constat / Cur patitur / et non etiam illum qui facit / similiter Una

de maledictione

Quare deus linguam dedit

complehendat / sicut ubi ca-
inuidia / Inuidus enim putat
Inuidus quidem insidiari aliis / sed
plus illo morbo consumitur / et
calido corde macerat / Ad hec
Auarus etiam odio cunctis habetur / Cu-
pidus vel auarus aufert
quidem pecunias aliorum /
sed etiam sibi gratiam aufert
ciuitatis / facit ut ab omnibus
accusetur / Multum quippe
melior est opio bona pecu-
opio bona niis / Illa enim si mala fuit
non facile abluitur / pecu-
pecunie nias autem non e laboris
acquirere / Magis aut pecunie
et cum assunt non satis
adiuuant / et cum desunt nichil
contrarii obsunt / Opprimo aut
bona si assit prodest plurimum
Si uero absit / facit opprobriosum
hominem / facit infamem / et
ridiculum constituet omnibus
et exosum / Sic iracundus
iracundus seipsum primo dilanians / punit
et tunc aliud / contra quem
in dignatione raptat / Sic
maledictus et maledictus / primo seipsum con-
fundit / et tunc alium cui videtur
maledictionis importare quietam /
et fortasse quidem nec potest /
hoc est ut ille ledatur si tole-
rans pariter abscedat / Ipse
vero recedit / cum stulti cuiusdam
nomine / et despuendi penitus
et horrendi / illum et econtra ama-
bilem faciens / Quando enim
audit maledicta et minime se

Ex contraria primus suos
auctores notet deinde
alios

similibus carpit alterius quippe
sed laudat potius et miratur /
Non illum quidem sed seipsum
laudat / Sicut enim iam dixi
ut maledictiones que diriguntur
in proximos / maledicentes primitus
vexant seipsos / sic et bona que
circa proximos gerimus / eis prius
qui operantur iocunditatis ube- Non quisque
riores conferunt fructus / Cum bonus siue
vero qui alicuius / siue boni / mali factor
siue mali / operator existit / ipse prius illo
ipse primus aut illo bono utitur bono fruitur
seu fruitur / aut illo malo punitur / a malo pu-
Et merito / Sicut enim aqua siue nitur
salsa sit / siue sit illa potabilis
et vasa implet haurientium
et suum fontem ex quo manat
nequaquam vacuum remanere permittit /
sic et nequitia / sic et virtus
Unde processit / illum operato-
rem primitus illa letificat /
et illa confunditur / Et hec quidem
in hac vita / Ceterum in futuro seculo De iniciabilibus
quis sermo valeat enarrare libus bonis
que bona / vel que mala reser- vel malis
uantur / Non est sermo / qui hec futuri seculi
explicet / Siquidem bona illa
non tantum sermone / sed etiam
omnem intuitum mentis excedit /
Contraria vero mala / hoc est / de igne
appellata quidem sunt nominibus eterno
usitatis / Unde / Riua ignis
inquit ubi est / et tenebre / et
vincula / et vermis sine fine
consumens / Sed non hec sola
istis nominibus / nec talia de-
monstrauit / Sed alia multo

Compassio ignis gehenne cum divino

peiora / et multo amplius
seniora / Ne ut agnoscas
/ hoc primum considera / Si enim
ignis / quo tenebre sunt / videas
quoniam ille ignis senior isto est
/ Non enim habet lumen / aut
ullam luminis claritatem / Si
ignis est / quo semper urit
/ et corruptionis non sequitur
effectum / vides quoniam et in hoc
senior est / Non enim extinguitur /
propter hoc etiam inextingui-
bilis appellatur / Intellige igitur
quantum est malum / per omnia
secula uri / et in tenebris per-
manere perpetuis / et infinitos ge-
mitus edere / et stridere dentibus /
et nequaquam penitus exaudiri /
/ Si enim in hac vita aliqui eorum
qui nobili genere nati sunt
/ in custodia recluduntur / fetorem
ipsum tantum et tenebrarum caligi-
nem non valent sustinere / et
tamen homicidis (Rex) catena ligari /
morte peius existimat / In-
tellige quale sit / quoniam cum omnibus
totius mundi (seculi) tortoribus homici-
dis / Neque ipsi alios videntes /
neque aliorum visibus apparentes /
sed in tanta multitudine / soli-
tarios nos esse putantes / Si-
quidem tenebre et absentia
lucis / non nos sinit proximos no-
stros agnoscere / sed veluti si
solitarius unusquisque nimium patiatur
/ sic affligitur oppressus caligine te-
nebrosa / Si autem tenebre
tantum affligunt nostras

Solitudo dampnatorum

animas / timore perturbant //
quid erit cum / quoniam et cum tenebris
dolores / et tormenta combustio-
nis affuerint // Idcirco precor ut
hec semper ad nos versetis / et
patienter tristitiam / que ex
verbis nascitur tolleretis / Ne
ipsis rebus supplicia sentiatis /
/ Omnibus modis enim ista uni-
versa futura sunt // et eos
qui suppliciis digna gesserint
/ nullus poterit liberare //
non pater / non frater / frater
enim non liberat inquit / libe-
rat homo / non utique licet
multam fiduciam quis possi-
deat / licet multum valeat
apud deum / Ipse enim reddet
unicuique secundum opera eius /
/ et ex operibus tam salus quam
pena consequitur // Faciamus nobis
igitur amicos de mamona ini-
quitatis / hoc est / operemur
elemosinas / earumque multas
pecunias meas / ut earumque
etiam / illic et extinguamus
ignis ardorem / et fiduciam
mentis habeamus / Illic etenim non
ipsi sunt qui nos excipiunt /
/ sed opus nostrum quam non eo-
rum / quod istos amicos habeamus
/ salvari videbimur / Denique
attende / quid addidit // Non
enim dixit / Facite vobis ami-
cos // ut suscipiant vos in ha-
bitacula sua eterna / Sed
tamen in habitacula dixit eter-
na / et modum ipsum exposuit

Ammonitio

Elemosina

Facite amicos de mamona iniquitatis

/dicendo enim ex mamona iniquitatis / cuidit quod de peccatis oportet astos amicos preparari / Apparet igitur quod non ipsa amicitia eorum patrocinabitur / Et bona opera non habeamus / si non cum iusticia restituamus diuitias / quas inique congessimus / Iste a nobis sermo de elemosinis / Non ad diuites solum / sed etiam ad pauperes simul aput / sic licet ille qui ab aliis petens sustentationem accipiat / et ad ipsum hec oratio pertinebit / Non enim in tantum quisque pauper existit / ut duo minuta non habeat / Sit ergo et de paucis / paucis tribuendis / et plura possidentes / largientes plura separare / sicut illa vidua / Non enim quantitate dator / sed virtute separauit / quia magnitudo mentis / ex voluntatis magnitudine inditur / Ubique enim voluntatis opus est / Ubique recto proposito ubique caritate / que circa deum pura sinceraque consistat / Si igitur tu hac sancta caritate cuncta gerunis / licet parua possidentes / parua tribuamus / faciem suam dominus non auertit / sed suscipit sicut magna et admiranda donaria / Cum vero voluntatem deus semper non ea que dantur attendit / et si illam uideat magna / dette- f. voluntate

tum sue dignationis apposuit / et propter hominis voluntate dignos facit futura bona percipere / que nos vniuersos contingat adipisci / Gratia et clementia domini nostri ihesu xpisti / Cum quo patri vna cum spiritu sancto gloria imperium honor nunc et semper et in secula seculorum Amen O̅ 2 seu sermo 29

Qui est splendor glorie eterne / caracter substantie eius / ferens omnia verbo virtutis sue / per eum mundationem faciens peccatorum / Ubique quidem religioso / nobis opus est intellectu / maxime autem / ubi de deo / uel loquimur aliquid aut audimus / quod neque ad loquendum / digne de deo lingua sufficit / neque ad comprehendendum preualet intellectus / Et quid dico linguam uel intellectum / cum neque ipsa pars eminentior contemplatio / que tamen eis multo superior est / aliquid integre valeat comprehendere / cum aliquid de diuinitate dissenimus / Si enim pax dei transcendit omnem mentem / Et ea que parata sunt diligentibus eum / in cor hominis non ascendunt / Multo amplius ipse qui parauit deus est / qui omnium est opifex rerum / inestimabile nostras cogitationes exsuperat / Oportet ergo cum fide et religiosa

pietate unita separare / et quia sermo forte defecit / et non potuit tam integritate quod mentitur exprimere / tunc magis glorificare nos convenit deum / quod talem deum habemus qui et intellectum transcendit / et cogitationes intuitum // Multa enim vera de deo intelligimus / que loqui penitus non valemus / Multa enim loquimur / et tamen ea intelligere non sumus ydonei / Ubi gen / Quia ubique est deus scimus / quo autem ubique sit et intellectu non capimus.

Illa que de deo dicuntur non plene elucidat

Item / quod est incorporea quedam virtus / que omnibus est causa bonorum scimus / quo aut uel que ista sit penitus ignoramus / / Ecce dicimus / et tamen intelligere non valemus / Dixi quippe quia ubique est / sed non intelligo / Dico quia sine principio / sed non intelligo / Dico quod genuit ex seipso filium sibi coeternum / Sed nescio qualiter hoc intellectu percipiam / Sunt ergo etiam quedam / que dici non possunt / quamvis mente capiantur / exempli gratia / Intelligit mens / sed non valet dicere ita ut ipsum paulum videas in quibusdam talibus infirmari / et non integra exempla proponentem / ipsi ille sit laborat in talibus / Contempnisse / et ne putandus aliter ea perquirere / Adverte ergo

mit / propterquam appellavit filium et eum opificem nominavit / intulit / Qui est splendor glorie / et caracter substantie eius. Hoc autem cum religiositate debemus accipere / et siquid absurdum fortassis occurrerit ab acie mentis abigere / Splendor inquit glorie / Sed vide secundum quid hoc accipit / ut etiam tu sic accipias / Hoc ergo dicit / / quia ex ipso / qui impassibilis est / neque divisione diminutus neque in aliquo mutatus est / / Quidam enim absurda quedam proferunt et exemplorum corporalium decepti / Splendor enim inquiunt substantivum aliquid non est / / sed aliunde habet quod sit / Noli o homo istud sic accipere / neque in cellulam Fotini morbo currat / neque in sensum Marcelli erroris incurras / Non te sinit in confusionem illam peremptoriam neque permittit incidere / et quod inquit Qui et caracter substantie / ita sicut ipse deus caracter est substantivus existit / et nullius indigens approbatur / Qui et filius ita est / Noli errare // Hic enim nullam esse dissimilitudinem / volens ostendere / et prime forme caracterem proprium / tale proponit exemplum / Quo inquit in seipso subsistit / Audio / Postquam enim superius dictum / quia per ipsum fecit omnia / hic ei nunc signa auctoritatis attribuit / Nam vide / quid

heretici

submittit ferens/ inquit omnia
verbo virtutis sue ut non
solum ex hoc caracterem eius
esse accipiamus prime substantie/ sed
etiam ex eo/ quod cum auctoritate
omnia gubernat et continet/
Attende igitur/ quo quod prius est
proprium coaptat et filio/ Propter
hoc non absolute dixit/ ferens
omnia verbo virtutis sue
Recte dixit virtute ipsius/
Sicut enim manticoribus paula-
tim et ascendebat et descendebat.
/sic et hic/ Veluti in quibusdam
gradibus/ nunc ad alta fasti-
gia sublevatur/ Nunc autem
declinat ad inferiora/ Per quem
et secula fecit inquit Attende
qualiter hic etiam duas vi-
as ingreditur/ et unam quidem
vitantes nos/ a nephando er-
rore sabellii/ aliam vero ab aria-
ne impietatis errore/ ne pu-
tetur vel principium non habere/
/vel extraneus a deo patre
subsistere/ Sic etiam post
tanta tempora/ tantaque mag-
nalia sunt quidam/ qui eum
extraneum esse dicunt/ et alium
ex patrem subprimere molliuntur/
/contra hunc eum rebellare con-
tendunt/ Et ergo hic non diceret
/quanto amplius insanirent/
Nunc ergo duo perimit contraria/
Sunt videlicet quam talibus vulneribus
remedia cogitur adhibere/ Hic
enim compellit etiam humilia
predicare/ sicut est illud quod dixit

Sabellius
Arrianus

Quia constituit eum heredem
universorum Et quia per ipsum
secula fecit/ Deinde ne alii
noceat parti/ summam ei auctoritatem
attribuit/ et ostendit eiusdem
honoris esse et declarat/ ut
plurimi suspicientur/ eundem ipsum
esse patrem/ Et contemplare
plenam sapientiam pauli/ primo
enim illud ponit/ et integra-
que minuit ante/ quod in textu con-
stat/ quia filius dei est/ nec
ab eo alius existit/ tunc iam
securus atque munitus/ excelsa
libere quecumque vult eloquitur/ quibus
eius altitudo declaratur/ Et
quam magna que de deo
dicuntur/ in aliam intelligentiam
plerosque deducunt/ propterea
primum ponens humilia in firma
cautela/ tunc ad sublimia quan-
tum vult ascendit/ Postquam
enim dixit/ quem posuit heredem
universorum et per quem secula
fecit Tunc deinde subiungit
ferens omnia verbo virtutis sue
Hic enim solo verbo gubernat
universa/ neque quam ad fabricam
universitatis eguit alio/ Et
quia ita est/ intuere/ quomodo
ei tum auctoritatem contribuit universa
/auferens etiam quod superius dixerat
per quem Siquidem per eum
que voluit pater deus operatus est/
/Sed deinde dimittens quod supra
dixerat per quem/ vide quid dicit
In principio tu domine terram funda-
sti et opera manuum tuarum sunt celi

Sic nusquam sonat / per quem / Vel quia per eum fecit secula / Quid ergo dicat aliquis / Non ne ab ipso facta sunt / Sed non sicut tu dicis / uel inanis suspicaris / tamquam per aliquod instrumentum / neque tamquam facere non posset / si ei non porrexisset dextram / Sicut enim neminem iudicat / Sed dicitur iudicare per filium / quem iudicem ipsum genuit / sic etiam dicitur operari per filium / quia eum constat opificem genuisse / Si ei causa eius pater est / secundum quod pater est multo amplius causa eorum est / que per illum facta declarantur / Nunc ergo uult ostendere / quia ex illo est / necessario quod sunt humilitatis eloquia / Nunc uero altera uoluit insonare tam marcellum quam sabellium uulnerat / sed etiam in moderatione utrumque effugiens / medio calle perambulat / Sed neque semper in humilibus immanet / Ne paulus samasatenus / nanciscatur aditum subintrandi / Neque tamen in excelsis perdurat / sed confestim / radicata humilitatis eius ostendit / ne sabellius fraudulenter insiliat / quippe cum dicitur filius / confestim paulus samosatenus insurgens dicens eum ita esse filium / sicut et plurimos / Sed eum ictu ualido exagione prosternit appellans heredem / Sed adhuc cum

de iudicio dei per filium

heretici

arrio impudenter obmititur / Nam constitutum eum heredem / ambo suscipiunt / Ille quidem ueluti infirmitatis indicium / Iste autem adhuc in sequentibus insidiari desiderans / Sed non dicit per quem et secula fecit elisit quidem samosatenum impudentissime emittentem / sed arrius adhuc sibi fortior esse uidetur / Proinde contemplare / qualiter etiam istum premit dicens / Qui est splendor glorie eius / Sed ecce iterum reclamat / et insilit sabellius / et marcellus atque fotinus / Sed etiam istos omnes simul / Uno uulnere edomuit dicens / caracter substantie eius et ferens omnia uerbo uirtutis sue / Hic iterum marcionem percutit / Non quidem ualide / tamen tam percutit ne illesus exihat / Et sic eum cum istis hostibus / per totam epistolam uideas expugnate et strenua bella peragentem / Et sicut iam dixi ingenium suum in omnibus imitatur / Et multo eum splendorem dixit esse glorie ut potest / qui ipsum audisset dicente / Ego sum lux mundi / Propterea eum etiam iste splendorem glorie nominauit / ostendens / quia dictum est / sicut lumen de lumine / et non solum istud ostendit / Sed quia etiam animas nostras illuminat / et ipsum nobis insinuat / per splendorem quippe / propinquitate declarauit essentie / intellige

ergo sublimitatem dictorum
unam suspicit essentiam
unamque substantiam, ut duas
(i. personas) subsistentias apperiret. Ne
etiam de substantia dei et spiritus
operatus est. Sicut enim illic
unam substantiam dixit patris et
spiritus vere unam et nichil ad
se ipsam aliter divisum nichil
que penitus alteratum, sic etiam
hic unam rem sumit ad de-
monstrationem duarum subsiste-
ntiarum. Unde etiam subiungit
quia caracter est. Caracter
quippe est alter ab eo cuius
eminet formam. Alter autem
non in omnibus sed secundum subsis-
tentiam. Nam et hic caracter
similitudinis omnimode probet iudi-
cium ad illud cuius caracter
ostenditur, et suspicionem vel par-
ue dissimilitudinis omnino non
recipit. Cum ergo eum vel
formam vocitat vel caracterem
quid dicunt aut quid insultant
opponere, sed etiam inquiunt
ymaginibus. ymago appellatus est
homo. Quid ergo? Num eo
modo sicut filius non insunt
sed quia sicut ymago non est
similitudinis indicatione. Cur obsecro
non sit? Nam et homo sicut quod
ymago dei appellatus est de-
monstrat similitudinem sic potest
in homine demonstrari. Sed
enim est deus in celo, hic homo
videtur esse in terris. Secundum
principatum dico. Sicut enim

omnibus que in terris sunt
iste dicatur. Hoc accedit quia
homo non est dictus caracter.
non est appellatus forma, qui
declarat essentiam ut similitudi-
nem, que secundum proprietatem constat
essentie dei. Sicut enim forma
servi nichil aliud significat quam
hominem proprie, sic et forma dei
nichil aliud manifestat quam
deum. Qui est inquit splen-
dor glorie. Attende quid ait pau-
lus. Qui est inquit splendor
glorie. Et subiungit deinde
sedere fecit in dextera maie-
statis. Unde qualibus utitur
nominibus, quia non potuit rex
nomina propria reperire. Neque enim
maiestatis nomine neque glorie
quod desiderabat expressit. Hoc
est enim quod superius iam dixi, quia
sepius quedam nobis occurrit
que quidem intelligimus sed
indicari ratione non queunt.
Nam nec dei vocabulum iudex
proprie constat essentie, neque omnino
illius essentie proprium potest ullum
vocabulum inveniri. Et quid
miror si in deo sic est, cum
neque in angelo proprium nomen
invenias, quod eius declaret
essentiam. Arbitror autem quia
neque anime recepta est apta denominatio.
Non michi quippe videtur
hoc nomen integre eius substantiam
ostendat. Nam eandem rem
et animam et cor et mentem inve-
nies nominari. Cor inquit

forma servi
forma dei

Nomen quod ly de[us]
non proprie ond[it]
essentiam d[ivi]n[am]

crea in me deus / sed et itaque
spiritum dictum frequenter inuenies
Ferens inquit omnia verbo
virtutis sue / Solent arria-
ni opponere / quia cum dixisset
deus / fiat lux / precepit
filius obediuit / Sed et con-
cedimus quia verbo suo cuncta
~~precepit~~ perficit Ferens omnia
inquit / hoc est gubernans
siquidem cadencia et ad nichilum
tendencia continet / Non est
enim minus continere mundum
quam fecisse / Et si oportet ali-
quid audacius dicere adhuc am-
plius est / Nam in faciendo quidem
ex nullis exstantibus rerum
essencie producte sunt / In con-
tinendo vero ea que facta sunt
ne ad nichilum redeant con-
tinentur / hic ergo dum sequitur
et ad inuicem sibi repugnancia
coaptantur magnum et valde
mirabile / plurimeque virtutis iudi-
cium declaratur / Dicendo autem
Ferens / facilitatem continendi vo-
luit despicere Non enim dixit gu-
bernans / sed ex methafora
eorum / qui sine ullo labore
digito vel mouent aliquid vel
efficiunt / hic etiam molem
creature magnitudinemque signi-
ficat / Et quamuis magna sit
illi tamen veluti nichil est.
Sed etiam dicendo Verbo vir-
tutis sue signauit item quod sine
labore omnia contineat / Et bene
dixit verbo virtutis sue / Aput
nos quippe verbum nudum /
ac volatile / ostendit autem quia
in deo ita non est / Qualiter
autem verbo virtutis sue cunc-
ta contineat / non addidit quia
possibile non est illud agnoscere.
/ Deinde intulit quod ad eius ma-
iestatem pertinet / Sic etiam
Johannes facit / Cum enim dixisset
/ quia deus est / intulit etiam
quod creature opifex ipse sit /
Et enim ille signauit dicendo
In principio erat verbum / et omnia
per ipsum facta sunt / hoc iste si-
gnauit dicendo / Verbo virtutis
sue / et dicendo per quem etiam
secula fecit / Vide etiam iste
et ante omnia secula / et opificem
eum esse declarat / Et ergo
quod de patre dicit propheta a se-
culo et usque in seculum tu es.
Item de filio / quia ante omnia
secula / et omnium fabricator existit.
/ et idem etiam de filio dei sic
inuenitur / Et quod ille dicit / quia
vita erat / a creaturis distinguens
vniuersis / quia auctorem vitam
ipsum esse constat / sic etiam iste
dicit / Ferens omnia verbo virtutis
sue / Non sicut pagani / qui eum
et conditorem rerum et prudenciam
dicunt esse priuatum / usque ad
lunam eius potentia limitantes.
/ Per ipsum inquit faciens mundacionem
peccatorum nostrorum / Postquam iam
dixit / superius illa magna valde
et miranda / dicit nunc et de cu-
ra eius / ac sollicitudine quam de-

omnibus gerit et quantum id vniusale sit quod omnia continet. Sitamen hoc multo amplius est vniusale et quantum in ipso est omnes crediderunt Nam etiam quoties dicit Vitacerat // Sed et providentiam eius manifestans Simul dicit qui lumen est / per ipsum inquit mundacionem faciens pctorum nostrorum / sedet ad dextram maiestatis in excelsis / Duo quidam in hoc loco signat / maiora / que de nobis curat gerat / uel quod pctu nra mundauit / et qui per seipsum hoc opus implevit et in multis locis inuenimus eum / in hoc maxime gloriari non solum quoniam conuersi sumus ad deum / sed etiam in eo quod per filium fuit illud effectum / ambobus. Cum ergo dixisset / et sedere fecit in dextera maiestatis purgationem per eum faciens pctorum nostrorum / Et tu nos commonuisset crucis eius / Deinde confestim de resurrectione / atque assumpcione eius instituit disputare / Et intuere in enarrabilem eius prudenciam / Non dixit / quia iussum est sedere / sed sedere fecit eum / Deinde ne putares eum stare subiungit / Cui enim angelorum aliquando dixit / sede a dextris meis Sede enim inquit fecit in dextera maiestatis in excelsis / Quid

ad dextram in excelsis

est in excelsis / Num in loco concludit deum / Absit hoc // Sed sicut iam dixi / per dexteram deum non deformauit / sed similitudinem demonstrauit honoris / In excelsis ergo dicens non eum in loco concludit / sed ondit omnibus altiorem / et omnibus eminentem / hoc est / qui usque ad ipsum peruenit patne solium claritatis / Sicut ergo pater in excelsis est / sic et filius / Consessus enim nichil demonstrat aliud / nisi honoris equalitatem / Si autem dicit / qui ille iussit ut sederet // Interrogamus et nos / Quid ergo num stanti dixit / hic accede / quia non dictum est uel iussit uel precepit / sed quia tali cum fecit / ad nichil aliud / nisi ut non eum sine principio putares / Vel non haberet causam de qua subsisteret Quia uero propterea dictum est / manifestum fit ex ipsa condicione consessus / Si enim minorem vellet ondere / nunquam diceret addextris / sed potius a sinistris / Tanto inquit melior factus est angelis quanto differencius nomen hereditauit // In hoc quod dixit factus pro susceptus intellige / Tamquam si diceret / melius est susceptus ab angelis / Et unde hoc asseueratur / Ex ipso nomine Animaduerte // quia solum nomine

Notandum

C. 1

filii coequalitatem cognacionis osten-
dere. Et sane nisi esset proprius
filius, proprius autem filius nichil
est aliud quam de ipso genito,
quomodo posset ex hoc ampli-
tudinem honoris asserere. Si
enim gratia esset filius, non solum
differret a patre, sed etiam
minor esset ab angelis. Quo-
modo hoc iniquus, quia et homines
iusti appellati sunt filii dei.
Proinde nisi nomen filii equalitatem
ostendat, non valet ostendere
que differentia est inter creaturas
et conditorem. Adverte itaque
quid dixit. Cui enim angelorum
aliquando dixit filius meus es tu
ego hodie genui te. Et iterum
ego ero ei in patrem et ipse erit
michi in filium. Hec quidem
dicta sunt de carne. Hoc est
ero ei in patrem et ipse erit
michi in filium. Quod vero dixit
filius meus es tu nichil aliud
manifestat nisi quod ex ipsa
essentia patris est genitus. Sic
enim esse dicat ex presenti tempore
se quippe magis de deo dici
convenit. Ita quod dictum est hodie
presentis temporis est, tamen et
secundum carnem hoc accipi dictum.
Cum enim nominaret carnem, iam
sine ullo timore prave suspi-
tionis eloquitur. Etenim caro
coniunxit alcioribus sicut et divinitas
humilibus coniungere dignata est.
Quid enim est homo fieri dig-

natus et qui rem ipsam ha-
buit quod ab ipsis repudiatus
est verba. Hec itaque cognosce-
tes, nichil inpudenter agamus
neque in superbiam sublevemur. — de superbia
Si enim ipse cum deus esset et
dominus et dei filius non respuit
formam servi suscipere multo
amplius oportet cuncta deitatis
vel perficere et humilia cuncta tol-
lerare. Dic enim michi o homo
ex qua re vel cur sapias al-
tiora. Num prosperitate seculi.
Sed hec antequam pareat sicut
fumus evanescat. Num ex spi-
ritualibus in sublime sustolleris
sed etiam est hoc unum spiritua-
lium rerum ut altum non sapias.
Cur ergo altum sapis. Ante
assertum cunctas virtutes ex-
istimas. Adverte christum dicentem
quia cum feceritis omnia dicite servi
inutiles sumus, nam quod facere
debeamus sola perfecimus. An pro
divitiis in superbiam sublevaris.
Nonne nudos omnes qui ante
fuerunt nudos hinc ac desertos
rebus omnibus discessisse. Nonne
nudi ingressi sumus in hanc
vitam, nudi quoque sumus exituri.
Quid ergo debes quis ipsum qui
possidet aliena superbus existis.
Qui enim voluit istis secularibus
ad solam utendi ~~[illegible]~~ propriam
voluntatem amittit ea etiam
nolens. Et quidem sepius
ante mortem et in ipsa quoque

per voluntatem uti rebus est abuti

morte inevitabili / Sed
nos eis iniquis viventes /
sicut volumus utimur / Ergo aut(em)
eciam dico / quia magis nul-
lum facile potes invenire
/ qui sicut vult rebus extantibus
abutatur / Sed et si eciam quis
utatur ut velit / michil hoc
magnum putare debemus / Bre-
vis namque est vita presentis temporis
in comparacione seculi sempiterni.
/ Altum sapis o homo / quia
dives es / Dic obsecro vel
propter quam causam / hoc enim potest
latronibus provenire / vel furibus
vel homicidis / vel mollibus.
vel fornicariis / vel eciam pessi-
mis viris / Dic ergo altum sapis

i. super necessitatem tuam

/ Si enim ad quam opus est / fa-
cultatibus tuis abuteris / noli
altum sapere / ne misericordias
tuas / superbie morbus intimat /

i. non audes necessitati providere in diviciis

/ Si autem non ad quod opus est
uteris / multo minus altum
sapere debes / quia pecuniarum
tuarum servus effectus es / et
sub earum dicione teneris.

Exemplum de febribus

/ Nam dic michi / si quispiam
febrium calore / prematur / et
aquam frigidam / intemperanter
accipiens ad paululum tempus
/ sitim videatur extinguere / num-
quid propterea altum debet sapere.
/ Nonne postmodum maiori
flamma accendit febrium / Similiter
et / si quis pro plurima quidem /
sed superflua / curas suas exercet /
num propterea debet altum sapere /

quando pluribus sollicitudinibus
augeris / quia te plurimi homines
adulantur / Tu vero famulus illis
es / et duram fingeris servitutem /
Sed ut agnoscas parum per-
ausculta / Aliarum namque pas-
sionum / interdum demonstratur
utilitas / Verbi gracia / iracundia
plerumque utilis est / Indignacio
inquit iusta erit innocens /
Proinde post quas eciam racionabilis
indignacio / Et iterum / Qui ira-
scitur inquit fratri suo / et non
dixit simpliciter / sed addidit
sine causa / reus erit gehenne.
/ Qui ergo iuste irascuntur
nullo reatu tenentur obnoxii /
i. infestacio
/ Item emulacio vel cupiditas / non
sunt omnifarie noxie / Hec qui-
dem tu ad opus procreandorum
assumitur filiorum / illa vero cum
studio imitandi bona suscipitur
/ sicut dixit et paulus / bonum est
inquit emulari semper in bono /
Et iterum / emulamini carismata
meliora / utraque ergo habet
utilitatem suam / Et sic eciam
in ceteris passionibus invenies / si
per eas considerandas vigil cerrat
intentio / Arrogancia vero nusquam
potest bona existere / sed ubique in-
utilis et noxia reperitur / Sane
vero si oportet altum sapere in paup-
ertate hoc oportet / non in diviciis
facere / Quare / quia si potes
in paucis vitam tuam bene dispo-
nere / eo qui hoc non potest
/ multo maior multoque melior

C. 1

Exemplum

Volentibus ire Romam

es. Sic enim michi, si acciderit
quibusdam, ad regiam ciuita-
tem aliqui eorum neque iumentis
indigeat, neque pedissequis,
neque tentoriis, neque diuersoriis
neque calciamentis, uel uasis
aliis, sed eis sufficiat panis
tantum, et aqua sumpta de
fontibus. quidam uero dicunt
quia nisi curribus, uel plaustris
habundauerint, nisi stramina
mollia deportent, nisi etiam
plurimos pedissequos habeant, nisi
sepius locum quiete querere, et nisi
fuerint iumenta quam plura, nisi
etiam et paruum itineris per agere
per singulos dies, et delicate habitare
minime se suscepturos iter in-
positum. quos ergo admirarentur
utrum ne illos, uel istos. Nimirum
istos, qui nullis indigent. Sic
etiam in hac terra qua habemus
in auibus. Primi quippe ad progrediendum
huius uite uiam pluribus indiget,
alii uero ut ita dicam nullis.
Prouide si oportet altum sapere
et si bene oportet. Nam qui
bene sapit, altum sapere nunquam
debet. Sed contempnitur inquis
pauper. non ille contempnitur,
sed qui pauperem contempnunt.
Illi magis multo contempnuntur.
Nam cur non ego magis con-
tempnam illos, qui nesciunt
admirari, que digna sunt admiratione.
Nam et pictor si ab omnibus
irrideatur atque reprehenditur, do-
nec eos in doctos perspiciat, et

nota

luxurie

Non pauperies contempnitur

Exemplum de pictore

sue artis expertes illorum uerba
penitus non attendit, sed solo
testimonio suo contentus est. Nos
autem studia nostra comparatum simus
ex opinione multorum. Propterea
etiam digne contempni meremur,
quoniam contempnentes nos ex paupertate
non magis ipso contempnimus.
Nos itaque miseros nosmetipsos
facimus. Pertranseo quanta peccata
ex diuitiis generantur, quantorum
bonorum sit causa paupertas. ma-
gis autem neque diuitie neque
paupertas, secundum seipsa bona sunt,
sed ex utentibus qualitatem accipiunt.
Christianus ergo in paupertate con-
stitutus, quam in diuitiis magis
irradiat. Quo habet, qui exclu-
dit a se typhum, non erit ar-
rogans, sed potius temperans
et pudicus, et sapiens. Qui uero
in diuitiis constitutus est, multa
illi ad hec mala procedunt. In-
spiciamus ergo que sunt, que
diues operatur, et magis uero que
agit. Qui utitur male diuitiis.
Quid ergo agit, rapit aliena.
estuat cupiditate, absurdis
amoribus agitatur. Nephandos
non desinit perpetrare concubitos.
ueneficias aggreditur, maleficia
cuncta committit, et cetera ne-
quitia. Omnia hec uniuersa
ex diuitiis conspicitis generari.
Intueris quam in paupertate magis
quam in diuitiis virtutes facilius
possidemus. Nec mirari quia
diuites in hac uita nulla uindicta

contra diuites

Diuitie nocent

diuitiis multa crimina cumulatur

susciperunt / Ideo etiam peccare non iudices / Ut si possibile esset, in divites vindictam provocare / videres ex eis repleri carceres universos / Sed in omnibus malis suis / etiam hoc malum habent divitie / quam in malicia sua peccantes / ab ulcionibus contueatur / Et qui divitias possidet semper peccans / nulla pena coercetur / sed semper sine ullis remediis / vulnera suscipit peccatorum / et frenum illi nullus imponit. / Si autem quis voluerit / etiam ad iocunditates / plus inveniet / attamen commoda paupertatis offitia / Nunc hoc / quia curis et sollicitudinibus est libera / vacat ab odio / litibus / contentionibus / iurgiis / et ceteris pessimis / Propterea nec diteste timeamus / nec divites emulemur / sed habentes aliquid / opus est ne divitijs abutamur / non habentes aut / ne propterea doleamus / sed gratias magis uniuscuiusque deo et domino referamus / Cura nos pro labore / eandem mercedem quam divites poterimus promereri / Si autem voluimus ampliorem / dignos fecerit accipere / et ex parvis magna lucrabimur / Nam et qui duo talenta protulit approbatus est / et similiter honoratus / ut ille qui quinque protulerat / Quare hoc / duo namque erant illi commissa talenta / sed ipse totum quod ex se debebat impleuit / Et quod ei commissa erant duplicauit / Quid ergo festinamus / ut ubi plurima committatur / cum possimus et in parvis / eosdem fructus adipisci / quos fortassis adhuc et maiores. Nam quamvis contentio est ut labor quidem minor sit / mercedes autem multo maior existat / Facilius ergo si voluerit pauper / plura et maiora divite possidet / An ignoratis / quoniam quanto quis plura congesserit tanto magis ampliora desiderat / Ne igitur nos etiam / hoc idem patiamur / Non igitur divitias / neque importabiliter / affectamur paupertate / neque diteste festinemus / Et qui divitias habemus / ita eis utamur sicut precipit apostolus / Qui habent sint tamquam non habentes / Et qui utuntur hoc mundo / tamquam non utentes / ut adipiscamur bona que promissa sunt / Que nos omnes percipere contingat universos. / Gratia et clementia domini nostri Ihesu Christi / cum quo patri / una cum spiritu sancto gloria imperium / honor nunc et semper et in secula seculorum Amen.

Omelia 3

Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre dicit Et adorent eum omnes angeli dei Et ad angelos quidem dicit / Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam

Ex omnibus malum divitie habent

paupertas potest

+ ...

Hebr. 1

ignitis. Ad filium autem Thronus
tua deus in seculum seculi.
adventus x — Dominus noster Jhesus xpistus adventum
suum carnalem, exitum vocat,
sicut habes ubi dicit / exiit qui
seminat ad seminandum. Et ibi
Ego a patre exivi et veni / et
hoc in pluribus scripturarum locis
potest reperiri / Paulus autem
introitus x — introitum xpisti vocat adventum
dicens. Cum introducit primo-
genitum in orbem terre //
Quare primogenitus exivit a patre et per qualitatem assumpsit — Introitum ergo assumptionem
carnis appellat / Sed queret
aliquis fortasse / cur talibus
et diversis utantur nominibus. /
Significationes quidem horum
manifeste sunt / et secundum quod
alterutrum dicitur / apparet / xpistus
quidem mundo exitum vocat /
ex[e]m[plu]m — foris enim eramus a deo / sicut
qui sunt extra regales aulas
in vinculis colligati / et qui sunt
apud regem pro culpis aliquibus
offensam / Quemadmodum quippe a
regali aula foris exclusi sunt /
Qui vero voluit istis veniam
impetrare / non primum eos in
aulam regis inducit / sed ipse
foras aggreditur / ibique cum eis com-
misceret sermocinandi negotium
usque cum eos correctos reddat /
quo vultui regis mereantur
representari / Sic xpistus etiam effecit
exitus x — Egressus quippe ad nos / hoc
est carnem sumens / et collocutus
nobiscum / precepta regis in-
notuit / et sic nos a peccatis emen-

dans / in aulam regalem ve-
lut mediator optime introduxit /
Propterea ergo exitum vocat hic
incarnationis adventum / Paulus
autem introitum nominat ex
methafora hereditariorum / et
iure dominandi in aliqua posses-
sione fruentium / Dicendo enim
Introducit primogenitum in orbe
terrarum / hoc significat / hoc est
cum ei committit orbem terrarum /
Tunc enim totum orbem posse-
dit / cum ab omnibus est agnitus /
non de deo verbo / ista dicuntur /
sed de carne / si enim in mundo erat
iuxta Johannem / Et mundus per
eum factus est / Quo alio modo
introducitur nisi secundum carnem
Et adorent eum omnes angeli
dei. Quotiens enim magna
quedam et altiora dicturus est /
construit illa primum / et facit illa
susceptibilia / Dum dicit prius
introduxisse filium / Supra
enim dixerat / quia non per
prophetas nobis locutus est / sed
per filium / quia filius melior
est angelis / Et hoc ex ipso
argumentatus est / nomine / Hic — cui enim dixit angelorum filius es
autem vult non ex alia re ar-
gumentum deducere / Ex qua / ex — ex[emplu]m de adoratione
adoratione videlicet / Nam tanto
eum meliorem esse demonstrat.
quanto dominum servis constat esse
meliorem / Quod si quis in
quedam domum introducat
aliquem / et confestim omnes
domus illius iubeat principes

illeg. / ut eum pru simul oes
adorent / Ita et xpm pm car-
nem iussit pr a cunctis ange-
lis adorari dicens. Et adoret
eum omis angeli dei / sed
etiam ipe gabriel / Sed ergit
aliquis / Cum angeli tantum
adorari precepti sunt / No ad
uerte itaqz que sequuntur / Et
ad angelos quidem dicit Q
facit angelos suos spiritus.
et ministros suos flammam ignis.
Ad filiu autem sedes tua deus
in seculum seculi Ecce maxi-
ma differentia / quia illi qde
creati sunt / hic aute increatus.
Ad angelos autem inqt Qui fat
angelos suos spiritus Ad filiu
autem non dixit. Qui facit
/ et sane posset si vellet istam
sic exprimere differentiam dicendo.
Et ad angelos quidem dicit
Qui facit angelos suos spiritus
Ad filium autem / Dns creavit
me / Et quidem dixit eu et xm
deus fecit. Sz nec illud de
filio dictum est / nec hoc de
deo ubo / sed de eo / qui e pm
carnem / Ubi enim verum differen-
tiam significare despdat / non
iam solos angelos significat
comphendit / sed omis virtutes
ministio superno fungentes / In-
tueris quomo dividit / et cu
quanta claritate creaturas / a cre-
atore distinxit / ministros vocans
et dixit. servos. et hedem / ac
ppium filium / Ad filium aute
dicit sedes tua deus in seculu
seculi Ecce habes regni signa
culum / Et virga equitatis inqt
virga regni tui Ecce habes et
aliud signaculum / Deinde ad
deum / qui e pm carnem dicit
Dilexisti iusticiam et odisti ini-
quitatem ppterea unxit te deus
tuus / Quom enim magnum
quiddam locutus e / stim illuc
recurrere festinat / Sed hic
et iudeos et paulum samosa
tenu / et arrium et marcellu
et sabellium et marcionem sit
fortiter qz pcussit Quo hoc /
iudeos quidem / ondens eis
duas esse psonas / et deum deu.
Qd nisi psonaru diversitas co-
staret / semel dicti dei repeti-
cio / non fiet / nec vero qd
repetitum est / idem penitus
esset / Et nullo modo essentia
discreparet Alios uo pauli
dico samosatem discipulos du
ondit hec testimonia de eterna
loqui et increata substancia.
/ ut ondet namqz futuram
distare / ab eternitate creatoris
/ posuit. Sedes tua deus i sclm
seculi Arrianos aut punit
ondens / qm neqz suus est
/ neqz creatura / Marcellum
vero ut celos / qm diuisit iste p
sone scdm sbas alterutrum
separate / Marcionistas autem
percussit. dum ondit / qz non
deus sed humanitas ungitur /
/ Postea subiungit inquiens /

participibus tuis. Qui sunt
isti participes / alii pro homines.
hoc est quod alibi dicitur quia non
ad mensuram xpus suscepit
spiritum / Contemplaris / quomodo
semper coaptat sermonem dispen
satione carnis sermoni que de
natura divinitatis eloquitur //
Illud hoc clarius dici potest /
animaduertes / quo non est idipsum
creatura et proles / Non enim
ita diuideret si idem esset utrum
que / ad differentiam illius ubi /
quod dixit fecit ministros Ad filium
autem dixit Sedes tua deus
in seculum seculi / Neque diffe
rentius appellaret nomine filii /
si in eiusdem esset significationis
cum nomine creature / Nam
quero / ergo differentia rema
nebit / si idem est cum plebs et creatura.
Nam illi facti sunt / iste non
genitus est / Et quid hac re
differentius / Ecce iterum quod dixit
deus / cum articulo posuit
Deinde subiunxit Et tu in
principio domine terram fundasti
/ et opera manuum tuarum celi Ne
forte enim audiens cum inducit
primogenitum in orbem terre
quasi postea illi donatum mi
nus existimes / ista subiunxit.
Nam a superioribus hoc annun
tiauit / et iterum ad ipsum venerit
dicens In principio non nunc
/ sed ab initio / Ecce iterum paulum
samosatenum simul et arrium
interemptionis percussit vulnere

Nam quod prius sunt apostoli etiam
coaptat / Et post hec etiam quidam
aliud tetigit / quod isto maius est /
Ecce enim transformationem mundi
sub significat dicens Ipsi peribunt
tu autem permanebis et omnes
sicut vestimentum veterascent
et velut amictum mutabis eos
et mutabuntur. Quod etiam in
epistola ad Romanos dixit / quia
transformatur et mundum et faci
litatem significans intulit / Sicut
quilibet amictum involuit
atque permutat / sic et ipse mundum
et complicatur et mutabitur est.
Ergo tu transformationem et condi
tionem que fiet in melius / tam
facile potuit operari / quis dicit /
quod in inferiori opere alterius eguerit
adiutorio / usque quo non erube
scunt taliter insanire / Erit
etiam consolatio maior est cog
noscere / quod non in eodem statu
cuncta permaneant / sed illa quidem
mutabuntur / Ipse autem / idem
ipse permanet in eternum / Et anni
tui non deficient Ad quem
autem angelorum dixit aliquando
Sede a dextris meis / Quousque
ponam inimicos tuos / scabellum
pedum tuorum Ecce iterum eis
rebit / quibus confidens facit /
Siquidem filium ondit / ut eorum
superentur inimici / et quia ini
mici eorum / ipsi erunt etiam xpi
In hoc iterum et regni datur iudicium
et honoris equalitas / Nam
autem in utilitatem aliquantis

arbitror. eo. q dixit/ prem in-
dignaturu pro his q fuit
filius in digna ꝑpessus/ hoc
magis uult pris tra filium
diligens/ et honoris comitus on
dere/ Quu em indignatur
pro eo/ quo extraneus ab
illo esse contenditur/ Ut etia
in alio dr psalmo Qui ha-
bitat in celis irridebit eos/ et dns
subsanabit eos/ Et ibi dixit/
Hos autem qui sup se regna-
re voluerunt/ adducite et i con-
spectu meo. i interimite/ Na
vera eius vba sunt. Audi qd
dicat et in alio loco/ Quotiens
volui congregare filios tuos.
et noluisti/ Ecce relinquitur vob
domus deserta/ Et ibi/ Aufert
a vobis regnum/ et dabitur genti
facienti fructus eius/ Et ibi Qui
ceciderit sup lapidem confringetur/
/ Sup quem uo ceciderit conteret
eum/ Huc accedit/ quia si
apte indicaturus est eos/ multo
amplius et in hac uita/ Pro-
inde honoris magis est/ q
dicitur/ Donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedu tuor
Nonne oms sunt amistratorij
spus/ in ministrium missi ꝑpter
eos qui hereditatem percipere
sunt salutis/ Quid mirantis
inqd/ si filio dei sunt et ministe-
rium exhibent angeli/ Cum
etiam pro nra salute/ mi-
nistros eius constet effectos/
Intuere nunc/ quo eos sublevet

mentes/ ondens honorem tib
deo plenu condonatum/ Siqui-
dem etiam angelos qui nobis
supiores sunt/ ad nram salute
ministeriu suu exhibe precipit/
Tamquam si diceret/ Ad hoc creati/
hoc est angelice servitoris offi-
cium/ ad salutem nram ministe-
riu iubet soluere/ Proinde
hoc e opus angeloru et xpi/
ut omia fiant ꝑ salute pximor/
/ magis autem hoc e opus xpi/
Ipe em sicut dns saluat/ isti uo
sicut servi/ Et nos itaq dni et servi
sumus/ Sed tamen angeloru
conservi/ Quid igitur suspiritis
inqt ad anglos/ Servi sunt
filii dei/ et ꝑpter nos sepius diguntur/
/ et pro salute nra ministeria sua
ꝑsoluunt/ Que cum ita sint.
/ constat angelos nos esse con
servos/ considerate tamen/ quo no
nullam differentiam creaturis
acceperunt/ quamuis multu intersit
inter angelos et inter hoies/
Sed tamen ꝑpinquos eos nobis
fecit/ ut pene dicere videatur/ quia
nobis laborant/ ꝑpter nos
decurrunt/ nobis suo funguntur
officio/ Hoc e eoru ministerium/
/ ut ꝑpter nos ubiq mittantur/
Et harum reru exemplis/ pleni
sunt libri veteris testamenti/ pleni
etiam novi/ Nam et pastoribus
angeli ewangelizaverunt/ et ad
mariam angelus venit/ et Jo-
seph sepius ab angelo uisitatus
est/ et i monumento angeli sede

tes/ apparuerit et ad discipu
los angeli missi sunt dicentes
Viri galilei quid statis in
tendentes in celum // et petri
angelus absoluit de carcere / et
philippo angeli locutus fuit /
Intellige igitur nunc quantus
nobis honor existit / ut sicut
ad amicos ita ministros ange
los suos nobis destinet deus /
Nam et cornelio angelus astitit
/ et omnes apostolos angelus de
custodia eduxit / dicens / Euntes
state et loquimini in templo
plebi omnia verba vite huius /
paulo uero deus non angelus
apparuit // Intuere ergo eos
ministrum nobis propter deum crede
tes / et magna nobis officia per
ficientes / Ideo dicit paulus
Omnia sunt vestra / siue mors
/ siue vita / siue mundus / siue pre
sencia siue futura / missus est
quidem et filius / sed non sicut
minister / neque ut perfunctus celibus
officiis / sed sicut filius unigenitus
/ eadem patri suo volens / atque de
siderans / magis autem neque
missus est // neque enim de loco
ad locum pertransit / sed carnem
sumpsit // Isti autem per loca mu
tantur / et priora loca in quibus
fuerant deserentes / ad alia ve
nerunt transeuntes in quibus
non erant antea / Sed et hoc
confidenciam sistitat eis dicens
Quid veremini / nam enim vobis
angelicum ministrat officium /

Post ergo locutus est de filio
dei // tam secundum dispensacionem carnis /
quam secundum quod vniuersitatis est opifex /
locutus eciam est de regno eius
/ et equalitate honoris eius / unde
quod creatura non solum hominibus
sed eciam supernis virtutibus est / Iudi
cium postquam que despexit a
struxit // hortatur eos / ut animi
adiciant ea que illis annunciata
sunt dicens // Propterea habun
dancius oportet obseruare nos /
ea que audiuimus / ne forte ef
fluamus / Quare habundancius
dixit / hoc est / quam in lege sole
bamus / sed nomen legis abstulit /
Nam in astruccione sua mani
festum hoc fuit / Voluit ergo
hoc ponere nunc / cum eo annouet
et hortatur / Hic enim reducibi
lius arbitratus est / Hic enim inquit
qui per angelos primo dictus est
firmus / Et omnis preuaricacio
facta est et in obediencia / accipit iustam
mercedis retribucionem / Quomodo
nos effugiemus si tantam neglex
erimus salutem / que cum inicium
accepisset enarrari per deum /
ab eis qui audierunt in nos con
firmata est / Quare habundan
cius nos oportet seruare / ea que
audiuimus / Nomine et illa dei
sunt et ista / Habundancius ergo
dixit / aut quam solebant lege
/ aut hec amplius / Non enim illa
comparauit istis / sed quia multa
tempora magnum apud eos auctori
tatis pondus / vetus habebat

Capitulum
23

testamenti / hoc aut quia nouit
illis dicebantur / ne contempti
bilia iudicarent / ondit ex ha-
bundanti qm hec amplius ob-
seruare debemus / Et quod hoc
pene ipse dicens / Dei quidem
sunt et illa precepta et ista / sed
non sic / Et hoc quidem prefa
cionat / Nunc aute simplr
astruit / In posterioribus autem
manifestius illud confirmat
dicens / Si enim primum / illud
inquit inculpabile / et alia
huiusmodi plurima / Et iterum / qd' enim
veterascit / interitui proximum est /
/ Sed nunc adhuc / nec dum au-
det tale aliquid loqui in ipsis
exhordijs / usque quo preoccupet
et obtineat pluribus astructi-
onibus auditorem / Propterea inquit
habundancius oportet nos seruare
ne forte effluamus / hoc est
ne forsitam pereamus / ne forsitan
excedamus / Et demonstrat in hoc
loco / quantum malum in se ruina
possideat / Siquidem difficile
est / quod effluxit iterum reseruari /
/ qm ex negligenciae contingit
vicio / Sumpsit autem hoc verbum
ex prouerbijs / Fili inquit non effluas /
/ Sed etiam facilitatem lapsus
/ et mali perdicionis ondit / hec est
in obvia nobis a periculo non est
libera / Et per contraria que astruit
comprobat / qm maius erit incidere
supplicium / Et iterum relinquid
huius inquisicionem rei / ne ex-
concessione sua disputacionem generet

illis efficeret / hec est enim ipse mode-
stia disputantis / ut nulla gignatur
audientibus ex dissentiens sermone
molestia / / hoc autem mutatur
cum non in libro quod sequitur ipse
in conclusione constituit / sed
ipsum auditorem dominum et iudicem
facit / ut ipse sua deliberacione
conspiciat / quod sequitur / et spon-
tanea proferat voluntate
sentenciam / hoc enim modo etiam
ingenuos conficit animos
auditorum / dum nullo coge-
nte assuescunt recti tenere iu-
dicium / / facit hoc etiam in veteri
testamento propheta nathan / facit
etiam in euangelio secundum mathiam
xpus dicens / Quid faciet opera-
rijs / dum illius vinee / Et ipse
tacens illos compulit decretum
proferre suae / hec quippe maxima
victoria in disputacionibus solet
existere / Deinde Si enim qui
per angelos dictus est sermo factus
firmus / Non intulit / multo
amplius qui per xpm / sed hoc
quidem pretermisit / dixit aut
quod minus est / Quo effugiemus
si tantam neglexerimus salutem
Et intuere / Qualiter faciat
comparacionem Si enim qui per ange-
los dictus est inquit sermo / Illic
quidem per angelos / hic aut
per dominum / Et illic quidem sermo /
/ hic autem salus / Deinde ne
fortassis diceret aliquis o paule
ista que loqueris xpi sunt / pro-
inde ergo / ut fidem dictorum

probabilem reddat sig-
significat non solum a xpo
dicta esse / sed etiam nunc
a deo dici / Non simpliciter
voce / per aerem prolatu / sic
ad moysen / sed signis atque vir-
tutibus / factis ipsis attestantibus
rebus / Quid autem est / Si
enim qui per angelos dictus est sermo
factus est firmus / Nam in epistola
ad Galathas / ista quae diximus
dicit disposita per angelos in
manu mediatoris / Et ibi
/ Accepistis angelorum et non
custodistis / Et ubique per ange-
los eam esse datam dicit /
Quidam autem dicunt / quod
in hoc loco moysen tangit
/ sed non habet racionem / Angelos enim
in hoc loco apostolus dicit / et claret
/ quia de angelis celestibus hoc
loquitur / Quid ergo ait
enim Decalogum / significat /
Ille enim moyses loquebatur
et deus respondebat / Aut quia
presentes erant angeli dei / cum
lex daretur / aut certe de omnibus
hijs / que in veteri testamento
vel dicta vel facta sunt / quia
angelis ministris operantibus facta
sunt / Et hic quidem ista dicit
Sed quomodo alibi dicit / Et
descendit deus in quadam nube
Si enim per angelos dictus est magis
sermo factus est firmus / Quid est
factus firmus / videlicet verus / tunc
sic dicere / fidelis in optimo tempore /
et cuncta que predicta sunt receperunt
ipsis rebus effectum / Sive ergo

hoc dicit / sive quia permansit
sermo / et quidem commiando dixit
/ rebus constat impletum / sive
sermonem dixit precepta veteris
testamenti / plurima quippe et precepta sunt
mandata per angelos / quid ad
aliud ministerium mittebantur / sic
missi sunt ad moysen / et ad
iudices / et ad sampson / propterea non
dixit lex / sed sermo / Unde magis
michi videtur illa significare
que per angelos dispensata sunt /
Quid ergo dicemus / nisi quia
presentes erant angeli / quibus
fiat gens ista commissa / Et
ipsi erant qui tubis et buccinis
personabant / hoc est igne fumum
et nebulas / Et omnis ingressus pre-
uaricatio et inobedientia / Non dixit
quia plurimae aliquae / aliqua vero
non / sed omnis / hoc est nichil
remansit involutum / sed recepit
iustam mercedis retributionem / Mer-
cedem dixit mercedis retributionem / Mer-
ces enim in bono ponj solet /
/ sed iste mos est apostolo ut non
magnam habeat verborum
curam / vel differencie / Vel quod
in bono dicitur / Vel quod in malo
pro altitudine ponat / sicut alibi
dixit / In captiuitatem redige-
tes omnem sensum ad obedi-
endum xpo / Et ibi mercedis
receptionem / Dicens pro supplicio /
sicut et in presenti loco supplicium
mercedem nominauit / Item alibi
dixit / Siquidem iustum est apud
deum retribuere tribulantibus vos /

tribulacom requiem / hoc est
non pit iustitia · sed exequitur
deus / et tonubit uidicam suum
sup peccatores / quibus non omnia
manifesta sint peccata / nisi qui
precepta dispositi contempnunt /
Et quomodo nos inquit effugiemus
/ si tantam neglexerimus salutem /
Hoc significat / quia non
erat tuncta salus in veteri te-
stamento / Bene autem addidit
Si autem neglexerimus salutem
Non enim nos nunc de preliis li-
beravit / Non nobis terram
uel terrena bona largitus est /
Sed postquam fecit mortis in-
teritum / dyabolumque superavit
concessit victoribus regna ce-
lorum / vitam et beatitudinem
sempiternam / Hec quippe
omnia breviter intimavit dicens.
/ si tantam neglexerimus salutem
Et inde importat. Unde fide
digna / que dicitur efficiat
dicens / Que cum initium acce-
pisset narrari per dominum / hoc
est. si ab ipso fonte / hec que
divinus habuere principium. Non
ergo ab hominibus allata sunt.
non ab aliqua virtute collata
creata uel condita · sed ipse ea
nobis filius unigenitus inpartivit /
Ab eis inquit qui audierunt
in nos / Confirmata est /
Quid est confirmata est / certa
est atque perfecta / pignus inquit
habemus / hoc est non extincta
/ non diminuta est salus / qua

nobis attribuit / sed permanet et
prevalet inetiam / Causa uero huius
rei est / divine voluntatis opera-
tio / hoc est / qui a domino audierunt
/ a domino / apud nos expressius confir-
mauerunt Statibus / Magnum hoc
opus omnique fide dignissimum /
Sed etiam lucas dicit in princi-
pio ewangelii sui · sicut tradiderunt
nobis qui ab initio ipsi viderunt
et ministraverunt verbo · Sed
dicat aliquis / quomodo confirmata
est salus / Quid si ab hiis / qui
primum audierunt ista conficta / hoc
ergo refutat et ondit / non
esse huiusmodi habent gratiam / Neque
enim si hec conficta essent contesta-
retur illis divina potentia /
Propterea ergo intulit dicens / Con-
testante deo / testificantur quidem
et illi / testificatur et deus / Et
quo testificatur deus / neque uerbo.
neque voce / esset quidem hoc
dignum fide / Sed tamen virtu-
tibus et prodigiis et variis virtu-
tibus attestatur affluentiam
significans gratiarum / quod non erat
aput antiquos / neque tanta
signa / neque tam diversa prodigia /
/ hoc ergo dicit quia non simpliciter
est hoc creditum sed signa et pro-
digia · proinde dum illis credimus
Non illis / sed deo nos credere de-
claratur / Et spiritus inquit sancti
distribucionibus secundum suam voluntatem
Sed fortasse dicat aliquis / Quid
ergo / quia magi signa fece-
runt / et iudei in belzebub / De-

monia exclusisse dicebant/ Rursum propterea credendum est magis/ sed illi non talia signa faciunt/ propterea subiunxit apostolus dicens/ Variis virtutibus/ Illa enim non virtuti sed infirmitati potius tribuenda sunt/ quippe que fantastica et insania demonstrantur/ Id circo ergo intulit dicens/ Et spiritus sancti distribucionibus secundum suam voluntatem/ Hoc loco aliud/ etiam quidam eum significare puto/ Arbitror enim quod inter eos erant plures/ diuina carismata possidentes/ sed cessauerant apud eos/ velut qui segnes erant/ ut ergo eos consolaretur/ ne aliquam desperacionem inciderent/ diuine voluntati cuncta contribuit diuino que consilio/ Veluti si diceret ipse nouit/ quid cuique proficit/ vel cui quid sit ad commodum/ et ipse gratiam conducat/ Huic unicuique quod distribuit/ Nam et etiam ad corinthios facit dicens/ Deus posuit unumquemque sicut voluit/ Et hic/ Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem secundum voluntatem eius/ Ostendit ergo qui hec peccato secundum voluntate dei patris exhortatus est/ fortassis autem/ Vel propter mundam vitam/ vel solidam/ Non plures aput eos gratie munus accepant/ Aliqui autem plerique et vitam habentes mundam/ non accipiunt gratiam/ Quare/ ne in superbiam subleuentur/ ne insolentem ventositate iactancie/ ne altitudo muneris negligenciores efficiat/ Si enim et sine carismate ipsa per se/ munde vite consciencia ydonea est/ ut faciat arrogantia/ multo amplius quando superperceptam vitam carismatis munus affluit/ Proinde humilibus magis atque simplicibus/ carismata magis condonantur/ et maxime simplicibus/ In simplicitate inquit/ et exultacione cordis/ Hoc itaque sermone/ ac si negligentes erunt/ Etiam ad hortatus/ simul eos et compunctos reddit et attentos/ Qui enim humilis est et non deseminorem concipit existiacionem/ studiosior efficitur/ cum carismatis munus accepit/ dum enim iudicat preter dignitatem suam munus illud esse tributum/ amplius placare festinat/ Cuius corporem se dulcis existimat/ non sibi gracia largientis munus illud aduenisse arbitratur/ sed ex suorum debito meritorum/ Proinde hic homo inflatur ventositate superbie/ Id circo deus quemadmodum cuncta dispensat/ Quam in etiam quoque conuenire conspicitis/ Alius quidem habet facultatem sermonis ad docendum/ Alius autem neque os aperire valet/ Non contristetur inquit iste/ quia similem non habet gratiam/ Unicuique autem datur manifestacio spiritus ad utilitatem/ Si enim ho-

exhortatio/

Nota quod deus nouit quid unicuique sit utile

de dispensacione donorum dei secundum voluntatem eius/

Nota quod maxime carismata simplicibus condonantur et humilibus

humilis

Nota bene

Exemplum de dispensatione

Nota

Pecunia

Exemplum

patersfamilias / nouit cuicumque negotium qualecumque committere / multo amplius deus qui nouit cunctorum mentes hominum / qui cuncta cognoscit antequam fiant / Nunc est tantum tristia dignum / hoc est petere / Aliud uero nichil / Nec dicas quia ego non habeo pecunias / Si haberem pauperibus impertirer / Nescis o homo si haberes fortassis amplius auarus existeres / Aut quid de hec dicas / sed si tempus probaret experientia / Aliud forsitan appareres / Nam etiam qui sumus cibis saturati / putamus quia possemus longa tollerare ieiunia / cum uero nos admonuit saltem leuis esuries / alia nos desidia submittrahunt / Item / qui sumus ab ebrietate liberi / putamus illam nos superare passionem posse. Cum uero fuerimus illius morbi capti libidine / minime nobis proprium iudicium remanebit / Non ergo dicas / Quare non accepi gratiam docendi. Si enim haberem / decem milia hominum edificarem / Nescis quia si fortassis haberes ad iudicium magis haberes / Fortassis inuidia / fortassis desidia compellerent te talentum sub terra defodere. / Nunc autem istis omnibus liberatus es / nec culparis / si non distribuis annone singulas quibusque mensuras. Si autem illud haberes carisma / plenus culpis

esses obnoxiis / Sed et nunc non es sine carismate. In paruo demonstra qualis esse posses si maius illud haberes. Si enim nunc in paruo fideles non fuistis / maiora quis dabit uobis. / Unde ergo sicut illa uidua duos habuit obulos / et totum quod habuit misit totum quod habuit contulit / pecuniam quibus ostende nobis / quia ea tempore que parua sunt / ut credam tibi de maximis. Si uero nec ista / multo minus illa recompensabis. Ostende etiam in sermone tuo demonstra nobis quod eo competentem ueritatis in admonitione uel consilio tuo exprimis at si non habes eloquentiam at si non habes habundantiam sententiarum. Uerumtamen ista / istas communia. Si filium habes / si uicinum / si amicum / si propinquum / si suos admone doce / At si non uales in ecclesia publice / longum protelare sermonem / istis tamen uniculis posses consulere. Ad hoc non opus est Rethorica / non maior facundia. Unde in his quando si haberes facultatem sermonis / negligentia te nulla compesceret. Si autem in paruo non geris nullum studium / quo tibi de maioribus promittenti credemus. Quia uero hoc uniuscuiusque uult implere / Aduerte quid dicit Paulus Quod hoc et laycis imperauit / unusquisque edificet inuicem

predicator de operibus notet

non est murmurandum quod dona dei singula non dantur uni sicut alii

dolebat

/ sicut et facitis / et consolari
alterutrum in sermonibus istis / quod
unicuique distribuitur / Numquid
non / tu melior es moyse /
Adverte quid ergo merebat / Nu-
m ego illos tollerare possum /
quem dixisti michi / Porta illos
sicut solet nutrix parvulum
/ ad ubera pendentem / Sed
ergo / deus eduxit de spiritu eius
/ et dedit aliis / videns quia neque
dum eos ipse portaret eius
erat carisma / sed spiritus sancti
Si enim habes carisma o homo /
/ fortassis superbie te ventus ex-
tollet / fortassis mutareris
in peius / Non ita temetipsum
cognoscis / Sicut te deus ag-
noscit / Non ergo dicamus quare
hoc / et pro qua causa hoc / quia
deus aliquid dispensat atque di-
sponit / Non ab eo etiam vin-
dictam exigere festinemus / hoc
enim extreme impietatis est /
et celeratisque superbie / Servi namque
sumus / et servi multum distantes
a domino / neque ante pedes nostros
scientes quid agitur / Non
ergo perscrutemur divina con-
silia / sed quod nobis donare dig-
natus est hoc servare festinemus /
/ et si parvum sit ac si minimum /
hec enim agentes / probabiles
apparebimus / Magis autem
quicquid venit de divini numinis
largitate / nequaquam parvum esse
iudicemus / Doles quia caris-
ma docendi non possides /

Nota de ydo-
neis ad do-
na dei pa-
pienda :-

Nota carisma est maius
donum quam docere quam cecos
et morbos curare vel
mortuos suscitare :-

/ Dic enim michi quid tibi maius
videtur / An carisma docendi
an carisma morbos et egritu-
dines effugandi / utique istud
/ Quid item dic michi / Nonne
maius est oculos cecorum reformare /
quam egritudines propulsare / et
mortuos suscitare / nonne
videtur tibi maius esse / quam
cecis visum reddere / Quid
item / hoc ipso / nonne maius
est / tactu sudarii / vel umbra
sola corporis quam verbo perficere /
Quid ergo vis dic michi / su-
dario et umbra corporis tui /
mortuos suscitare / an docendi
carisma possidere / utique illud
eligis / ut mortuos tactu suda-
riorum tuorum / et umbra corporis
tui resuscites / Si autem tibi
monstravero / quia isto carismate
/ est aliud carisma / multo superius /
quod tibi dum sumere liceat
/ non appetas / nonne iuste
istis / ceterisque carismatibus / vacua-
veris / Hoc autem carisma quod dico
/ non unum vel alterum / sed cunctis
concessum est possidere / Ecce
quippe / quia attenti facti estis
et stupore perculsi / Si ergo au-
dientes / quia licet nobis maius
carisma possidere / quam mor-
tuos suscitare / quam cecorum ocu-
los reformare / quam illa cuncta
facere que sub apostolis memo-
rantur / fortassis etiam
non credibile putabitis / Sed
ergo hoc carisma scilicet caritas /

G 3

Sed crede michi, quia iste sermo non meus est, sed xpi per paulum nobis apertissime predicatus. Quid ergo dixit ille. Emulamini carismata meliora ad huc eminenciorem viam nobis demonstro. Quid dicit eminenciorem viam. Corinthii siquidem altum supercilium super donis munibus quod carismatum. Et qui linguarum habebant carismata quod est minimum ceteris aliquos arrogancius inflarentur. Dicit ergo. Si vos studium carismatum geritis. Ego vobis ondam viam carismatis eminentem. Non eminentem non simpliciter superiorem, sed eminentem seu ceteris prestantiorem. Deinde dicit. Si linguis angelorum loquar, caritatem autem non habeam nichil sum. Et si habeam fidem ita ut montes transferam caritatem autem non habeam nichil sum. Scire tibi carisma quod cunctis emineat, emulare illud, quod quippe carisma maius est quam mortuos suscitare, melius quam reliqua dona virtutum. Et quia sic est, advertere quid dixit ipse xpus discipulis suis dicens. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis. Et ondit in quo non dicens. Si miracula feceritis, sed si caritatem in quit habueritis ad invicem. Et ibi ad patrem dicit. In hoc cognoscent quia tu me misisti si fuerint unum. Et ibi ad discipulos suos dicebat. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. Qui ergo tales eciam ab eis qui mortuos suscitant, multo melior est atque preclarior. Et merito. Illud enim tantum divini constat esse carismatis. Hoc autem ad studium permanebit tuum. Hoc vero opus est xpiani. Hoc declarat xpi esse discipulum. Hoc manifestat que quod crucifixum esse mundo. Hoc ondit aliquem nichil in terra possidere. Preter hoc neque confessio valebit. Neque martirium proderit. Et ut agnoscas intuere hoc manifestius. Quippe sit enim beatus paulus duas formas, excelsas que virtutes. Maiores autem tercia. Unam ad miracula pertinentem. Alteram ad scientiam. Tercia vite conversacionis quod mitem possideret. Et tamen quamquam magne sint sine caritate nichil eas esse definiat. Et quo nichil sint ego dico. Si distribuam in quit omnia mea pauperibus, caritatem autem non habeam, nichil sum. Potest enim fieri ut sit aliquis distributor sue substancie et sit vacuus caritate. Et hoc quidem sufficienter a nobis in aliis dicta sunt. Ubi copiosius locuti

deligere sin minus

Caritas

C. 2

de caritate nos compulit
disputare. Ad illa ergo mit-
timus auditores. Iterum
fiunt sicut iam dixi. Simu-
lemur hec carisma. Dili-
gamus invicem et nullius
doctrine erimus indigni ad
consequenda virtutis insignia
sed omnia nobis facilia sine
ullo sudore constabunt et
studiorum nostrorum semper cur-
sus augebitur. Sed cum
inquis et nunc diligimus invi-
cem. Unusquisque habet amicos
et alios duos. alius autem
tres. sed hoc non est propter deum
diligere. sed quia ab illo diligeris.
Dilectio namque que propter deum
cuilibet impenditur non habet
tale principium. sed erga omnes
sicut circa fratres efficitur. Et quos
quidem fidei eiusdem esse cog-
noverit. ut puta vere christianos
fratres amplexatur et diligit. he-
reticos autem vel paganos
vel iudeos propter communem
quidem naturam fratres existi-
mat. testatur autem propter
quod in eis cernit errorem. et
contabescit pro eis et lacrimas
fundit. In hoc erimus similes
deo. si cunctos amemus. Quosdam
diligamus etiam inimicos
nostros. non autem signa vel
miracula ferimus. Nam et
deum ipsum admiramur quidem
miracula facientem sed am-
plius admiramur infestantem

Diliges ini-
micos

et longanimiter sustinentem.
Si igitur et in ipso deo illud
est amplius admirandum multo
magis in homine. Unde clarum
est quia hoc nos facit esse
mirabiles. Hoc igitur emu-
lemur. et nichil vel a pau-
lo vel a petro vel aliis
mille mortuos suscitantibus
nichil minus habebimus.
at si febrem fugare vel
morbos pellere non valemus.
Sin vero sine caritate sit ab
ipsis apostolis excellentiora mira-
cula faciamus. si nosmetipsos
propter fidem in mille mittamus
pericula. contendamus nichil nobis
utilitatis accesserit. Et hoc
non ego dico. sed ipse dominus
caritatis. ipsum ergo credamus.
ipsum plenius audiamus. Sic enim
potimus bona que promissa sunt
adipisci. Que nobis omnibus
contingat accipere gratia et
clementia domini nostri ihesu christi cum
quo patri gloria cum spiritu
sancto nunc et semper in secula
seculorum. Omelia iiii.

Non enim angelis sub-
didit orbem futurum
de quo loquimur. Te-
stificatus autem quidam
dicens. Quid est homo quod
memor es eius. Aut filius
hominis quoniam visitas eum. Ar-
guisti eum paulominus ab
angelis. Vellem manifeste
cognoscere si aliquid competenti

Hereticos iudeos et paganos quomodo diligamus

studio / ea q dicitur adiciat / aut si non iuxta viam semina iacemus / Studiosi quippe et nos docebimus / si nos studiose audire senciamus / Si cum tamen et si nullus audire velit / apostolus instantem nobis timorem dei attestare inquit plebi hinc / et si non audiat / tu absolutus eris / Si autem certus essem de vestro studio non solum propter timorem diceremus / sed etiam pro iocunditatem verba fecissem / Nunc autem ac si nullus audiat / ac si etiam michi res sine periculo / forte quod meum est impleo sed tamen non cum dilectione aliqua a me labor iste suscipitur / Quid ergo prodest / qui ac si ego non culper / ex vobis tamen profecit nullus / Si aut animadverterit quidam / non tanta nobis utilitas est / ex eo quod de pena liberabimur / quanta vobis accomodabit / caritatis mee profectus / Quo agitur hoc agnoscamus / intendam unumquemque vestrum / ut quos ex vobis non attentos cognovero / hos seorsum assumens interrogem / Et si repero / vel aliqua ex hiis que dicta sunt / retinere non dico omnia / hoc enim vobis non satis est facile / Et si pauca ex multis non ambi-

i. fenestra p dicens

gam ultra / Et oportebat quidem ut hec non premones in tantos cogitaderet / verumtamen etiam / si gratum est michi / si vos per voluntatem mee mentis invenero / Nam et sic quoque possum vos in tantus inquirere / Quia enim interrogabo predixi / quando autem interrogabo incertum est / Volui / fortasse hodie enim / fortasse cras / fortasse post viginti / vel triginta dies / fortasse post pauciores / fortasse post plures / Sic etiam deus diem definitionis mee / incertum effecit / et neque hodie / neque crastina die / neque post annum totum / neque si post annos plures immineat / incertum nobis esse permisit / ut expectationis merito / semper in virtute nos ipsos contineamus / Et quando consummaturi simus ex hac vita / dictum est / Sed vos neque promisi / sic etiam ego / Quando interrogabo dixi / Quando vero non addidi / volens vos hanc curam semper habere / Et nemo dicat quia ante quatuor ebdomadas et quinque et amplius hec audivi / et retinere non possum / Ea quis enim audierit talis esse cum retinere volo / ut eius memoria nullo oblivionis senectum patiatur / neque marcide suscipiat quod dicitur neque amittat / Volo enim vos retinere quod dico / non ut michi ea dicatis / sed vos lucrum feratis / nec michi

In certo d... mortis d... fecit qu...

totum studium est. Neces-
sarium quippe est ut iam ad supe-
riora revertamur. Quid ergo
hodie vobis propositum est ad at-
tendendum. Neque enim angelis
subdidit orbem futurum de
quo loquimur. Nunquid nam
de altero aliquo orbe dispu-
tat. Non ita est, sed de hoc.
Propterea hoc etiam addidit
de quo loquimur, ne mentem
auditoris errare relinqueret
dum alius quaeretur orbis.
Quomodo ergo eum futurum
vocat. Sicut enim et alibi dixit
Qui est forma futuri, de
adam et christo loquens in epistola
ad Romanos respectu temporis,
adam futurum secundum carnem
vocans christum. Etenim futurus
erat. Sic etiam nunc cum dicit
Quando autem introducit
primogenitum in orbem terrarum
ne putares alium orbem eum
dicere, ex multis hoc confir-
mat eo ipso quod dicit futurum.
Futurus quippe erat orbis.
Filius autem dei semper erat.
Hunc ergo futurum orbem
Non angelis subdidit, sed
christo. Siquidem ad filium
dictum esse inquit manifestum
est. Non enim quis dixit qui
angelis dictum est. Deinde
aliud affert testimonium et dicit
Testificatus est autem quodam
loco quidam dicens Quid

non ipsum nomen apostolus po-
suit sed abscondit. Facit hoc
etiam in aliis testimoniis, sicut
cum dicit. Quando autem
introducit primogenitum in orbem
terrarum dicit Et adorent eum
omnes angeli dei. Et item
Ego ero illi in patrem. Et ad
angelos quidem dicit Qui
facit angelos suos spiritus, et
Tu domine terram in principio fun-
dasti. Sic etiam hic inquit
Testificatus est quidam loco quodam
dicens. Et hoc ipsum existimo
non abscondentis esse, sed
ostendentis eos multam scientiam
habere scripturarum, ut nec opus
haberet nomen posuisse dicen-
tis, sed veluti de re manifesta
et in promptu constituta inducit
testimonium. Quid est homo
quod memor es eius, aut filius
hominis quoniam visitas eum. Mino-
rasti eum paulominus ab an-
gelis. Gloria et honore coronasti
eum. Omnia subiecisti sub pedibus
eius. Hoc enim et si de communi — communis humanitas
humanitate dictum est, tamen
magis hoc aptatur ad christum secundum
carnem. Nam omnia subiecisti
sub pedibus eius, ad illum
maxime pertinet quam ad alios.
~~filios~~ Filius quippe dei non
nos tanquam nihil extantes
despexit. Sed tamen ex nobis
assumens et adunans pluribus omnes
super nos est effectus in eo quod ei

subiecit omnia / nichil reliquit
non subiectum / Nunc autem
non dum videmus / omnia sub-
iecta esse Quod autem dicat
tale est Cum dixit / Donec
ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum / fortassis
autem adhuc merore afficie-
bantur / Deinde post hec
pauca quidem interponens
hoc testimonium intulit / confirmans
illud et ne dicerent / Quo inimi-
cos eius posuit sub pedibus eius
/ tanta nobis patientibus / suffi-
cienter quidem / et in anterioribus
significavit / quod enim dixit
/ Donec succedentem significavit
/ sed tempore procedente / Hic
autem hoc exequitur / ne-
forte / quoniam nec dum subiecti
sunt inquit / putes et non subi-
ciendos / Cum autem oportet subici
manifestum est / Etenim prophetia
propter hoc dicta est / quod porro
futurum promitteret / Eo autem
quod subiecit ei omnia inquit / nichil
reliquit non subiectum / Quo-
modo omnia ergo subiecta non
sunt / Cum futurum est subicientur /
Si igitur omnia oportet subici / nec
dum autem subiecta sunt /
nichil confiteris / Si enim sunt
advenientes / et omnibus subiectis
hec paterentur / quod pateris recte
doleres / Nunc autem nec dum
videmus omnia subiecta / Nec
dum imperator ea cuncta obti-
nuit perdicavit nova / nec dum
tempus in quo perficiatur sub-
iectio / Deinde alia consolacio /
Si enim etiam qui cunctos sub-
iectos est habiturus mortuus
est / et x milia passus / Quid
conturbaris / cum et tu pateris
Nunc enim autem videmus pau-
lulum ab angelis inquit mino-
ratum ihesum christum propter passionem
mortis Deinde intulit bona
et prospera Gloria et honore co-
ronatum Vide quo illi omnia
coaptavit / Etenim et ipsum quod dixit
paululum ei magis aptum est
eo quod tres solos dies in inferno
fecit / Nos tamen nobis / qui toto
tempore tribulamur / non possum
aptari / preter tamen assequi ali-
quatenus gloria et honor / sed
illi multo amplius quam nobis /
Deinde in mentem eius reduxit
cit / passionem crucis dum fa-
ciens / Et quantum curam de
hominibus habet ostendens / et per-
suadens omnia tollerare for-
titer / Dum magistrum ita fecisse
videret / Si enim qui ab angelis
adoratur inquit sustinuit
/ paululum ab angelis minorari
/ multo magis tu qui ab ange-
lis minor es / cuncta tollerare
debes pro te ipso / Deinde
ondit quoniam gloria et honor crux Crux
est / sicut ipse eam semper vocat
dicens / Et glorificetur filius
hominis / Si ille ea que pro

ferruis passus e / gl'am vocat / multo amplius tu q̄ pro dn̄o paterris gl'am putare debes. / Vides crucis fructus q̄ntus sit / amato ergo hanc rem / Triste quidem tibi uidetur / sed x milia generat bona. / Ondit etiam ex hoc temptati- onis utilitatem Ita dicens / q̄tenus gr̄a dei pro omnibꝫ gustauit mortem / Qualis inq̄t gr̄a dei Et ille quidem gp̄t dei gr̄am que nobis data est / hec passus est / Que pro filio inquit non pepercit / sed gr̄a fecit hoc / Et itm̄ in ep̄la ad ro͞s dicit multo magis gr̄a dei et donu͞ uni͞ ꝯ hoīs ih͞u xp̄i in multos habundauit. Qualis gr̄a dei pro omnibꝫ gustauit mortem / non pro fidelibꝫ tantum sed p omn̄ ist̄o mundo / Et ip̄e quidem p oibꝫ mortuus e / Quid autem / si non omnes credunt / Ille q̄d suu͞ erat impleuit / Et ip̄e dixit pro omnibus gustauit mortem / non dixit ut moret̄r / Verum enim / sicuti qui gustat / sic breue interuallum in illa faciens / confestim surrexit / Dicendo ergo / mortem et xp̄i passioꝫ mortis / manifeste mortem significat / Dicendo at q̄ ab angelis melior effectus est / res͞ꝫ declarauit / Sicut enim medicus non habens necessitatem

Ex cibis qui egro p̄paratur gustare / sed illi consulens primus ex illis cibis degustat / ut psuadeat egroto promp- cius illos cibos accipe. Sic et dn̄s / qm̄ omnes homines morte timebant / psuadens eis ut fiducialiter ad mortem accederent / et ip̄e gustauit mortem nullaꝫ hn̄s necessitatem / Veniet huius mundi princeps inquit et in me inueniet nichil. Sic e et hoc q̄d hic dicitur Gr̄a dei pro omnibꝫ gustauit mortem. Qd confirmans intulit dicens / Decebat enim eum p̄p̄ que omnia multos filios in gl'am induce- rem salutis auctorem eoru͞ p passionem ꝯsūmare De pr̄e hic loquitur Vidensque quo- niam omnia coaptat / Non enim hoc faceret si eius minoratione dignus esset / dicit per eum et veluti filio soli conuen- ret. Quod autem dicit / de- cebat / hoc e digne clemencie sue res erat ut p̄mogenitum clariorem ostenderet / et sicut athletam fortem et alios sup- antem exemplum aliis consti- tueret auctorem salutis eoꝝ. / hoc e causam salutis eorum. Vides q̄ntum e in medio nom̄ Et ip̄e filius et nos filii. Sz ille saluat / nos saluamur. Vi- des quomō nos et coniungit et discernit / Multos filios inq̄t

Crux | Passio͞ꝫ

Vsura

Gem

Gustauit mortem

inducens in gloriam. Sic con-
iungit inquit auctorem salutis
eorum. Sic discernit per pas-
siones inquit perficere. Ergo pas-
siones perfectiones sunt et causae
salutis. Vides quoniam mala pati
non est derelictorum. Si ideo in hoc
primum honoravit filium deus.
et per passiones eum induceret.
et revera multo maius est
carnem suscipere et pati quod passus
est. quam mundum hunc facere
et ex nullis extantibus perficere.
Hoc quidem clementiae est. illud
autem multo amplius. Quod
etiam ipse ostendens dixit. ut
ostendat in saeculis advenientibus
eminentes divitias bonitatis
suae. consuscitavit et sedere fecit
in caelestibus in christo Ihesu. De-
cebat enim eum propter quem omnia
et per quem omnia. multos fi-
lios in gloriam inducentem aucto-
rem salutis eorum per passiones
perficere. Decebat enim curam
de nobis agentem. et omnia
ut essent perficientem tradere christum
pro ceterorum salute unum pro multis
unum. non sic dixit sed per passiones
inquit perficere. Ostendens quia
qui patitur pro aliquo non illum
solum iuvat sed etiam ipse cla-
rior efficitur. Hoc autem ad fide-
les dicit. eos confidentiores
efficiens. Etenim tunc christus
glorificatus est. cum passus est.
Quando autem dico glorificatus est.

Non putes quia ei gloriae
quicquam accesserit. Illa quippe
gloriam naturae suae habuit sem-
per nihil assumens. Qui enim sancti-
ficat inquit et qui sanctifican-
tur ex uno omnes. propter quam
causam non erubescit eos
fratres vocare. Ecce iterum quo-
modo coniungit honorans eos. et consolans.
et christi fratres eos efficiens. secundum
quod ex uno esse eos dicit. Deinde
muniens sermonem suum. et
ostendens quoniam de eo qui secundum carnem
est dixit. intulit. Qui enim sanc-
tificat hoc est christus. et qui sancti-
ficantur hoc est nos. ex uno
omnes. Intuearis quantum interest.
Ille quidem sanctificat. sanctifi-
camur et nos. Et superius auctorem
inquit salutis eorum. unus inquit
deus. ex quo omnia. propter quam
causam. non erubescit fratres
vocare eos. Vide quomodo iterum ostendit
illius eminentiam. In eo enim quod
dixit Non erubescit declarat
Non naturae esse hanc fraterni-
tatem suis cum deo. sed miseri-
cordiae eius esse tantae. Qui
non erubescit et humilitatis
multae. Etenim si etiam ex uno
utrumque sanctificat. nos autem
sanctificamur. Et multum interest.
Ille quidem ex patre sicut
filius et proprius. hoc est ex eius essen-
tia. nos autem ex nullis ex-
tantibus. Multo igitur interest.
Propter quod non erubescit inquit

scet eos vocare dicens Annunc
ciabo nomen tuum fratribus meis
Carnem enim induens / induta
est / una et fraternitatem. Et inc
ducta est / simul etiam frater-
nitas / sed hoc quidem recte pfert.
Illud autem ego ero confidens
in eum / Quid sibi vult. et
tetra veluti ecce ego / et pueri
quos dedit michi deus / Sic
etiam hic prem eu ondit / sic
alhic frem Annunciabo inquit
nomen tuum fratribus meis / Pre
eminenciam demonstrat / et multu
interesse / pro ea q dicit. Quia
ergo pueri communicauerunt carni
et sanguini. Vides ubi dicit si-
tudinem secundum carnem / proxime
quippe etiam ipse eisdem par
ticipauit e. Erubescant omnes
hebr heretici / vocitentur confusione
/ qui putatiue eum dicit aduc
nisse. Et non vere / Non enim
dixit tunc particeps e istis
tantum et tantum / Quamuis
et si hoc diceret / sufficienter
dixisset / sed aliud amplius
posuit / hoc e proxime aditiens.
/ Non inquit fantasia / neque yma
go. Alioquin quod dixit proxime
non stabit / Sed vere ondit
fraternitatem / Deinde etiam et cau
ponit dispensacionis / Ut per
mortem inquit euacuet eum.
Qui potentatem habet mortis
/ hoc e dyabolum. Hic admirabile
quidem demonstrat / quia per quod

potentatem habebat dyabolus / per
hoc victus est / Arma quibus fuerat mors
illi fortia aduersum mundum.
hoc e mors per eam illum xpus
percussit / Hic magnitudinem
virtutis eius qui vicit insinuat.
Intueris quantum bonum operata
e mors. Et liberauit inquit
eos qui erant timore mortis
per omnem vitam obnoxii seruituti
Quare tremiscis / carnem / que
iam condempnata e / Iam iam
terribilis non est / sed conculcata
tata est / Contempta e / ex
trema facta est / et nullius
momenti / Quid aut e timore
mortis per omnem vitam obnoxii
erant seruituti. Aut hoc dixit
/ quia mortem timebat / Viuus
enim omnia patitur ne moriatur
/ Aut aliud quia sui omnes erant
mortis / et quia nec dum erat
saluti tenebantur ab ea. Aut quia
cum timore perpetuo viuebant
homines. Semper se mori ex
pectantes / nullum volupta
tis sensum capere poterant. Hoc
timore apud eos manente / Hoc
enim significauit dicens / Per
omnem vitam hic demonstrat
contribulatos / perpetuam passos
et putria et fra et tectis omnibus
priuatos / liberius degere et hone
stius ab illis qui constituti erant
in deliciis / qui nichil tale
passi sunt / quam in leticia degit.
Et quidem alii qui omnem vitam

sub timore mortis agebat
et servi erant / idem ab eodem
liberati sunt / et derident
eam / que alii horrescunt //
Tale enim est nunc / quale si
quisquam vinctum aliquem
productum ad mortem et
semper hoc expectantem pug-
nam videat multis delicijs /
Tale ad etiam mors erat
/ antiquo tempore / Nunc autem
veluti si quisquam illum timore
excludens / cum delicijs agens
pronunciatur / pugnaturum / et
proponat agonem / ut iam non
ad mortem sed ad regnum addu-
catur / Interrogatio Ex quibus esse vole-
bas / Ex hijs qui in custodia
permanserunt cottidianis die-
bus finiam suam intus exper-
tantes / An ex illis pugnaturis
quidem multum et laboraturis
tollentia voluntate ut dyade-
mata tamen regni suscipiant /
Intuens quomodo arripuit eorum
animum / et pendentes atque ex
pectantes efficit / audit autem
non mortem tantum quievisse /
/ sed per hanc etiam illum qui
adversus nos / bellum sine
federe semper instruit dya-
bolum dico evacuatum / Qui
No e mors timeda enim mortem non timet / extra
tyrannidem dyaboli est constitutus
Exhortatio / Et enim pellem pro pelle / et
omnia dat unusquisque pro anima
sua / quomodo etiam statuit

istam contempnere / cum erit
deinceps servus / nullum metuet /
/ nullum timebit / omnibus erit
superior / omnibus liberior / Qui
enim animam suam contempnit
multo amplius etiam alia /
/ Quando enim invenerit talem animam
dyabolus / nichil in ea sicut
operatum potuit operari / Quid enim
dic michi minetur / dampnum
pecuniarum / in honoratione enim
patrem eternam / sed hec parva
sunt ei / qui nec animam suam
preciosam existimat / iuxta beatum
Paulum attendens / quod quia
mortis tyrannidem excludit /
simul etiam dyaboli virtute
dissolvit / Qui enim de re ve-
ra multa philozaphari novit /
/ quomodo timeat mortem / /
quomodo iam arestat / Non
itaque contestationem dicetis / Quare
hec atque illa perpessi sunt / Qui
enim hec victoria clara preferit /
/ Non enim esset clara / nisi morte
mortem solvisset / Hoc autem
est mirabile / quia per eandem cu
vicit / per quam prevaluit / Ex
qua et facultatem eius et
solertiam ubique demonstrat //
Non ergo per damnum datum nobis
donum / Non enim accepimus
spiritum servitutis / sed spiritum virtutis
atque caritatis et temperantie //
Stemus ergo fortiter deridentes
mortem / Sed compellor
gemere amarissime / ubi nos

// sunt lamentantes
mortuos per
totum ad
finem
sermo-
nis

xpus extollit / ubi nos ipi deicimus / Cum video luctus in plateis et lamentaciones qui sunt super exeuntes ex hac vita / et ullulaciones / et inhonestates alias / Credite michi: confundor / et paganos et iudeos / et hereticos videns et omnes qui nos irrident / Quemadmodum illam dico / inaniter dico / De resurrectione philozophans dixi hoc. Quia non quam a me dicuntur attendunt pagani sed illa que fiunt a nobis / et consternati dicunt / Nullo ex istis aliquis poterit contempnere mortem / qui neque alterum potest videre mortuum pacienter / Bona sunt que dicta sunt a paulo / bona et celo digna et dei omnia / Quid enim dixit ut liberaret eos qui timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti. Sed non ea permittitis ut credant / vos ipi vobis ipis operibus repugnatis / cum eciam deus in modo nos dispexerit veniens ad hoc / ut hanc amputaret pessimam consuetudinem / Dic michi / Quid sibi volunt iste lampades festive / Nonne sic ad leta eas producimus / Quid eciam ymnum / Nonne ut deum glorificemus / et ei gracias agamus / qui iam coronavit descendentem / qui a laboribus liberavit de servitute ducens / apud semet ipsum habens / Nonne propter hoc psalmodia omnia ista gaudencium sunt / Gaudet inquit quis psallit. Sed non ad hoc attendunt pagani / nolo michi dicas / quemquam sine compassione plorantem / hoc enim nichil est magnum / neque mirabile / Quidem michi in ipa compassione in dolore plorantem / et tunc credam resurrectionem / Et quidem mulieres seculares hoc facere minime non est / quoniam eciam seculare est. Item eciam opere eandem exigunt phylosophiam / Apostolus quod paulus dicit / De dormientibus autem nolo vos ignorare / ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent / Non enim monachis scripsit hec / Neque virginitate manentibus / sed secularibus / Veruntamen hoc non ita seculare est / Cum vero quis aut mulier / aut vir crucifixum se xpo dicit / et coram aliis capillos dissipat / aliis vero ullulat / Quid hac turpius credite michi dixi / Si enim sicut oportebat fieret / multo tempore debebant hymnos ab ecclesie limine prohiberi / Isti enim sunt / qui vere digni sunt luctu / qui mortem timent / adhuc et horrescunt / qui resurrectionem adhuc non credunt. Sed non resurrectionem diffido inquit / sed consuetudinem ago / Quare ergo dic michi

qm̄ in longinquū proficiscaris
/ non eadem facis / ploramq̄
/ inquis . et tunc / et luctū ꝯcipio .
/ Sed illud vere consuetudine
ꝯquirentiū ē / hoc autem de con-
uersione desperantiū / Intel-
lige quid psallas / in illo tpe
reuertere anima mea in requi-
em tuam / quia dn̄s benefecit
tibi / Et michi / quo dicis .
/ dn̄s benefecit tibi . et lacrimaris .
/ Nonne scena est / ista / Nonne
ypocrisis / Si enim vere credis
verbis que dicis / superuacue luges
/ Si autem ludis et fingis . et
fabulas esse putas / Cur psal-
lis / Quare sustines ad te
venientes / Quare nõ pel-
lis a te psallentes / Sz furor
hoc facit / et illud amplior fu-
ror / Interim igitur moneo / antequam
accedente tempore / Vehementer
vtar hac causa / Et enim satis
timeo ne isto modo / pessimus
quidam morbus in ecclesia sub-
intret / et de luctibus quidē
postea corrigam / Interim hec
precipio et testificor / et diuites
/ et pauperes / et mulieres / et viros .
contingat quidem nos omnes
ex hac vita sine luctu migra-
re / et fm legem competentem
/ patres a filijs . et senes / deduci
et matres a filiabus / et nepotibus
/ et pronepotibus in pingui senec-
tute / et nusquam contingere im̄i
naturam mortem / Contingat

quidam hoc et presidentes / et
omnes vos rogo inuicem deū
deprecari / et communiter hanc oroz
efficere / Si autem quod absit / et
non contingat / amara quedam
mors / accidat / amara autem
dico / non maturam / neque enim
iam amara ē mors a sompno
minime distans / sed amaram
dico occidere / ad verum affectum
respiciens / et aliqui lamentatores
istos conduxerint / Credite michi
dicenti / Non aliter dico / sed
quomodo habeo / qui vult irascatur
per multum tempus ab ecclesia
eum vetabo / sicut ydolatram /
Si enim ydolatram vocat paulus
multo magis qui super
fidelem introducit ea que sunt ydo-
latrarum inducit / Pro quare
dic michi presbiteros vocas / et psal-
lentes / nonne ut consolacionem
capias / Nonne ut defuncte de-
honores / Quare illum igitur
iniurias / Quare eum exemplas /
Quare ludis sicut in scena /
Non enim venimus de resur-
rectione predicantes / omnia docentes
et vos qui nec dum persuasi sunt
per honorem qui illi tribuitur /
Si quis aliquid tale contigerit
ferre fortiter / tu autem aduocas
eos qui nos condempnant //
Multum interim ad ipsos perti-
net / Quid hoc tristicie et
inductione peius / Quid hac
inequalitate grauius / Considerimi .

et erubescite/ Si aut(em) no(n) vult(is)/
nos non patimur amplius
talia/ mortifera in etiam divi-
p(ro)ttantes inquit ap(osto)l(u)s in con-
spectu om(n)i(u)m argue/ Et mulie-
bus illis miseris p(er) nos p(ro)hi-
bitionem hanc dico/ ut nu(m)-
q(ua)m mortibus fideliu(m) aut ex-
portacionibus ingrediant(ur)/ ut
ne v(er)e ista mala eas co-
gamus lugere/ et doceamus
ut non in alienis hec faciat/
sed p(ro)prias magis calamitates
lamentent(ur)/ Idem (et) p(at)re miseri-
corde/ q(ui) filiu(m) inordinatum
habet/ non illum solu(m) mo-
net ut non iungatur malig-
nis/ sed etiam illos terret/
Dico igit(ur) (et) vob(is) (et) illis mu-
lieribus p(er) nos amonens dico/
ut neque conciones tales/ neque
ille adveniant/ Et contingat
quidem hoc verbu(m) amplius
opari/ aut hus minas pre-
ualere/ Si uero q(uod) absit co(n)-
dempnatur/ Et compellatur
iam in actu adducere minas/
Nos quidem legibus ecclesi-
asticis cohercebimus illas sic(ut)
illis competit/ Si u(er)o aliq(ui)s
p(ri)ncipu(m) inventus condempnat/
Audiat etiam xpm nunc di-
centem/ Si quis peccauit in te
vade argue eum inter te (et)
ip(su)m solu(m)/ Si autem no(n) ob-
audiat/ assume tecum unu(m)
aut duos/ Si etiam sic re-
sisterit/ dic ecclesie/ Si autem
(et) ecclesiam contempserit/ sit
tibi sicut publicanus (et) ethnicus/
Si ergo eum qui in me
peccauit cum non obaudierit
/sic adversari iubet/ qui in
ipsum peccauit/ (et) in deum quo-
modo hec debeo nos iudicare
/Vos enim vos non culpatis
/sed molliter agentes vobiscum/
Si autem aliquis contempnit
ligatores q(ui) a nobis fiunt/ tunc
(et) ip(su)m xpus docebit dicens/
Quecumque ligaveritis in terra
erunt ligata (et) in celo/ Et q(ue)-
cumque solveritis in terra. erunt
soluta (et) in celo/ Et si nos etiam
miseri/ (et) nulli sumus/ (et) contemp-
ti digni/ sicut (et) digni sumus/
/sed non nos ipsos vindicamus/
Neque iram reddimus/ sed de vestra
salute cogitamus/ Pudeat vos
rogo (et) verecundemini/ Si enim
amicum quis peccat vehe-
mentius peccat/ q(uo)m oportet
secum agentem intencionem
eius discutiens/ (et) ex benig-
ne non ex iactantia hoc fa-
cit compiens/ Nonne multo
amplius ut doctorem ip(su)m
no(n) ex sua aucte dicentem/
nec uite iudicis/ sed uite cu-
ram gentis suscipiat/ Non
enim potestatem nostram demirare
volentes h(ec) dicimus/ Quoniam
namque qui ad exprimendum cor(um)
que dicimus optamus venire

/sed pro nobis dolentes lu-
gemus/ Ignoscite autem et
nemo condempnat vincula
ecclesiastica/ Non enim homo est
qui ligat/ sed xpus/ qui nobis
ptatem hanc dedit/ dominos
fecit homines tanti honoris
Et nos quidem ad solvendum
volumus uti hac ptate/ Magis
autem neque huius rei necessitatem
habere volumus/ Neminem quippe
desideramus ligatum esse aput
nos/ Et non enim tantum sumus
miseri et infelices/ ac si valde
nulli sumus/ Si vero coacti fue-
rimus ignoscite/ non enim vlt
neque volentes/ sed plus aliis
/qui ligantur dolentes/ ligatos
inferemus/ Si autem aliquis
contempnit ista/ instabit tem-
pus iudicii/ ubi docebit/ Certa
autem volo dicere/ ut compucia
mentes vestras/ Nos enim primum
quidem oramus/ Non ad hanc
necessitatem venire/ Si autem
venimus quod nostrum est implemus/
/circumferimus vincula/ Si autem
quisquam hoc rupit/ ego quod meum
est impleo/ et innoxius sum/ De-
cetero autem erit tibi reus apud
illum/ qui michi iussit ligare/
/Namque si imperatore presidente/
armigerorum ~~quisquam~~ aliquem
astantium iubeatur aliquem
ex ordine officii ligare/ et vin-
cula circumferre/ ille autem non solum
expellat illa vincula/ sed etiam

confringat/ Numquid armiger
ille est/ qui iniuriam perpessus
est/ Nonne imperatori multo
amplius qui iussit/ Si enim
que circa credentes fiunt/ ipse
sua gratia dicat/ quanto magis
/quam ille qui doctores constitutos
/iniuriam contulit/ veluti si
ipse iniuriaretur accipiet/ sed
non contingat quemquam eorum
/qui in ecclesia sunt ad necessitatem
horum vinculorum venire//
Sicut enim non peccare bonum
est/ Sic tollerare correptionem
utile est/ Tolleremus itaque in-
crepationem// et fecerimus quidem
non peccare/ Si autem peccaverimus
simus correpti/ Sicut enim bonum
est non vulnerari/ Si autem
contingat medicamentum
imponere vulneri/ necessarium est.
/sic et hic/ Sed non contingat
quemquam talibus egere medi-
camentis/ Confidimus de vobis
meliora/ et ad salutem pertinen-
cia/ Tamen et si sic loquimur
/et vehemencius fortasse locuti
sumus/ pro ampliore cautela
/melius quippe est asperum
quemquam et dicacem et audacem
putari a vobis/ quam nos que
deo placent non facere/ Cre-
dimus autem deo/ quod non erit
vobis inutilis hec increpatio/
sed sic imitabimini/ ut faciamus
nos istos in laudibus/ vitas
expendamus/ ut obtinere possimus

no[ta]

ex[emplu]m de ptate ecc[les]ia[sti]ca

possim bona / que promisit
deus cunctis diligentibus
eum in xpo ihu dno nro
Cum quo patri gloria vna cu
sancto spiritu / nunc et semper in secula
seculorum amen. Omelia v. sermo quintus

NOn enim quoque angelorum
apprehendit / sed semen
abraham apprehendit.
propter quod debuit secundum omnia fra
tribus similari. Multitudinem dei
misericordiam volens paulus
demonstrare / et caritatem quam
circa genus humanum habuit
postquam dixit / Quoniam ergo pueri
communicauerunt carni et sanguini.
Et ipse similiter participauit eisdem.
Consequitur amplius hunc locum
/ non simpliciter audias quod dictum
est. Neque enim aliquid esse
putes quoniam tamen ex nobis as
sumpsit / angelis hoc non dona
uit. Neque enim quoque angelorum
apprehendit / sed semen abraham.
Quid est quod dixit / non angelorum
naturam suscepit / sed naturam
hominis. Quare non dixit su
scepit / sed isto verbo usus est
hoc est apprehendit ex metha
fora / in sequentium eos / qui
vertuntur et omnia faciunt
/ ut fugientes occupet / et ut
apprehendere / valeant in plenum
fugientem quippe cum ipsam naturam
humanam / et longe fugientem /
Christus autem longe insecutus
apprehendit / Ostendit igitur quoniam

misericordia sola et gratia et cura
quam de nobis habuit hoc fecit.
Sicut etiam cum dicit / Nonne
omnes sunt ministri spiritus / in ministerium
missi propter eos qui hereditatem capi
unt salutem. Ibi cum tu festi
nauit circa naturam humanam ondit.
Et quoniam multa cura est ei de
illa / hic multo amplius est quod
ponit ex comparatione. Non enim
angelorum quoque apprehendit.
Et vere magnum et admira
bile et stupore plenum est carne
nostram sursum sedere / et ado
rari ab angelis. et archangelis
et cherubin et seraphin. Hoc
sepius ego in mente versans
excessum patior / et maiora
de genere humano imaginor /
Maiora quippe video / et
clara exhordia / Multum
quippe dei festinauit pro nostra
natura. Et enim non homines
dixit simpliciter apprehendit /
Sed volens eos extollere et ostende
re magnum genus eorum et honora
bile dixit. Sed semen abra
ham apprehendit / Unde debuit
secundum omnia fratribus similari. Quid
est secundum omnia. Natus est inquit.
/ educatus creuit / passus est.
/ omnia que optauit / In fine mor
tuus est. hoc est secundum omnia fratribus
similari / Quoniam quippe dixit / mul
ta de maiestate eius et superiore
gloria / iam de dispensatione
mouet sermonem / Et contemplemur

cum cõita sapia / quo illu
ondit multu studiu habitez
/ ut nobis similaret / qr fuit
circa de nobis curam plurima
gerentis / Dicens eni sup(er)i(us)
qm pui cõicauer(unt) carni et
sanguini / et ipse simil(ite)r p(ar)ticipat(us)
est eisdem / Et hic dixit p(er)
oĩa fr(atr)ibus similari quasi
dicens / Qui tam magnus
e / qui e splendor glie / et ca-
racter sbe qui secula ferit /
Qui sedet in dextra p(at)ris.
Iste volut et studuit fi(er)i nr
in omnibus fiel / Et p(ro)p(ter) hoc
angelos reliquit / et alias vir-
tutes. et ad nos descendit. et
nos apphendit / et x milia
opat(us) e bona / ch(ar)tem soluit
/ Dyaboli tyrannidem ex-
clusit / nos de s(er)uitute eduxit
et liberauit / Non sola fr(ater)nita
tate honorauit / sed alijs
decem milib(us) / Siquidem
et sacdos m(iseri)c(ors) fieri voluit aput
prem / Infert eni ut misericors
fiat et fidelis sacerdos / In hijs
que sunt ad deum / Ppt hoc
inquit carnem assumpsit no-
stram / p(ro)p(ter) misericordiam sola
ut misereatur nri / No est
eni alia quedpiam causa di-
spensationis que h(ec) sola / Vi-
dit quippe hui iacentes. per-
euntes a morte. tyrannide
patientes / Et m(isericor)s e ut
ppiciaretur pctis p(o)p(u)li ut

misericors fiet et fidel(is) sacdos.
Quid e fidel(is) / verus. potens. Sacdo verus
Sacerdotis eni fidelis e. posse
eos quoru e sacdos liberare
a pctis. Vt ergo offerat sac-
rificium / quo poss(it) nos mundare
/ p(ro)p(ter) hoc factus e homo / Et in-
tulit In hijs que sunt ad deum
hoc e circum reru g(e)n(e)ra. que
ptinent ad deum / Ex purgandi
eni eram(us) inquit culpabiles
deo / in honorati / Nemo erat
qui offerret pro nob sacrificiu / No(ta)
Vidit nos in hijs constitutos.
/ et m(isericor)s est / non constitues
nobis sacdotem / sed ipse fact(us)
e sacdos / Et quo fact(us) e fidel
intulit ad ppiciandu pctis p(o)p(u)li /
In quo eni passus e inquit. ipe
exptus / potest et nos q(ui) tepta-
mur iuuare / Satis humile / hoc Ca(pitulu)m
e minimum et indignum deo /
In quo eni passus inquit / ipe de Ca(pitulu)m 3(m)
incarnato hec dixit. Et ad-
satisfaccione dictum e. et p(ro)p(ter)
corum infirmitatem hoc e
inquit. p experimentum eoru
que patimur / Veniens iure
non ignorat passiones meas.
Non sicut deus solus nouit.
sed etiam sicut homo cognouit
p experimentum / p q(uo)d temptat(us)
est passus multa nouit com-
pati. Et licet impassibilis sit
deus / sed ea q(ue) carnis sunt hic
narrat / Veluti si diceret. Et
ipsa carne xpo multa seua pas-

sa est / Nouit quid e tribulatio.
Nouit quid e temptatio patie-
tium / non minus a nobis etiam
ipse passus e. Quid ergo est
qd dicit / pt eos qui temp-
tantur adiuuare. Tamqua si qs
dicet. Cum multa alacritate
ptendet manu ad operandu.
Quia enim volebant / magnu
aliquid et amplius habere ab
eis qui erant ex gentibus.
Ondit in hoc eos plus habi-
tos in quo nichil nocebat
eos / qui erant ex gentibus / Pz
e autem hoc / quia ex ipsis
e salus / quia ipsos apprehendit
primu / quia inde assumpsit
carnem / Non enim angelorum
quippe apprehendit / sed semen
abraham apprehendit. Honorat
et patriarcham p hoc / et ondit
qui e semen abraham / Co-
memorat eos promissionis
que ad eos facta est: p qua
dictum est. Tibi et semini tuo
dabo terram hanc. In modi-
co ondit ppinquitatem / qz
ex vno sunt omnes / sed no
erat multa ppinquitas illa.
Venit itaque ad istum et tremo-
rat dd / in dispensationem.
que e p carnem et dixit /
Erat quidem et ipm velle fieri
hominem / multe cure digne
et caritatis / Nunc aut non
hoc solum est / sed etiam bd
in mortalia que p eu nob

tributa sunt / ad ppitiandum
inquit pcta ppli / Quare
non dixit mundi / sed ppli dixit.
Nam omne pctm sustinuit / Sed
quia interim de ipsis vtebat
smo / Nam et angelus Joseph
dicebat / Vocabis nome eius
Jhm / Ipse enim saluabit pplm suu /
hoc quippe primu optebat fieri
et pp hoc venit / ut istos sal-
uaret / et tunc p istos illos ta
et si eronce contingit / Hoc etiam
apli ab ipso initio dicebant
/ vobis suscitans filiu suu misit
benedicentem vos / Et iterum / Vobis
primo salutis missus e / Ghenosi-
tatem hic ondit iudaycam
dicens Ad ppitiandum pcta
ppli / Interim pt dixit / Quia
enim ipse est / qui pcta etiam di-
mittit / Et manifestavit in pali-
tico dicens / Dimittuntur tibi
pcta tua / Et in baptismate
Dixit enim ad discipulos suos
/ Euntes docete omnes gentes
baptizantes eos / In nomine p
et fi et ss. Cuius aut carnem
apprehendit paulus dicta ia
humilia loquitur Vnde fratres
Attende quid iam dicit / Quia
pp fratres sancti vocationis celestis
participes Intelligite aplm
et sacerdotem confessionis nostre
Jhm xpm fidelem existentem
ei qui se fecit sicut moyses in
omni domo eius Primitus eu
moysi p comparationem in lege.

sacerdocium / hiuit suam cum dixit /
/ non enim minorem opinionem
habebat de moyse omnes / pter-
mittit iam signa excellentie
/ et incipit quidem a corpore /
Ascendit autem ad dignitatem
/ ubi iam non est comparatio /
cepit interim a ratione / que equale
est ponere / et dixit / Sicut et
moyses in omni domo eius. et
non statim principio demonstrat
excellentiam / ne auditor
exiliat / et obtineat auditus /
Ut si enim fideles erant / Sed
tamen adhuc multam devo-
tionem habebant circa moysen
fidelem inquit existentem
ei / qui fecit apostolum et sacerdotem /
/ Nichil hic de essentia loquitur /
neque de dignitate / sed interim
de dignitatibus comparavit / Sicut
et moyses in domo eius / hoc
est in populo aut in templo / Hic
enim cum domo eius dixit / tamquam
si diceret de hiis qui sunt
in domo / sicut aliquis pro-
curator / aut dispensator domus
sic erat et moyses / quia
populum vero domum dicit / Multe
dei domus sumus nos / hoc
est creatura eius sumus / de-
inde etiam excellentiam signi-
ficat Amplioris enim dignus
factus est glorie / quam moyses /
Iterum redit ad rationem /
Tantum quod ampliorem honorem
habet domus / qui construxit
eam et ipse inquit de domo
erat et non dixit / iste quidem
servus / ille autem dominus / sed hoc
latenter significavit / si domus
erat populus / et ipse de populo
erat / et ipse igitur de domo erat /
Sicut enim et nobis usus est dicere /
Ille ex domo illius est / hic quippe
non apostolum templum dicit / non
enim illud deus construxit sed
homines / Qui vero fecit eam
deus est moysen dicit / Et
intuere quomodo ostendit excellentiam
latenter / fidelis inquit in omni
domo eius / et ipse est ex domo
hoc est ex populo / maiorem habet
honorem qui fabricavit eam
quam domus / Et non dixit
quantum maiorem habet honorem
ab operibus artifex / sed quam
domus qui construxit eam / Qui
autem omnia construxit deus i. creavit
est / Vides quomodo non de templo
dicit / Sed de omni populo / Et
moyses quidem fidelis in omni
domo eius / sicut servus in
testimonium loquendorum / Ecce
talis excellentia que est a filio
et a servo / Attende etiam quomodo
proprietatem per filii appellationem
significat christus / christus sic filius
in domo eius / Vides quomodo factu-
ram et factorem distinxit / quomodo
servum et filium / et ille quidem
in paternas res sicut dominus
ingreditur / iste autem sicut
servus dei / Domus sumus dei

nos / si quidem fiduciam
et gloriam spei usque in finem
firmam teneamus / Sic item hor-
tatur eos stare fortes et no
vere sub domus quippe dei
erimus / quod erit moyses / si fidu-
ciam et gloriam spei usque in fi-
nem firmam teneamus / Qui
enim dolet in quit in tempta-
tionibus / Et qui subruit non
gloriatur / qui erubescit qui
abscondit fiduciam non
habet // qui dolet non gloriatur /
Deinde laudat eos dicens.
Si quidem fiduciam et gloriam
spei usque in finem firmam teneamus
Ostendit quia iam ceperunt / Ipsi
autem usque in finem et simpli-
citer non stare / sed firmam
habere spem in sanctificatione
fidei / non commotos a tempta-
tionibus / Dicit enim scriptura de
patre / Qui non est in carnatus
De celo prospexit dominus et vidit
filios hominum / hoc est integre
omnia cognovit / Et item / De-
scendens videam secundum clamorem
eorum si consummaverunt / Et item
non potest deus ferre necessitates
hominum / Habundantia re ostendit
scriptura divina / multo magis
de christo / qui etiam passus est
in carne / Dicitur ista / quia
enim mos hominum experimentum
rebus omnibus credibilibus
putat / et quod per ista vult osten-
dere // quia quod passus est

/ scit in quit quod patitur / hoc
est humanum nam Quia et ipse
sic quid dicit / Unde fratres
ipse posuit vocationis sancte
participes michi illuc
sed illuc vocati estis / illic est
vires illic est retributio / Quid
ergo / considerate apostolum sacer-
dotem confessionis vestre ihesum
christum fidelem esse ei qui fe-
cit sicut et moyses in omni
domo eius Quid est fidelem — Zelus
existentem ei qui se fecit hoc
est devotum et defendentem
ea que sunt eius / non per-
mittentem ea corrumpi / Sicut
et moyses in omni domo eius
Cognoscite quis est principis sacerdos
et qualis et non habetis opus
consolatione alia neque conso-
latio / Apostolum autem illic vocat
/ ipse quod missus est / primum autem
sacerdotem in quit confessionis
vestre hoc est fidei / et isti pluribus
commissum est Sicut et illi con-
missum ~~est~~ est regnum ipsi
/ sed habent maiora / ad melio-
res causas commissa sunt In
testimonium eorum que dicenda erant Et
dicit Quicquid testimonium hominis
accipit deus / Et valde Sic
enim celum contestatur et terram
et colles dicens propheta Audi
celum et auribus percipe terra
/ quoniam dominus locutus est Et audi-
te valles et fundamenta terre
quoniam iudicium ad populum eius / multo

magis homines vocet / hoc
est sicut testes / Quando considerantur isti / xpūs aut sicut
filius / Ille quidem de alternis curam gerit / hic autem
de propriis / sed etiam gloriam dei
Unde dixit / qui omnia bona sperant / Si autem eam hic
expectet / ut etiam glorientur qui
eam habent / sicut de iam factis
Propter hoc dixit glorificacionem
spei / Et infert usque in finem
teneamus firmam / Spe enim
salui facti sumus / Et igitur spe
salui facti sumus / et propriam
expectamus / nullo merore affligamur in presentibus / neque contristemur quoniam / que futura nobis
promissa sunt / Spes enim que
que uidetur / non est spes / Sola
enim percipere non possimus in ista
penali uita / Quare ergo ea
nobis predixit / si non erat hic
daturus / ut promissione animas
nostras recrearet / et sponsione
confortaret desiderium / ut erigeret mentem nostram / idcirco
omnia facta sunt / Quid ergo
turbamur / nemo uidens
malignos prosperitatem habentes
turbetur / Non est hic retribucio / neque magis malignitatis
nec virtutis / ac si aliquando
contingit / ut aliqua sit retribucio uel malicie vel virtutis / non tamen secundum quod
dignum est / sed simpliciter veluti

exhortacio

gustus quidam iudicii / ut qui
resurrectionem non credunt talibus
doceantur / Cum itaque uidemus
malignum ditescere / non subvertamus / Et cum uidemus bonum
mala pati / non turbemur /
Illic corone / illic supplicia / Est
et alia racio / quia non potest
uel malus in omnibus esse malus
/ sed habet aliqua bona / neque bonus in omnibus esse bonus / sed habet
aliqua peccata / Quando ergo
prosperitatem habet malus / malo capitis sui habet / Cum enim pro illis
bonis suis paucis retribucionem
hic accipit / illic iam plenius
punietur / Propter hoc autem hic
accipit recipit / Et iterum Qui
ille est maxime qui punitur
/ ut omnia exponens delicta
probatus et purgatus hinc exeat
/ et in nullo obnoxius / Paulus
docens dixit / Propter hoc in vobis
multi infirmi et egroti / et dormiunt plurimi / Et iterum / Tradidit
huiusmodi sathane / Et propheta
inquit / quia suscepit de manu
domini (i. pro omnibus peccatis) dupla peccata / Et iterum dauid
Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt super capillos capitis
mei / et odio iniquo oderunt me /
et dimitte omnia peccata mea /
Et iterum alius / Pacem da vobis
omnia reddidisti nobis / Et hec
quidem ostendentes sunt / bonos
supplicia pro peccatis hic recipere /
Ubi autem ostendit bona malos

i. despernimus

de prosperitate malorum adversitate bonorum

hic recipe

bit recipe / illic autem ple-
nius puniri / Audi abraham
dicentem / recepisti bona in
uita tua · et lazarus mala ·
Secularia bona dicit In eo quod
dixit accepisti · ondit secundum de-
bitum utrosque passos · Et illum
quidem in prosperitate · illum
autem in aduersitate constitutum
no e dolendu cum malis bonis bonis male si succedit — Et dixit · propter hoc iste consolatur ·
/ Vides enim illum purgatum
a peccatis · Et tu in doloribus cru-
ciaris · Non igitur doleamus
.i. viteris — qui bonis potientes · Videmus
bic peccatores · sed qui mala pa-
timur gaudeamus · peccatorum
quippe est expiatio · non ergo que-
ramus relaxationem · tribulationem
quippe promisit xpistus suis
discipulis · Nam et paulus · Et
omnes qui uolunt pie uiuere
in xpisto persecutionem patiuntur · Nec
fortis athleta in stadio · lauan-
tia querit et mensam repleta
cibis et uino · hoc non est athlete ·
/ sed delicati / Athleta enim pug-
nat cum puluere · cum oleo · cum
radio caloris · cum sudoribus
multis · tribulationibus et angu-
stiis · Agon est · hic est et pug-
nandi tempus / proinde etiam
necessitas uulnera suscipiendi et
sanguinem perfundendi / et dolendi ·
Audi quid dicit beatus paulus
Sic pugno · non uelud aerem
uita pius agon est — cedens · omnem enim uitam in agone
constitutam esse putemus · et
numquam requiem queramus · neque
tribulati miremur · Et quidem
neque qui celestibus pugnat
miratur · cum se in agone ui-
derit · Aliud tribulationis · aliud
est remissionis tempus · Oportet
autem nos per tribulationes perfici ·
presentium neque presencio aliquis sit neque
tribulatio · Sed tamen sunt
alie tribulationes per dies singulos
nobis accidentes · Si autem
istas non portamus · illas por-
tabimus · temptatio inquit
nos non apprehendit nisi hu-
mana · Oremus quidem deum ·
/ non intrare in temptationem ·
/ si autem intrauerimus · portemus
fortiter · Illud quidem temera-
rium hominis est · ut se aliquis in
pericula precipitet · hoc autem
fortium et preliorum · Non itaque nos
precipitemus quolibet · temeritatis
quippe est · Neque uero cum ducimur
rebus sic uocantibus resiliamus
/ timoris namque hoc est · Est
siquidem predicatio ubi nos
uocauit · non renuamus · Et
de oportunia susceptione predicationis et excusatione — simpliciter dico · Non ex causa
neque utilitate aliqua · neque
necessitate · que ad pietatem
pertinet uocante · non renuamus ·
Ostentatio quippe est · et ambi-
cio honoris superflui · Si autem
aliquid eorum que leduntur pie-
tatem contingat · ac si mille
mortes / milies nos sustinere
oporteat · nichil renuere debemus

Non provocetis temptatores.
/ quando tibi ea que ad pietatem
Non est provocanda temptatio. pertinent pro voto procedunt.
Si vero desiderans / superflua
tibi assumis periculo nullum luxu-
riantia. Hec dico volens vos
custodire leges xpi iubentis
orare ut non intremus in
Nota temptacionem. Et iubentis ut
crucem suam tollat quis et
sequatur xpm // Hec quippe
non sunt contraria / sed val-
de convenientia / Tu quidem
esto paratus sobrius vigilans
semper hostem expectans /
Bella autem non excites / hoc
quippe non est militis sed
sedicionis / Si vero tuba pie-
tatis vocauit / confestim pro-
cede et contempne animam / et in-
gredere cum multa claritate
in agonem. Rumpe aciem
adversariorum. Conculca faciem
dyaboli. statue tropheum.
Si autem nichil pietatis le-
vel insultet acri pat rebellisset datur / neque depopuletur
aliquis que ad nos pertinet
/ dogmatum. Sed autem ea
que pertinent ad animam / neque
cogat aliquis facere quod deo
non placet / noli esse superflu-
us. Sanguinis oportet esse ple-
nam karitatem. Sanguinem
provocatio ad effusionem sanguinis autem dico / non ut aliorum
effundamus / sed ut pati nostrum
simus effundere / Cum tanta
igitur alacritate proprium sanguinem

effundamus / quantum pro xpo hoc erit
/ cum quanta aqua quis effu-
dit / Etenim aqua et sanguis
circumfusus corpori / cum tanta
facilitate tamen spoliari dein-
/ cum quanta et vestimenta / Hoc autem
erit / si non earum pecuniis
dediti / si non de omnibus / si
non affectionem / si ab hominibus
earumque separati / Si enim qui Si facile est xpo pati si
militarem vitam vivunt omnibus non corporaliter alteri
abrenunciant / et ubique terrenis
bellum notauit / ubi assunt
et vias invadunt / et omnia cum
alacritate sustinent / Multo Invidia
amplius nos xpi milites
sic paratos esse oportet et dispo-
sitos ad bellum passionum. Nec Bella passionum
non est pseudo / neque cohibeat
fieri aliquis / Sed aliud bellum Nota
est cupiditatis et invidie. Scelus
quod passionis istud bellum
narrans paulus dicit / Non
est nobis colluctatio adversus
carnem et sanguinem / Istud bellum
insurgit / et hoc semper nos
armatos vult stare / Natura
enim semper nos armatos
stare vult / State nunc suc-
cincti lumbos vestros / Quod ea
ipsum est presentis temporis / Et per hoc
significavit / quia semper oportet
nos armari / Multum bellum
per linguam / multum per oculos / Istud
bellum vindicamus. Istud bellum
cupiditatis est / Sed ecce unde incipit
armare militem xpi / State Lingua

Succincti lumbos vestros

inquit succincti lumbos vestros
et intulit / In veritate. Quia est
in veritate. Illusio quippe est et falsi
tas turpitudinis scilicet luxuriationis
/ fornicationis / propterea dixit propheta
Renes mei illusionibus imple
ti sunt / non est voluptas ista
vera sed umbra voluptatis / Suc
cincti inquit lumbos vestros in
veritate / hoc est in vera volup
tate / in temperancia et in hone-
state / Christo ista movet / Vi
dens importunitatem peccati / Bo
lens ... medicinam munire /
Iracundia quippe iniusta non
constringetur / Et loricam nos in
duere vult / ... / bestia
namque est / facile illudit iracundia
et mille machinis et munitio
nibus / opus nobis erit / ut supe
remus et reprimemus ea / Propterea
nobis hanc maxime partem
/ veluti in quibusdam lapidi
bus / hoc est ossibus circumstruxit
deus / munimenta et costas /
/ ne discerpta facile vel scissa
totum animal ledet / Ignis
inquit est et tempestas magna /
et nulla alia per violentiam
hanc sustinet / Dicunt et me
dicorum phisici / propter hoc pulmo
nem suppositum esse cordi / ut
in mollitie iacens / veluti in
quadam spongia / motu perpetuo
saliens / requiescat / et non durum
compressum pectus ledat / impe
tu frequentium saltuum / Opus

est ergo nobis forti lorica / ut
semper in silencio hanc bestiam
observemus / Opus vero nobis
est galea / quoniam ibi stat totalis virtus /
Et inde aut salvari possibile
est / cognoscentemque quod oportet / aut
perire / Propter hoc dixit Et galeam
salutis / Cerebrum inquit natura
molle est / propterea caput eius
veluti quadam testudine cooperit
desuper / Per ipsum autem bonorum
causa efficitur et malorum /
dum per ipsum aut que oportet cog-
noscimus / aut que contraria sunt /
Sed et pedes nostri et manus
habent opus armis / Non iste
manus nec isti pedes tantum
/ sed insuper aie / Illi quidem
ut meditentur que oportet / isti autem
ut progrediantur qua oportet /
Armemus igitur nosmetipsos isto
modo / ut prevalere possimus hos
tibus / et coronam induamus in christo
domino nostro / Cum quo patri gloria
una cum sancto spiritu imperium hono
rque et semper in secula seculo
rum. Omelia vi

Quapropter sicut dicit
spiritus sanctus / Hodie
si vocem eius audieritis
nolite obdurare corda vestra
sicut in amaritudine iuxta diem
temptationis in deserto ubi temp
taverunt me patres vestri probave
runt et viderunt opera mea Qua
draginta annis Ideo iratus fui
generationi huic et dixi semper errant

Marginalia (left): Quod facile ... / xpo pat... / non ... / ... / ... ; iracundia ; bella... / ... ; no... ; pulmo cor ; ...
Marginalia (right): Caput ; Cerebro ; pedes / manus

corde. Ipsi autem non cogno-
uerunt vias meas, sicut et
iuraui in ira mea. si intra-
bunt in requiem meam. Lo-
cutus de spe paulus et dixit.
quia domus eius sumus. Si
tamen gloriam et fiduciam spei
usque in finem firmam teneamus.
Ostendit denique quia firmiter
oportet nos futura expectare. et
hanc veram fidem ex scripturis facit.
Sed animaduertite. obscure enim
quodammodo hunc locum locutus
est. et est difficilis ad intellige-
dum. Certe itaque oportet nos
omne argumentum breuiter
uobis dicere. sed tunc ad testi-
monium venire. Tunc iam
me opus non habebitis. Ut apti-
tam intencionem dilucidetis. de
spe illi erat sermo. quia oportet
sperare que futura sunt. Et
quia omnibus modis erit eis. qui
hic laborauerint aliqua mer-
ces et fructus et requies. qui
igitur exemplo approbat. et quid
dixit. Quapropter sicut dicit spiritus
sanctus. hodie si vocem eius au-
dieritis. ne obduretis corda vestra
sicut in amaritudine iuxta diem
temptacionis in deserto. tempta-
uerunt me patres vestri. probauerunt
me et viderunt opera mea. Qua-
draginta igitur annis iratus fu-
generationi huic. et dixi semper
errant corde. Ipsi autem non
cognouerunt uias meas. sicut

iuraui in ira mea. Si introi-
bunt in requiem meam. Tres
requies esse dicit. Una sabbati
qua deus requieuit ab operibus
suis. Secundam in palestina. in quam
ingressi uidebantur requiescere ex mi-
seria multa et laboribus.
Tertiam que vera requies est.
hoc est regnum celorum. ad quam
quos peruenire contingit vere
requiescunt a laboribus et diffi-
cultatibus suis. Harum trium
igitur mencionem hic facit. Cur
autem de una disputans.
trium mencionem facit. Ut osten-
dat exemplum de hac dicere. De prima
enim inquit. non dixit. Quo-
namque ut posset que olim facta
sit. Et neque de ea que in pale-
stina fuit. Quomodo namque
Non enim introibunt in requiem
meam. Restat igitur
terciam hanc esse reliquam.
Uerumtamen necessarium est etiam
historiam replicare ut manife-
stior sit ratio. Cum enim egressi
essent de terra egipti et multam
viam perambulassent et multa
uidissent virtutes dei quas fecisset
in egipto. in mari rubro.
in heremo. consilium fecerunt ma-
dare speculatores qui deberent
inspicere naturam terre. Illi
vero pergentes reuersi sunt.
prouinciam valde quidem
mirantes. magnorum fructuum
prouentum esse dicentes et virorum

Requies

in Terram

esse inpugnabilem illam
esse et fortium. Iudei vero in-
grati et insensati · quos oporte-
bat ut recordarentur tantorum
dei beneficiorum / et quod eos ex-
clusos in medio tanti exercitus
egiptiorum eripuit de periculis
et tribulacionum / fontes / sine
defectu donavit / et manna
tribuit / et alia miracula que
operatus est ut crederent deo / horum
nichil cogitaverunt / sed timo-
re ex nulla causa facto ex-
stupuerunt dicentes / Iterum
in egiptum intrare volumus /
Eduxit enim deus nos huc /
ut hic periamus cum filiis nostris
et mulieribus / Deus igitur iratus
quia sic cito obliti sunt tanta
que facta erant / iuravit ut
non introirent quando illa
in requiem / que hic dicta est /
Et omnes perierunt in heremo /
quia ergo david hoc prophecia
dixit / post generacionem illarum
loquens / hodie si vocem eius
audieritis ne obduretis corda
vestra / ne similia patiamini /
qualia progenitores vestri ·
/ ne perveniatis requiem / satis clarum
est / Futura est quedam alia
requies · Nam si iam accepe-
rant requiem que erat in
palestina · Quare eis iterum
diceret / hodie ne obduretis
corda vestra sicut patres vestri

/ que ergo est alia requies / nisi
regnum celorum / cuius ymago um-
bra est sabbatum / Deinde ponit
omne testimonium / Est autem hoc
hodie si vocem eius audieritis
ne obduretis corda vestra / sicut
in amaritudinem iuxta diem
temptacionis in deserto. Ubi
temptaverunt patres vestri probave-
runt me et viderunt opera mea ·
Quadraginta annis ideo iratus
sum generacioni huic et cetera. Tunc infert
Videte fratres ne sit in aliquo
vestrum cor malignum infidelitatis
ut recedat a deo vivo / Cui
ipse ex duricia nascitur infi-
delitas / et sicut obdurata corpora
non obediunt manibus me- vel obsequuntur subduntur
dicorum / sic et anime obdura-
te non obediunt verbo dei /
fortassis enim aliqui iam etiam
non credebant / tamquam non
essent vera ea que facta sunt.
Ideo dixit Videte ne forte
sit in aliquo vestrum cor malig-
num infidelitatis / et recedat a
deo vivo Rursus quia sermo
de futuris non est ita credibilis
/ sicut de preteritis / commovere
facit eos historia in qua fide
opus non habent / Si enim patres
vestri inquit / quia non speraverunt
sicut oportebat sperare haec passi
sunt / multo amplius nos ad
illos sermo factus est. hodie
namque inquit semper est / donec

consistat mundus. Propterea con
solamini vos ipsos per singulos di
es usque vocatur hodie. Hoc est
edificate invicem, corrigite vos
ipsos, ne contingant vobis si
milia, ne obduretur quis
ex vobis decipiente peccato. At
tendis quam infidelitas peccatum
facit. Sicut enim infidelitas
malignam procreat vitam.
Sic etiam anima que propter studium
malorum venit contempnit. Con
tempnens autem nec credere
patitur, ut se timore liberet.
Dixit namque non videbit dominus
neque intelliget. Item labia nostra
apud nos sunt. Quis est noster do
minus. Et item cuius vere gravi of
fendit impius deum. Et item
dixit insipiens in corde suo
non est deus. Corrupti sunt et
abhominabiles facti sunt in stu
diis suis, non est timor dei ante
oculos eorum. Item Quoniam dolo
operatus est in conspectu eius ut inve
niret iniquitatem eius et odiret.
Xpus quoque hoc idem dixit.
Omnis qui male agit odit lucem.
Deinde infert apostolus participes
enim facti sumus Xpi. Participantes
inquit ex eo unum facti sumus
nos et ipse. Siquidem ipse ca
put est, nos corpus, coheredes et
concorporales. Unum corpus sumus
ex carne eius et ossibus eius. Si
tamen principium substantie usque in
finem firmum teneamus. Quid

i. fallacia peccati

infidelitas

primum subiectum
est fides

est principium substantie? fidem signat
per quam subsistimus et renati
sumus et consubstanciales ut ita
dicam facti sumus. Deinde iste
in eo quod dicit Hodie si voce
eius audieritis ne obduretis
corda vestra sicut in exacerbatione
dictum est in eo quod dictum est Ho
die si vocem. Timeamus
ne forte cessante promissione
quam promissum est intrare in requiem
eius, putet aliquis inde se
esse alienatum. Etenim nos sumus
evangelizati sicut et illi in eo
quod dictum est Hodie si vocem domini
audieritis. Hodie enim semper est.
Sed non profuit sermo illis quod non
obtemperaverit fidei eorum que
audierunt. Et quomodo non
profuit? Deinde volens os
tendere ondit hora primi dicens.
Quidam enim audientes amarica
verunt, sed non omnes qui exierunt
de egypto per moysen. Quibus
autem iratus est xl annis, nonne
peccatoribus quorum membra ceci
derunt in heremo. Quibus
autem iuravit ne introi
rent in requiem eius, nisi
infidelibus. Et videmus quia
non potuerunt propter infidelitatem.
Sicuti item hoc testimonium et
ma[illegible] infert, quod facit ser
monem aptum. Dixit enim ho
die si vocem eius. Quorum
obdurationem meminit fuit,
quorum fidelium, nonne iudeorum

C x

Ca[pitulum]

i. hoc dicit
[illegible]

Aliud autem dixit tale est. Audierunt et illi sicut et nos audimus sed nihil profuit illis. Non ergo putetis quod exauditu predicationis invenimus quia et illi audierunt sed nihil utilitatis habuere quoniam non crediderunt. Caleph autem et Ihesus qui non consenserunt infidelibus effugerunt penam que illis illata est. Et inspice quam mirabile. Non dixit non consenserunt sed non contempti sunt hoc est sine seditione dissenserunt ab illis omnibus unam atque eandem sententiam habentibus. Hic mihi tamen videtur etiam seditionem quondam significare. Ingredimur enim in requiem inquit nos qui credimus et unde certum et intulit sicut quod dixit. Sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Quamquam operibus eius a constitutione mundi factis. Et tamen hoc non vos in creaturos manifestavit sed illos non introituros. Illud ergo festinat ostendere interim quia sicut requies illa non prohibet aliam requiem dici sic nec hec illam celorum requiem. Interim ergo vult ostendere quia non venerunt illi ad requiem quia enim hoc dicit addidit. Dixit enim alicubi de die vii sic. Et requievit die septimo deus ab omnibus operibus suis. Et in hoc iterum si intrabunt in requiem meam. Vides quomodo non prohibet illam esse requiem. Quoniam ergo relinquitur inquit. Et quod primo evangelizati sunt non ingressi sunt propter infidelitatem. Deinde quandam diffinit diem hodie in David dicens. Post tantum tempus sicut predictum est. Quod autem est quod dixit. Quoniam enim debent inquit aliquos intrare utique illi non intraverunt. Quia ergo aliquos oportet intrare. Et debent aliqui intrare. Audiamus unde hoc etiam sit. Post tantos annos dicit iterum David hodie si vocem eius. Si enim illis requiem fecisset nequaquam de alia die loqueretur postea. Clarum est ergo quod futurum est quosdam accipere verbum hinc itaque dixit. Proinde relinquitur sabbatismus populo dei. Unde ex hoc quod precepit. Nolite obdurare corda vestra. Non enim preciperet nisi esset sabbatismus neque iuberet talia non facere ne eandem etiam ipsi paterentur nisi futurum esset eos talia pati. Nam autem talia erant passuri qui palestinam plurimam possiderent nisi alia quedam esset requies. Et bene conclusit hunc sermonem. Non enim dixit requies sed proprie sabbatismus nomine ad quod

Hodie si vocem eius

Sabbatismum

gaudebant / et conturbat
sabbatismum vocans requiem. Qui-
a cum sabbato ab omnibus
malis abstinere iubebant(ur) / et
illa tantum fieri que ad obse-
quium dei pertinent / qui sacerdo-
tes efficiebant / et que animam
iuvabant / nihil aliud / sic et
tunc / iste vero non est inquit.
Sed quid. Qui enim intrat
in requiem eius et ipse requievit
ab operibus suis sicut a suis
deus. Sicut enim deus requie-
vit ab operibus suis / sic intrans
in requiem eius / quia enim de-
terminet illis erat sermo / hoc de-
siderabant audire. In isto
sermone omnia conclusit / in eo
quod dictum est hodie. Ut nunquam
desperarent se intraturos. Con-
solamini vos ipsos per singulos dies

Sperare debemus

hoc est ac si quis peccavit
usque quo est hodie / spem habeat.
Nullus igitur desperet / usque
quo vivit. Maxime autem inquit
Neque sit cor malignum infideli-
tatis ac si etiam sit. Nemo
desperet / sed resumat seipsum
usque quo enim hodie habet
correctionem / hic autem non sola
infidelitatem dicit / sed etiam
murmurationes / quorum membra
ceciderunt inquit in heremo / Se-
inde non putet aliquis quia
absolute requie fraudabitur.
Infert et supplicium dicens. Vivus
quippe est verbum dei / et operans

/ et acutius super omnem mache-
ram bis acutam / et penetrans
usque ad divisionem anime et spiritus compagum
quoque ac medullarum et iudex
cogitationum et intentionum
cordis / hic de gehenna disputat
ac de supplicio abscondita
eius inquit penetrat hoc est
cordis nostri exquirens animam.
Non enim discedunt membra
neque terre fraudatur est / sicut
illic / sed regni celorum et gehen-
ne traditio eterne et supplicio
immortali et pene. Sed con-
solamini vos ipsos. Attende man-
suetudinem et pietatem pauli.
Non dixit increpate / sed con-
solamini / sic nos oportet eis qui
per tribulationem angustiantur acco-
modari / hoc in epistola ad thessalo-
nicenses scribens dixit / corripite inquie-
tos / de pusillanimis autem
non sic / Sed quid inde conso-
lamini pusillanimes suscipite
infirmos / longanimes estote
ad omnes / hoc est / Non desperet
non indurati / Qui enim qui per
tribulationem angustiatur quem non
consolatur / duriorem facit /
Non obduretur quisquam ex vobis
inquit deceptione peccati. Aut
enim deceptionem diaboli dicit /
Deceptio quippe vere est dicit
falsam opinionem qua nichil quis
speret futurorum / putando quod
sine vindicta erunt actus mali
/ et quia de factis malis quod hic

Non increpare sed consolari tribulatum

deceptio multiplex

i. indurati

agemus / nullam reddituri sint 9 | rationem // neque quia est ratio // | sive aliter est decepto / diffidere | et sine ullo dolore esse / Quae | quippe quod iam qui semel | peccavi non habeo spem recuperandi | meipsum decepto est / Deinde | spem illis excitat dicens / Par | ticipes facti sumus pene dicens | Qui a ita nos amavit / quod tam | nos dignatus est / ut sum nos fa | ceret corpus / non nos despi | ciet pereuntes / Intelligamus igitur | quibus rebus facti sumus / nos et | christus unum sumus / Non ergo | incredibiles ei existamus / Et | illud significat quod dictum est alibi / | Quia sustollerabimus et con | regnabimus / hoc quod ipse est passus | participes facti sumus / eadem | participamur / quia et christus habetur | itaque ex utilibus participes inquit | sumus christi / Deinde hortatur | ex tristibus Timeamus ne | cessante promissione intrandi | in requiem eius / putet aliquis | vestrum privatum se esse / Illud autem | manifestum est et omnibus concessi | bile / Fraudaverunt me inquit | et viderunt opera mea XL annis / | Vides quia non oportet expri- | der expectationem / sed sive exp- | ectet / sive non / credere illis / Illos | enim nunc culpat in hoc / quia | temptaverunt deum / Qui enim | vult probationes accipere / vel | virtutis vel providentiae / vel

provocationes eius / nec dum | credit / neque potentem eum esse | neque misericordem / Hoc etiam | in antiochis scribens significabat | volens fortassis iam virtutis | eius / et quantam pro illis gerit | providentiam / examinationem | et redargutionem sumere in tep | tationibus / Vides quia ex infide | litate ubique offendit deus / | / et ad indignationem adducit / | Itaque ergo inquit relinquitur | sabbatismus populo dei / Vide | autem quomodo totum sermonem | ipsum ordinatus est / Juravit | inquit illis prioribus non intrare | in requiem / et non intraverunt / | Deinde post illos / post mul- | ta tempora loquens iudeis dixit: | Ne obduretis corda vestra sicut | prius in / Tertium ergo est quam | alia est requies / Nec illa enim | quae in palestina fuit / non pro- | dicit / habebat enim illam / De sep- | tima die non possumus / non enim | de ipsa disputabat / Quidem | multo ante iam facta erat. | Aliam enim quandam significat / | quae vera est requies / Revera | illa enim est requies / ubi fugit | dolor et tristitia et gemitus / neque | sollicitudines / neque labores. | neque agones / neque timor | obstupescere faciens / et commovens | animam / sed solus dei timor | voluptate plenus / non est illic. | In sudore vultus tui comedes

Marginalia: Nos interbus consolabatur (left, beside "Intelligamus"); i. quod dictum / tentat (left, beside "der expectationem"); decepit plex; i. enim; Exhortatio; Exhortatio

panem tuum / neque spine / neque
tribuli / non eiiciet / In dolore
paries filios / neque ad virum
tuum conversio tua / et ipse tui do-
minabitur / sed omnia pax / gau-
dium / iocunditas / voluptas /
bonitas / mansuetudo / Nullus
zelus neque invidia / neque mor-
bus / neque mors corporis / neque
illa que est anime / non ibi tene-
bre / neque nox / semper dies /
semper lux / semper dei claritas.
Non est ibi fatigari / non est
ibi fastidium atque semper
in desiderio bonorum perseverabis.
Vultis ut dicam vobis pulcritudinem
quandam illius status / Non est
quidem possibile / Attamen
in quantum fieri potest / Conabor
vobis dare quandam ymaginem.
Suspiciamus in celum / quando nulla
se interponit nubes / et clara
est eius omnis corona / Deinde
ad pulchritudinem aspectus eius
aliquantulum perduremus / Intelli-
gamus quoque et solum / non quidem
tale / quale celum nunc est / sed
tanto melius effectum / quanto
luteis tectis / aurum est melius
et post illud / Item supra tectum
Deinde angelos / archange-
los / innumerabiles exercitus incorporeas
virtutum / Deinde ipsum dei
regnum / thronumque principum /
Sed non valet sicut decet ser-
mo exprimere totum / Experi-
mento opus est / per experimentum

quippe melius agnosceretur.
Quid putatis / Dic michi Adam
fuisse in paradiso / ab illa multo
erit melior ista conversatio.
Quanta terra melior est celo
Et tamen ad aliam pulcritudinem
inquiramus / Si contingat eum 3a
qui modo imperat / omnem mundum
obtinere / Deinde neque bellorum
neque curarum habere ullam mo-
lestiam / Sed in honore esse
tantum et deliciarum / et multa
quidem habere tributa / undique et
aurum illi affluere et reditum esse.
Qualem illum putatis animum
habere / Si omnia bella cessare
quiescere videat / tale aliquid 4a
erit / Magis autem nequaquam
ad pulcritudinem illius regni per-
venit / sed quod oportet me et aliam
inquirere intelligentiam / et ponere
aliquem qui sit sicut infantu-
lus regis / Ipse quo quidem
in vulva est / nichil sentit.
Si autem contingat eum inde
egredi / et in coronam regalem asce-
dere non paulatim sed con-
festim cuncta atque / Hic est
ille status / Est et alia pulcritudo 5a
Si quis inimicus multa mala
passus / repente ad regale solium
raperetur / Sed neque sic inte-
gre potui pertingere ad illius
regni pulcritudinem / Sed ideo
quotiens precipit bona regni
quidem dicere et sic ipsum regnum
divus / Augetur in eo amor et

Nota descriptionem gaudii celestis secundum pulcritudinem

prima pulcritudo

2a pulcritudo

gaudium, et in sexta die,
et in tercia tempore non prove-
dente permanet quidem in vo-
luptate, non tamen tanta.
minuitur quippe semper ex con-
suetudine. Qualecumque illud sit
3a illic quidem non solum de-
crescit sed augmentum accipit.
Vita ecie futura. Intellige namque quanta sit aliqua
illuc pergentem, neque quoniam finem
illorum bonorum expertum,
neque mutatione, quam porro tre-
mentum, et vitam sine nostro fine.
et vitam omni periculo et tristicia
alienam, plenam gaudiis et
Sexta similitudo. 2 mille bonis. Sicut enim hic in cam-
pum exeuntes, et tabernacula
militum expectantes, et ex
velaminibus confecta, et tela et ga-
leas, et umbones scutorum
resplendentes, rapimur spec-
taculi miraculo. Si vero vi-
deam imperatorem nobis contin-
gat medium videre, sive currente
sive equitantem armis aureis
universitatem nos habere putamus.
Quid ergo putas cum videris
sanctorum tabernacula eterna in celo
confixa. Qui suscipient nunc vos
4 in eterna thabernacula. Cum
unumquemque illorum, super radios
solis videris fulgentem, non ex
ere et ferro, sed ex illa glo-
rie candorem, et coruscantes
oculus humanus non potest aspicere.
Et hoc quidem quantum ad ho-
mines attinet. Quid autem

iam dicam, multa milia an-
gelorum, et archangelorum.
cherubin seraphin, sedes,
dominationum, principatuum, potestatum,
quorum pulchritudo inexpli-
cabilis, omnem mentem excedit.
Sed quid dicam non conquiescam
in requie inconprehensibili, que
oculus nequit non vidit, nec
auris audit, nec ascendit in cor
hominis, que preparavit deus dilige-
tibus eum. Proinde nichil
miserabilius eis, qui ab istis
ceciderunt. Sed nos efficia-
mur ex parte beatorum, ut ab-
tinere mereamur bona eterna.
in Christo Ihesu domino nostro. Cum
quo patri una cum spiritu sancto gloria
imperium honor nunc et semper.

Festinemus. Omelia
igitur ingredi in illam
requiem, ne in ipsum
exemplum quisquam incidat
infidelitatis. Vivus enim est sermo
dei et efficax et penetrabilior
super omnem gladium anticipitem,
et pertingens usque ad divisionem
anime et spiritus, compagum quoque
et medullarum et discretor co-
gitationum, et intencionum cordis.
et non est creatura occulta
in conspectu eius. Omnia autem
nuda et manifesta sunt oculis
eius, ad quem nobis sermo est.
Magna quidem res est fides nota
et salutaris, et sine hac sal-
vari non est aliquem, sed non

suffitit sola hec / operari opus
est et commisatione certa / Pro-
inde etiam paulus amonet eos
qui donationem misterii su-
scipere meruerunt dicens.
festinemus intrare in illam
requiem. festinemus inquit quoniam
non sufficit fides / sed debet addi
vita / et multum studium debet
adhiberi / Opus est quippe bona
/ multis laborum / ut intremus
in regna celorum / Si enim tunc
intrare non meruerunt qui tantas
calamitates pertulerunt in here-
mo / et terram apprehendere
non potuerunt / quia mur-
muraverunt et fornicati sunt
/ quomodo nos celum merebimur
/ differenter viventes. Opus
igitur nobis est studio et
vita / non enim ipsa tantum hec tantum est
dampnificatio ut non intret
quis. Non enim dixit festinemus
intrare in requiem / ne ex-
cidamus de tantis bonis /
sed maxime homines cogit
hoc addidit / Quid autem
est hoc, hoc est ut in eternam
requiem speramus illic / spem
expectationem / ne similiter
excidamus. Quo autem excidatur
exemplum manifestat ne in
id ipsum inquit incidamus. De-
inde ne audiens aliquis in
id ipsum / eandem putet pe-
nam. Audi quid subiungit
Vivens est enim sermo dei / Sic

ondit quoniam et illa idem ipse est
operatus et vivit et non est ex-
tinctus. Igitur quoniam sermonem
audisti / non simpliciter accipi-
as. Gladio enim inquit est pene-
trabilior / Attende de scriptoribus
pauli. Et hinc considera pro
qua causa opus habuerit
propheta dicere gladium. rom-
pheam. et arcum / Nisi conversi
mini inquit. romphean suam
vibrabit et arcum suum tetendit
et paravit illum. Si enim nunc
post tanta tempora / et post
perfectionem non possumus nomine
sermonis tantum terrere / sed opus
etiam habemus istis verbis / ut ondat
eminentiam ex comparatione.
Multo magis tunc penetrabi-
lior inquit usque ad divisionem
anime et spiritus. Quid est hoc
terribilius / aliquid significat
/ aut quia spiritum dividit ab anima
/ aut quia et ipsa incorporea
penetrat et perfringit / non
tamen sicut gladius corpora / Sic
ondit quia et anima punitur /
et quia interiora examinantur
totum per totum penetrat hominem
/ et discretor est cogitationum
cordis / et intentionum cordis
et non est creatura occulta in
conspectu eius / Sic eos maxime
terruit / ne forte adhuc in
fide stantes / non cum integra
satisfactione confidatis ipse que
in corde sunt discernit. Si enim

ostendit / et pulices et examinans
et quid dico de hominibus / at
si angelos dicas / at si archan
gelos / at si cherubim / at si sera
phim / at si qualibet aliam cre
aturam / omnia revelata sunt
oculis illius omnia aperta et
manifesta / nichil est quod eum
latere possit / Omnia nuda et
aperta oculis eius sunt ad
quem nobis sermo est. Quid autem
est / Nuda et aperta. Ex
methafora pellium quo pec
coribus detrahuntur. Sicut
enim cum pecudes occiderit
quis et de carnibus detraxerit
pellem / omnia interiora reve
lantur et aperta sunt oculis
nostris. Sic deo et aperta sibi ia
cent omnia / tu autem atten
de etiam hoc / quo semper
opus habet corporeis exemplis
quod fit ex infirmitate audi
encium. Quia enim infirmi
erant / declarauit dicens tar
dos esse eos et opus habere
lacte / non solido cibo. Omnia
nuda sunt inquit / et aperta
oculis eius ad quem nobis
sermo est. Quid est in id
ipsum exemplum infidelitatis / tamquam
si diceret / Quare non vide
runt illi terram repromissionis
quia accipientes pignus vir
tutis dei oportebat eos
credere / magis per timorem
~~obe~~ obedientes / et non magis

ymaginari / Cum ergo pusilla
nimitate perierunt / prescauta ad
dici quia et maxima parte
itineris ambulantes / cum
ad ipsa limina venerunt
cum ipsum portum intrarent
diuisi sunt. Hoc etiam in nobis ti
meo / hoc est id ipsum exemplum in
fidelitatis / quia et isti multa
passi erant / sic eos post
paululum testificatur dicens
Recordamini dierum priorum
in quibus illuminati estis / certa
men passionum sustinuistis
Nemo enim pusillanimis sit
neque in finem cunctatus cadit
Sunt enim qui in principio
cum ingenti desiderio arripiunt
aliquid / postea vero pau
lulum quiddam minus adhuc
volentes totum simul amittunt
Sufficienter ex presentibus
docemur ne in similia cadamus
ne eadem patiamur que
illi passi sunt / hoc enim id
ipsum exemplum eadem infidelitatis
Non dissoluamur inquit / quod
etiam circa finem dicit / Dissol
utas manus et dissoluta ge
nua / erigere / ne in id ipsum
exemplum quis incidat
eandem mortem suspirauerit
qua et illi passi sunt / Attende
quid dixit Vivens est enim
sermo dei et efficax et pene
trabilior super omnem gladium
ancipitem. Omni quippe gladio

senior e / In eorū namq3 aias
incidet sermo / plagas q̄scīe
operans secās / ⁊ p̄ntiosas
incisiones impertans / Et
harum rerum demitutem
non opus h3 neq3 cosite
ntm putat / hīus tum ma-
nifestum narrauit Quale
namq3 bellum inquit illos
pdidit / qualis gladius Ho-
ne vltro ceruicebant Non
eni quia talia no sum9 pas-
si / securi esse debem9 Usq3
quo eni hodie dicitur licet
nobis cauere Et ne audie-
tes que ad aiam ptinebat
negligentes efficerent audit
ea que ad corpus attinent
Cum eni sit sic Sicut rex
aliquis suos milites maiora
peccantes / Primo quidem ex-
poliat militia / ⁊ cingulum
aufert ac dignitatem / ⁊ sic
vlciscitur Sic etiam hic
gladius sp̄us operatur / Post
hec de filio iam disputat
inqt Ad quem nobis smo
est Quid e ad que nobis
smo est Hoc est ipi inquit
reddituri sum9 rōnem actuū
nrorū Et quo hec non tedeat
inquit / Neq3 pusillanimes
efficiamur Sufficiet q̄de
etiam / illa nos inquit docet
/ Hn̄tes autem ⁊ sacerdotem
magnū intrantem celos Ihm
filiū dei / quia eni cpleta adh
dit Non eni inquit hemus
sacerdotem / no valentem co-
pati infirmitatibus nris Id-
eo sepius dicebat in q° passus
est / temptatus ipse potens
e eos qui temptant adiuuare
Intuere igitur quo e hic id
ipm facit / Qd autem dicit
tale e / Venit inqt pria / qm
⁊ nos magis autem aspriore
⁊ om̄ hoim expimentu acce-
pit Ille quippe dicebat Non
est creatura occulta in cōspectu
eius diuinitatem significans /
Hic autem quia de carne lo-
quitur similiter disputat di-
cens / Hn̄tes igitur pontificē
magnū intrantem celos Et
ondit maiorem illi e curā
de nobis Et quia sicut ppīs
adest / ⁊ non vult nos cadē
/ Moyses eni inqt No intrauit
in requiem ipse autem intrauit
Et quomodo hoc inusq3 posuit
mirū est ne uideretur sibi
excusationem inuenire Com-
prehendit autem etiam ipsum
et ne uideatur accusare illu
viru apte illud non dixit Si
autem nichil h9moī dicens
/ talia aduersus eu pferebant
dicētes / cont moysen Et cont
legem loquitur iste / Multo
amplius si dixisset / Vbi est pro
missa / non e palestina sed
celum maiora de illo dicent
sed non totum pontifici tribuit

sed etiam a nobis exigit/ de
eo autem confessionem/ Habentes
pontificem magnum inquit qui penetra-
vit celos Ihesum filium dei/
Teneamus confessionem/ quam autem
confessionem dicit Spem vero/ quia
retribucio/ quia mille bona.
quia xpus deus est/ quia fides
recta est/ et confiteamur Que
vero et verba sunt manifestum
est ex eo quod pontifex in celis
constitutus est/ non excidamus
confiteamur Si enim modo
essent/ falsus esset qui promisit
Proinde etiam hoc unum est quod
modo differenter Etenim pon-
tifex noster magnus est/ Non
enim habemus pontificem qui
non possit compati infirmita-
tibus nostris Non inquit ignorat
que nostra sunt/ sicut multi pon-
tifices qui ignorant eos qui
in tribulacionibus constituti sunt
/et nequaquam tribulaciones in
hominibus sciunt/ Impossibile
quippe est scire afflictiones afflic-
torum ei/ qui experimenta af-
flictionis non habuit et sensi-
biliter omnia non sustinuit
Pontifex autem noster/ compe-
tent autem primum omnia su-
stinuit et tunc ascendit ut
possit compati/ Temptatum
inquit per omnia similiter sine
peccato Inspice quod etiam supra
propinqui illi posuit/ et hic iterum
per similitudinem/ hoc est presentem

passus est/ sputa suscepit/ ac-
cusatus est/ detractiones susti-
nuit/ calumpnias passus est/
percussus est/ sepultus est/ insu-
per crucifixus est/ Iuxta similitu-
dinem inquit sine peccato/ Hic
etiam aliud significat possi-
bile est sine peccato etiam in tribula-
cionibus constitutum degere Sicut
etiam dixit/ in dicit in similitudine
carnis/ non hoc dixit/ quod similitudo
carnis fuit/ sed quia carnem
suscepit Quare ergo dixit
in similitudine quia de peccatrice
loquebatur Similis inquit carni
nostre. Nam quippe eadem peccato
vero nequaquam/ accedamus igitur
cum fiducia ad sedem gratie
eius Ut accipiamus misericordiam
et graciam in veniam et auxi-
lio oportuno Quod dicit se-
dem gratie/ sedem ipsam regalem
dicit de qua alibi dicit/ Dixit
dominus domino meo sede a dextris
meis Quid est accedamus
cum fiducia Quia pontificem
sine peccato habemus certantem cum
mundo Confidite inquit Ego
enim vici mundum Etiam quod deum
est optebat eum omnia pati
/mundum autem esse a peccatis
hoc significat ac si nos sumus
sub peccato inquit/ sed ipse sine
peccato est Accedamus ergo cum
fiducia Sedes autem gratie
est non dum sedes iudicii/
Accedamus ergo quapropter nunc

cu(m) fiducia / et accipiamus
m(isericordi)am qualem q(ue)rimus larga
quippe est / sit g(rati)a / (et) donu(m)
regale et inveniam(us) g(rati)am
in opportuno auxilio. Bene
dixit, in opportuno auxilio
Si enim nunc inquit accedas
accipies misericordiam (et) g(rati)am
opportune quippe accedis. Si
autem tunc accesseris / neq(ua)q(uam)
c(on)sequeris / iniquus quippe est ac
cessus tunc / non est sedes
g(rati)e / usq(ue) tunc sedebit rex
ad misericordiam. Cum autem
venerit filius tunc surget ad
iudicium. Exurge inquit deus
iudica terram. Accedamus ergo
cum fiducia. Id est illud dixit
ut nichil habeamus in conscientia
malignum hoc est non dubi-
tantes. Non enim potest cum fidu-
cia talis accedere. Id est eo
dixit tempore optimo audivi
te / (et) in die salutis adiuvi
te. Nam (et) nunc post baptis-
mi p(er)ceptionem / invenire p(ri)mus
g(rati)am est. Nec autem audiens
illum pontificem / putes sta-
re statim eum ad sedem addu-
cit / pontifex autem non sedet
sed stat. Vides q(uonia)m q(uo)d factus
est pontifex / non nature est
sed humilitatis (et) examinationis
hoc est (et) nobis nunc opportunum
dicere / ut accedamus cum fidu-
cia / petentes. Cum fidem
afferamus / (et) omnia habuet

modo (et) tempus est donorum
/ nemo de se ipso desperet. Tunc
est desperationis tempus / cum
thalamus fuit clausus. Cum
intravit rex videre recumbentes
/ cum venit ad sinu(m) patriarche
/ qui eo facti fuerint digni.
Nunc autem / nec dum adhuc
quippe theatrum consistit ad-
huc agon permanet adhuc
palma pendet. Festinemus igitur.
Nam (et) paulus dixit. Sic
currite non / quasi in incertum / cur-
su opus est (et) cursu valido.
Qui currit neminem sibi
occurrentem videt / sive per
prata sive per aspera loca transeat.
Qui currit non ad spectatores
attendit / sed ad palmam / sive
divites sint sive pauperes / sive
deridat quis sive redat sive
iniuriet sive lapidet / sive
domum diripiat sive filios
videat / aut uxorem sive aliud
aliquid ad unum tantum festi-
nat currendo / hoc est ut acci-
piat palmam. Qui currit
numquam stat. Nam si vel mo-
dicum negligat totum amit-
tit qui currit nichil ante
ponit sibi sed magis ad eum
pertendit / hoc a me dictum est
ad eos qui dicunt in iuventute
quidem multa studium habui
in iuventute ieiunavi / Nunc
autem senui / magis vero
instante fine / contrarium religio-

tempus g(rati)e

No(ta) e(st) desperand(um) q(uia) dum vivimus

Nota

In ieiunio ... febr...

statem augmentare debuit Nemo michi veteres virtutes enumeret Num magis viget quis / et in iuventute firmus est / Nunc enim corporalem istud cursum currit recte dixit / quia canicies eum apprehendit / et non valet similiter currere / quia omnis agon in corpore constitutus est Tu autem ob quam causam cursum minuis hic enim animo opus est animo exercito anima quippe in senectute potius confortatur / tunc viget tunc exultat Si enim corpus usque febribus detinetur et subsequentibus egritudinibus ac si sit validum tamen affligitur / tunc autem liberatum fuit / obsessionem membrorum reservat propriam virtutem Sic etiam anima in iuventute febribus laborat et amor glorie opprimit eam et deliciarum et venerarum rerum et aliarum multarum ymaginacionum Cum autem senectus advenerit omnes has passiones effugat / alias per societatem alias per propriam constitucionem has quippe suo corpore relaxate senectus non si velit anima illis uti permittit Sed sicut hostes diversos includens veluti in loco a turbis libero collocat et multam ei operatur tranquillitatem et timorem ei induat

anima in iuventute febricitat

ampliorem ac si nullus respectus ei sit alius Nimitam qui consenescunt / sicut qui mortui sunt Et quia utique appropinquaverunt morti Crimina perditores huius seculi extruduntur Tribunal autem expectatio subintrat et difficultatem que erat ad credendum demollit Homine magis attentior efficitur si voluerit Quid ergo inquit Cum videamus a iuvenibus senes x aliquos in peccato peiores / in nimietate malicie michi dicis Namque et studiose videmus a nullo impellente ultro nec per proprios Cum ergo senex excusacionem habet Non enim possum dicere / Delicta iuventutis mee et ignorancie Nunc enim in senectute ita studiosus est audit quia in iuventute non per ignoranciam / non per impericiam non per etatem tales fuit / sed per negligenciam Ille quippe potest dicere Delicta etc. Qui in senectute competencia gerit Qui precedente etate meruit Si autem in senectute itaque honestus est quo dignum est hunc modo senem appellare. Neque etatem reverenciam exhibet / qui enim dicit peccatum iuventutis mee ne memineris velud in senectute correctus hec dicit Non igitur ex hiis que in senectute consistunt

contra senes malos

fraudes teipsum a venia cum
eorum que in iuventute fecisti
Quod enim non est absurdum
et supra veniam quod fit ut
senex in taberna sedeat / senex
ad circenses festinet / senex ad
theatrum ascendat veluti pue-
ri cirrotos amplecte Vere con-
fusio est et derisio ut canicie
quidem ornetur extrinsecus
/ intrinsecus autem habeat intel-
lectum puerilem Et siquidem
inquirit illum iuvenis statim
canos in medium profert di-
cens vel canos istos exhibe re-
verentiam Si vero tu canis non
exhibes reverentiam ita senex
Quomodo iuvenem tuos canos re-
vereri desideras Non vides
inquit canos hos / sed tu eos
confundis / Deus te honora-
vit candore capilli dedit tibi
primatum concessus hec quod
perdis illum honorem Quomodo
te vereatur iuvenis Cum
te videt lascivie deditum
Canicies quippe tunc est venerabilis /
cum ea agit que caniciem decet
Cum vero iuveniliter conversatur
plus iuvenibus ridiculus est
Quomodo poteris iuvenes admonere
/ cum vos senes in ebrietate
per incontinentiam vestram Non
enim nunc deridens seniores
dico hec sed iuvenes magis
perdo Qui enim hec agit / i. iuvenis /
ac si ad centesimum veniat an-
num / nichil iuvenes videntur
senes prius Iuvenes enim ac si me-
diocrem disciplinam accipiant et
corrigantur senioribus melio-
res sunt Et non est iste sermo
meus / sed et scriptura hanc
novit discretionem Senectus
inquit honorabilis est non multi
temporis / et etas senectutis
vita immaculata Etiam nos
honoramus quia non colorem
candidum habent Et ideo ab isto
colore amplius honoramus
Sed quia indicium est vite in
virtute provecte / et videntes
canos ex hoc conicimus meliorem
senectutem Si vero contraria
senectuti gesserint derisibi-
les sunt plus hi potius Nam
et regem honoramus et eius
purpuram et dyadema quoniam
ista signa sunt principatus
Si vero videmus eum cum
purpura conspui / ab armi-
geris suis conculcari per forum
in custodiam mitti dissipari
/ numquid verebimur tunc /
purpuram aut dyadema
Nonne et ipsum stema (i. ornatum eius) plora-
bimus / Nolite ergo propter
canos velle honorari quoniam
ipse illos in iniurias trahitis et
ipsi ulcisci vite debebant
/ quoniam stema splendidum et
honorabile confunditis Non
adversus omnes hec dicimus
neque adversus senectutem / ab

Canities

Iuvenes

solute nobis primo est. Non enim furiosus effectus fuit sed adversus animam iuvenilem que senectutem confundit. Sunt de pro senibus dolentes. Hec dicunt confundentibus canos rex quidem est senex si voluit ab eo qui purpuram habet magis regalis est dum passiones animi vicit et velud armigeros subigit passiones. Si vero subturbatur et deiciatur a solio et amore pecuniarum et ornandi corpus et delicarum et ebrietatis et gratitudine venerearum rerum furiosus fuit effectus et habeat canos oleo comptos et totam etatem suam per malam voluntatem suam inuriet. Quali pena non sit dignus eiusmodi. Sed non efficiant tales omnes neque enim nobis presentibus venia tribuetur. Quare cum liceat tibi senem esse in iuventute, sicut in senectute sunt iuvenes etiam e contrario. Sed enim hic neminem capillus albus salvat. Que etiam hec virginitas impedit. Si enim in honestiorem senem hec que dixit fatiunt, multo amplius quam iuvenem. Sed tamen ut iuvenis alienus est a culpa iuvenis quippe tantum hec veniam potest dum imprudens fuit dum tempore indiget et experientia, cum autem opus fuit

iuvenes

temperantia aut fortitudine dormire necesse, neque quoniam oportet a potentiis abstinere. Vero est ubi plus iuvenis sene culpatur. Ille quippe multa curatione opus habet debilitate cum senectute. Iste autem fortis est si voluit se ipsum regere. Qualem veniam meretur cum cupit amplius quam senex cum tenet malam in corpore non dum adiuvat senem. Dum multa superflua loquitur. Dum iniuriatur. Dum maledicat. Dum inebriatur. Si autem de intemperantia putat non posse culpari attende illum. Ibi et multa ad culpam habentem. Sed tamen voluit ac si enim etas validius aliquid senem acriter stimulat tamen sunt multa in quibus magis quam senex potest laborare ut bestiam illam mitiget. Que sunt ista. Labores lectiones. Vigilie. Sed quid ad nos inquit qui non sumus monachi. Hec monachi dicas. Sed paulus tu dicit. Vigilantes in omni patientia et oratione tu dicit. Omnis curam ne faciatis in concupiscentiis. Non enim monachis hec scribebat tantum sed omnibus qui erant in civitatibus. Non enim homo secularis debet habere amplius monacho quam cum uxore concumbere. Tamen hic enim habet

Quod amplius secularis debet hec monacho.

veniam / sed in aliis neq[ua]q[uam]
/ Sed omnia equaliter sicut
monachi agere debent Nam
et beatitudines que ex ipso di-
cuntur non monachis tantum
dicte sunt Alioquin universus
mundus peribit / et arcu subimus
crudelitatem dei Si vero
beatitudines solis monachis dicte
sunt / secularem aut hominem
impossibile est eas implere
ipse nuptias iussit ipse ergo
omnes perdidit Si enim non
potest cum nuptiis ea que monachorum
sunt implere omnia perierunt
et corrupta sunt / et in angustum
conclusit ea que virtutis sunt
et quo honorabiles sunt nup-
tie que nos tantum impediunt
Quod ergo possibile est et
valde possibile habentes etiam
uxores virtutem apprehendere si
voluerimus Quo / Si habentes
tamquam non habentes simus si
non gaudeamus in hiis que possi-
demus si mundo utamur tamquam
non utentes Si autem aliqui
impediti fuerunt sunt ex nuptiis
sciant quoniam nuptie illius impe-
dimentum non sunt / sed volun-
tas que male utitur nuptiis
Nam neque facit vinum ebrie-
tatem / sed excessus modera-
cionis et mala voluntas .
utere cum moderatione nup-
tiis / et primus eris in regno
celorum / et omnibus frueris
bonis que omnia nos contingat
Gratia et misericordia domini nostri Ihesu Christi
Cum quo patri una ad spiritu sancto

Omelia S Ca 47

Omnis quippe pontifex ex
hominibus constitutus
in hiis que sunt ad deum ut offe-
rat dona et sacrificia pro
peccatis / qui possit condolere
hiis qui ignorant et errant
quoniam et ipse circumdatus est infirmitate
/ et propter hoc debet / quemadmodum pro populo
/ ita etiam pro seipso offerre
pro peccatis / Vult ostendere iam
sanctus paulus quoniam multo me-
lius est hoc testamentum quam
vetus Fecit ergo hic longius
a superioribus instructus et prese-
mias recinctus Cura enim
nichil erat corporeum neque
ymaginarium ut puta non
templum / non sancta sanctorum non
pontifex / tanta huius constru-
ctionem . non observaciones le-
gales sed altiora et perfectiora
omnia et nichil corporeum
totum autem in spiritualibus erat
/ spiritualia vero non sic introdu-
cunt infirmos / sicut corporalia
/ propterea omnem movet istum
sermonem Et intuere eius sapientiam
/ primo a pontifice facit initium
et frequenter eum pontificem
vocat et ex primo ostendit dif-
ferentiam id est differunt / primum
quidem est pontifex / et de-
monstrat que pertinet ad pon-

C. 4.

ficem Ceterum signa haec signa sunt pontificatus Decurrebat autem ei quoniam neque quondam sacerdos erat, nec ex tribu pontificali nec in hac terra sacerdos Quomodo ergo pontifex inquit est Et sicut in epistola ad Romanos in incredibilem simonem suscipiens, fides enim operatur quod non valuit totus labor legis, neque communis sacerdotis sudor, et refugit ad patriarcham, et ad aliud tempus totum redigit, sic etiam hic, aliam sacerdotum viam perquirit Ex hiis que iam dicta sunt eam proponens Et sicut in suppliciis non solum gehennam proponit sed et que premiis contigerit Quod etiam hic primum ex presentibus hoc confirmat Oportebat quidem excellentibus transcensionem facere Quoniam ministrum fuerint auditores, et contra fit, initium que sunt communia ipsa prima Et tunc ostendit quod eminet Eminentia quippe quod est secundum comparationem sic fit ut in quibusdam communicet, in quibusdam excellat Si vero non neque secundum comparationem sit Omnis sacerdos ex hominibus sumptus hoc commune est Christo pro omnibus constituitur ut offerat dona et sacrificia pro peccatis et hoc sed non totum Reliqua vero non sunt communia qui possit condolere eis qui ignorant et

errant Hic iam excellentia est, et ipse quippe circumdatus est infirmitate propter hanc debet sicut pro populo sic pro se offerre pro peccatis Deinde et illum aliud ab alio dicit fieri, et non ipse in filiis Etiam hoc commune et non ipse sibi assumit honorem Sed vocatus a deo sicut aaron Hic aliud construit ac crevit quoniam a deo missus est, sursum deorsum atque deorsum, tu videns disputantes christus etiam hic dicebat Qui misit me maior me est, et a me ipso non veni Hic michi etiam videtur iudeorum sacerdotes significare tamquam non existentes sacerdotes, sed insilientes et legem ac sacerdotium corrumpentes Sic et christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret Ubi ergo ordinatus est inquit Aaron inquit ordinatus est sepius, in signo virge, et cum ignis descendit et consumpsit eos qui in plus sacerdotio volunt hic autem contra se habet non solum nichil passi, qui se christo pretulerunt, sed probabiles paruerunt Unde ergo nisi ex prophetia hoc ostendit, nichil hic sensibile, nichil visibile sed tantum ex prophetia ex futuris hoc astruit Sed qui locutus est ad eum inquit qui eum ordinavit deus Filius meus es tu

Levi xvi

: a non usurpat sibi sacerdotium

alio

ego hodie genui te Et hoc
ad filium / multum inquit / qui
~~pontifex~~ constitutus est eo / quod
a deo ordinatus sit / sicut et
alibi dicit Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem mel
chisedech / Nullus alius / omnes
enim sub lege erant / omnes
baptizabant / omnes circumcide
bantur / nulli poterant alium
quemquam ungere Qui et in
diebus carnis sue preces et sup
plicationes / ad deum qui
potens est eum saluare de
morte / cum clamore forti et
lacrimis offerens exauditus est
pro sua reuerentia Et quamquam
esset filius didicit ab hijs
que passus est obedienciam
Vides quia nichil aliud facit
/ nisi curam illam de nobis
asserit / et excellenciam carita
tis eius ostendit Quid sibi vult
quod dicit / cum clamore forti
Nusquam hoc ewangelium dicit
neque quia lacrimatus est orans
neque quia vocem emisit In
tuere quam humilitatis erat de
fensio Non enim dixit / quia
orauit / sed quia cum clamore
forti Et exauditus est inquit
/ pro reuerentia sua Et quamquam
esset filius / didicit ex hijs que
passus est / obedienciam / et consummatus
factus / omnibus obedientibus
sibi causa salutis / appellatus
pontifex a deo secundum ordinem

melchisedech Ergo quia cum
clamore Quare autem et
forti / et lacrimis offerens inquit
/ et exauditus est / pro sua re
uerentia Quid dicit erube
scant heretici filius dei pro
reuerentia exaudiebatur amplius
de prophetis quis dixit Qualis
autem est ordo quod dixit exau
ditus pro reuerentia Et quamquam
filius esset didicit ex hijs
que passus est obedienciam Hec
de deo quis dicat Quis ita
insaniat Quis ita demens
ista loquitur Exauditus autem
pro reuerentia didicit ex hijs
que passus est obedienciam qui usque
ad mortem tanta obediens
fuit / sicut patri filius quo
ea didicit Vnde quia de in
carnatione dictum est / Nam aut
dicit tale est / Que autem michi
Non propterea orabat ut salua
retur a morte / et propter hoc ipse
erat et dicebat Si possibile
est / transeat a me calix iste
Nime quippe pro resurrectione
orabat patrem / sed econtra
ipse pronunciat / soluite tem
plum hoc / et eo in tribus diebus
suscitabo illud / et potestatem
habeo ~~ponendi su~~ ponendi
animam meam / Nemo aufert
eam a me / ego a me ipso
pono eam Quid ergo est
Quare orabat Et enim dice
bat Ecce ascendimus ierosolimam

et filius hominis tradetur prin-
cipibus sacerdotum et condempnabunt eum
morti / et tradent eum gentibus
ad illudendum et crucifigendum / et tercia die
resurget / et non dixit Quem
resuscitabit pater. Quid ergo
hoc orabat / sed pro aliquibus
orabat / qui crediderunt in eum.
Si autem dicit tale est. exau-
ditus est facile. Quam quippe
nec de eo habebant opinionem
competentem. Ideo dixit exau-
ditus est / sicut et ipse consulans
discipulos suos dixit. Si dili-
geretis me gauderetis utique /
quia vado ad patrem / et quia
pater maior me est. Christus autem
non seipsum glorificavit qui
seipsum exinanivit / qui tra-
didit se inquit pro peccatis
nostris. Et item seipsum dedit
redemptionem pro omnibus
nobis / Quid ergo est intuens
/ quia secundum carnem que humi-
lia sunt loquitur de se ipso / sic
etiam hic. Et quidem cum esset
filius pro reverentia inquit
exauditus est. Vult ostendere
eius esse magis quam effectum
/ quam gratiam dei. Tantam inquit
erat eius reverentia ut etiam
propterea eum cutneti deus
didicit obedire inquit deo
/ Hic unum ostendit / quantum utilitatis passionum.
Et perfectus inquit factus est
obedientibus sibi omnibus
causa salutis. Si autem ille

filius existens / acquisivit
ex passionibus obedientiam / multo
magis nos inferiores. Quanta de
obedientia disputavit ita ut ad obe-
dientiam eos adducat. Vi-
dentur enim michi occultare
ne pateatur sensus. Ex hiis que passus
est inquit / frequenter dicit obe-
dire deo / et perfectus per passiones
Hec est integra perfectio / et per Obedientia
hoc venire oportet ad per- perfecta
fectionem. Non solum ipse
salvatus est / sed etiam aliis
factus est habundantia salutis.
Salvatus enim inquit est /
factus obedientibus sibi causa
salutis a deo appellatus pon-
tifex secundum ordinem melchi-
sedech / De quo plurimus est
nobis sermo / et difficilis ad in-
terpretandum. Venturus ad
differentiam pontificatus / primo
eos increpat ostendens quia ta-
ta humilitatis descensio lat-
erat / et quia adhuc parvuli
erant / amplius immoratur
huic sermoni qui est secundum carnem
/ et veluti de aliquo iusto di-
sputat. Et attende / quia neque
tacuit omnino de verbo / neque lo-
cutus est illud quidem ut eorum
intelligentiam sublevaret /
et persuadet etiam ipsos perfectos
esse et non fraudaret magis
dogmatibus illud autem ne ob-
ruat eorum mentem / De quo
plurimus nobis est sermo inquit

et difficilis ad interpretandum quia imbecilles facti estis auditu quia illi non audierunt / propterea difficilis ad interpretandum / exuit primo. Ut enim quibus cum hominibus loquitur non valentibus assequi / neque que dicuntur intelligere / interpretari eis non potest Et forte quispiam dicat / qui hec assumit / irrutur habent tamen / si propter hebreos / ipse impeditus est / perfectum audire sermonem fortassis etiam hic / preter paucos / multi sunt tales Ita ut possit hoc de nobis dici Verumtamen propter paucos dico Ergo ne siluit aliquid / An tunc ipsum / repetit in sequentibus / Idem ipsum egit sicut in epistola ad Romanos Etenim et primum ibi increpans / simile faciens tunc dicebat / et dicens O homo / tu qui es / qui respondes deo / Deinde solutionem infert Ergo vero neque enim omnino pluisse / neque dixisse arbitror ut ad desiderium adduceret auditores Increpatione quippe faciens et dicens / quedam maiora continerent In hoc sermone attende quod in laude facit desiderium / hoc quippe semper facit sapientia pauli difficilia bonis intermiscens Quod etiam in epistola ad Gallathas facit dicens

Currebatis bene quis vos impedivit Et sine causa tanta passi estis / si tamen sine causa Et item Certus sum de vobis in domino Hoc etiam et ad corinthios facit Certus autem sum de vobis fratres meliora / et salutem habentia / Quod namque ista facit / neque dimittit eos decidere / quidam aliorum exempla valentia erat / auditorem erigere / et ad emulationem adducere Cum aliquis a seipso exemplum habet et seipsum emulari iubetur / amplius iam possibile quidam introducitur Et hoc etiam ondit / et non dimittit veluti valde accusatos decidere / neque veluti malos semper extantes sed quia et aliqui etiam sunt boni Etenim debebatis esse doctores inquit propter tempus / hoc ondit ante multum tempus vos credidisse Ondit etiam / quia et hi debent docere alios Vide ergo cum frequenter percutientem / et introducentem sermonem de pontifice / et propter differentem / audi quippe / quod cepit / habentes pontificem magnum intrantem in celos Et rursus hic dixit / qualiter sit magnus / Deinde inquit Omnis enim pontifex assumptus et cetera Et tunc Sic et christus non seipsum glorificavit ut fieret pontifex metrum secundum ordinem melchisedech

Et tunc

Et iterum differt dicens Qui
in diebus carnis sue preces
et supplicationes offerens. Ra-
tionem igitur totiens distulit veluti
excusans quod causa ex nobis
est. Hec quinta differentia de-
bentes alios docere neque
simpliciter discipuli sunt sed
discipuli extremi. Etenim de-
beretis inquit esse doctores
propter tempus iterum opus habetis
ut doceat vos aliquis eleme-
ta principii sermonis dei. Hic
humanitatem dicit sicut in secula-
ribus primum elementa discuntur
sic litteras et hic primum de huma-
nitate docebantur intuens que
sit causa ut humilia loquuntur
Actuum xvii sic etiam cum atheniensibus
fecit disputans paulus et dicens
tempora ignorantie despiciens
deus Nunc precipit omnibus
hominibus ubique penitere
secundum quod constituit diem in quo
iudicaturus est mundum iusti-
tia in viro in quo diffinivit
fidem tribuens omnibus et
suscitans eum a mortuis. Quod
si aliquid altum dicit breviter
hoc dicit humilia vero plenis
epistolis aspergit. Namque
humilia valde non permittunt
ut ipsa de divinitate suspice-
nunt. Sic et hic cautelam
exhibuit debilitas autem quid
operatur in epistola ad Corinthios signi-
ficavit dicens Cum enim sit in

vobis emulatio et contentio
Nonne carnales estis In-
tuere itaque in hiis sapientiam
pauli qua magna est quo
proportionaliter semper et apta
ad subiectas passiones attendit
Illic enim infirmitas ex peccatis
quam plurimum contingit magis autem
ex solis peccatis hic autem non ex
peccatis tantum sed etiam ex
tribulationibus frequentibus
Id circo et verbis utitur quibus
hortandum dicat Non dicens
carnales facti estis sed inbe-
cilles Illic carnales hic autem
maior dolor. Illic non pote-
rant sustinere ut pote carnales
isti autem potuerunt Querere
enim inbecilles facti estis audi-
tu significatur erant quia
primum sani erant fortes alacri-
tate ferventes quod etiam postea
allus testificatur Opus habentes
lacte non solido cibo semper
enim lac humilem sermonem vocat
et illic et hic. Debentes enim
inquit esse doctores propter tempus
propter hoc magis exsoluti
estis et supini effecti quod
hoc maxime debeatis esse for-
tes propter tempus. Lac autem
vocat propterea quia debilibus
congruit hoc autem perfectis
contrarium est et noxium ut in
ceteris immoretur. Unde non
oportebit legalia iterum nunc
inferre neque ex eis comparari

exhortacio ad divini studium

compacionem facere / quia ponti
fex sacrificauit / et orauit vo
ce et deprecacionem / Attende
igitur quod nos ista monet
sed alios tunc increpabat / et
nequaquam eos monebat congre
cibus verus eloquia domini / Dabo
illis inquit non famem panis
neque sitim aque / sed famem
audiendi verbum dei / Lacte
uos potaui non esca non
dixit inutiliter / ostendens / quod hic
non est aliquid sed sicut in paruis
pueris moribus / qui non
possunt pane nutriri / tales
enim cibum non accipiunt
sed alie cibus eis pro potu da
tur / Non dixit opus habetis
sed effecti estis opus habentes
lacte non solido cibo / hoc uos
voluistis / vosmetipsos ad hoc
redegistis / et ad hanc ciuita
tem venietis / Omnis enim qui
participatur lacte expers
est verbi iusticie Quid aut
est expers iusticie Quid est
verbum iusticie / hic michi vi
detur et verbum significare
quod eciam christus dicebat / nisi
habundauerit iusticia vestra
plus quam scribarum / et phariseo
rum / hoc eciam iste dicit
/ expers verbi iusticie / hoc est
superne philosophie Expers non potest
suscipere firmam vitam et inte
gram / aut iusticiam / hic enim
christum dicit / et altum de eo profert

sermonem Quia igitur imbe
cilles facti erant / dixit autem
Unde hec facti erant non ad
didit aliis studium derelique
nolens molestum facere sermonem
In epistola vero ad Gallathas et
iratus est / et mouebatur
quod multo amplius est ad sola
cium / tamquam nunquam tale ali
quid fieri sperans / hoc enim est
dubitacio Vides aliam esse
pusillitatem / aliam perfectionem
/ efficiamur hoc perfectione perfi
citur enim et paruulis et iuuenibus
ad illam venire perfectionem
non enim nature est sed virtutis
Perfectorum autem est solidus
cibus eorum / qui exercitatos habent
sensus ad discernendum boni et
malum Non habebant illi
sensus exercitatos / neque scie
bant bonum et malum / Nunc
non est eis sermo de vita / quod
dixit ad discretionem boni et mali
/ hoc enim omni homini possibile
est scire et facile / Sed de
dogmatibus sanctis et excelsis
/ et corruptis atque humilibus
puris nescit probare / vel proba
bilem cibum discernere / Christus
enim et cinerem in os suum
mittit / et nouum suscipit / et
omnia indiscrete facit sed
hoc non est perfectio Tales enim
sunt / qui omnibus simpliciter
intendunt et indifferenter audi
unt seu credunt / quod michi

Non quilibet est studiosus ce quique diligentem scripture divine

C. 4.

videtur etiam in istis aucupare / volunt qui simpliciter iactabantur / nunc quidem istis / Sunt autem illis speculantes Rursus et ita sicut huius epistole significavit dicens Doctrinis variis et novis non transferamini / hoc est Cauti estote, ad discretionem boni et mali / Palatum enim saporem discernit ciborum / anima vero probat sermones Et nos hoc igitur discamus / nec si audieris / quia non est paganus / non videns statim putes esse sanum / sed examina et alia cuncta / Nam et manichei / et omnis heresis hanc sibi personam imponunt / sic decipiunt simplices / sed si habuerimus sensus anime exercitatos ad discretionem boni et mali / poterimus hereticos discernere / Quo autem fiunt sensus exercitati ex usu scripturarum et frequenti auditione / Cum enim proponimus eorum errores et hodie audieris et cras probaveris non bene se habere / cuncta doceris cuncta assequeris Et si hodie non assequeris cras sequeris Sensus inquit exercitatos habentes / Vides quia oportet nos exercitare auditum nostrum frequenti auditione divinarum scripturarum ut nulla novitate expavescamus

Exercitatos inquit ad discretionem / hoc est peritos esse Alius quidem dicit esse rectos Alius autem nichil futurorum expectat Alius alterum dicit deum Alius ex maria dicit habere principium Intuere quomodo ex immoderatione confestim omnes ceciderunt Alii quidem modum excedentes Alii autem infra modum se coarctantes Ut puta prima quidem omnium heresis fuit Marcionis Illa alterum deum introduxit qui non erat expressit medium / Post illum Sabelli filium patrem et spiritum sanctum unum dicens esse / Deinde Marcelli et Fortini etiam isti hoc eadem predicantes et pauli samosateni de maria dicens eum habere principium / Deinde manicheorum Ista enim abruptissima nova post illas / Inde arrii Sunt autem et alii / Propter hoc fidem suscepimus ut non cogamur deteriora multa dicere hereses et labore habere Sed si quid addere aut detrahere illi / quos mollities fuit / hoc novum esse iudicetur / Sicut enim qui regulas diduxerunt / non compellunt extrinseca mensura scrutari / sed illud quod traditum est custodire iubetur / sic et in dogmatibus Sed nemo vult ad scripturas attendere / si enim attenderemus

palatum

Nos qui non studiose quod dirigere scripture dicit

Marcion

Sabellius

Marcellus

Photinus

paulus samosatenus

Manichei

Arrius

nota

De divina dispensacione pro scriptura sancta.

non solum non incideremus
in fallaciam / sed etiam alios
deceptos inde liberaremus
/ et de periculis abstraheremus
/ agiles enim fortis non sibi soli
sufficere potest / sed etiam iuxta
se stantem custodire et ab
hostium malicia liberare /
Nunc autem neque que sunt
scripture / sed spiritus quidem
sanctus ita dispensavit ut
custodirentur / Et attendite
ut discatis antiquitus in nos
factam dei misericordiam In-
spiravit moysi / et tabulas
lapideas scripsit / detinuit xl
diebus in monte Et iterum
tantus ut daret illis legem
/ post hoc autem prophetas misit
/ qui multa milia seva passi
sunt / Venit bellum / Inter-
empta sunt omnia et disrupta
incensi libri Inspiravit iterum
alium ut mirabiles scripturas
illas repararet / hesdram dico
et ex reliquiis illarum componere
fecit / Post hoc dispensavit
ut interpretaretur eos per
lxx interpretati sunt illi Venit
et christus / suscepit eas apostoli
disseminaverunt eas per omnes
Unde autem post tanta
opuscula / scripserunt apostoli etiam
que sicut et paulus dixit
Signa et miracula fecit hec
ad commonitionem nostram scripta
sunt in quos fines advenerunt

seculorum ~~Ex pau~~ Et christus
iterum dicebat Erratis nescien-
tes scripturas Et paulus iterum
dicebat / Per patientiam et
consolationem scripturarum
spem habeamus Et iterum Omnis
scriptura divinitus inspirata
utilis est / Item sermo christi
in nobis habitet habundanter
Et propheta In lege eius me-
ditabitur die ac nocte Et
alibi iterum Omnis expositio
tua sit in lege altissimi
Et iterum Quam dulcia faucibus
meis / verba tua Non dixit
auditui meo / sed faucibus
meis / super mel et favum
ori meo Et moyses / accedi-
taberis nunquam nullo tempore
consurgens / sedens et dormiens
in eis persistere inquit Et decem
milia quisque recipiet de hiis
Et tamen post tanta sunt
quidam qui utique neque sciunt
quid sit scriptura Propterea igitur
/ nichil salutis / nichil utile /
apud nos fit Item si aliquis
ea que ad miliciam pertinent
scire voluit ~~ut non cognum~~
~~[illegible] milia~~ necesse est ut le-
ges militares discat Et si quis
gubernatoriam disciplinam
vel fabricam lignariam discere
voluit Aut aliquid aliud
necesse est cum quod ad artem pertinet
discere / hic autem nichil tale
/ et hoc hac disciplina plena

vigilantia opus habente
Nulla enim ars e(st) doctrina (?) his
est / Audite ipsam dicentem
Venite filii audite me timo-
rem domini docebo vos / Haec
doctrina opus est ad dei timo-
rem deinde dixit / Quis
est homo qui vult vitam et
vitam (?) diligit dies videre bonos (?) Et
tunc abstineat linguam suam
a malo et labia sua ne
loquantur dolum / Quaere pa-
cem et persequere eam / Nunquid
scitis quis hoc dixit an propheta
an historiographus an
apostolus an evangelista non
arbitror propter paucos / sed
et ipsi isti iterum se proferunt
testimonium aliud de idem
quod vos patietur Sic enim
dico Eundem ipsum sermonem
aliis verbis / lavamini et mundi
estote / auferte malignitatem
vestram ab cordibus vestris in
conspectu oculorum meorum
desistite bonum facere / Et quibus
auditum abstinete linguam
a malo et facite bonum Intue-
ris quia doctrina opus habet
virtus Iste quidem dixit ti-
morem domini docebo vos Ille
autem desistite malo facere bonum
facere Nunquid nam scitis
ubi haec latent Non arbitror
propter paucos / et tamen per
unamquamque septimanam secundo
aut tertio haec vobis leguntur

Attendens enim qui legit / pro-
dixit / liberum quoque est illius
ubi propheta ait sicut alias Et
tunc dixit / proinde annotata
nobis esse debebant / et non
solum textum debebatis scire
sed et causas eorum / quae scripta sunt
Et quis hoc dixit Sed omnia sunt
causa supplicationis Omnis enim
sermo qui ad vitam habet
pertinet enarratur / Temporalibus
autem nulla res est / Propterea
neque illa pro voto proveniunt
sed plurime etiam ibi difficul-
tates sunt / Christus quippe dixit
Petite regnum et haec omnia
apponentur vobis Et hoc quidem
in appositionis parte dixit dant-
es Nos autem ordinem
pervertimus / et petimus terram et
bona in terra / tamquam illis in
abdito loco fruendis nos
Ideo neque ista neque illa ha-
bemus / evigilemus aliquando et
efficiamur futurorum desidera-
tores / et sic etiam ista sequentur
Impossibile namque est eum qui
quae dei sunt quaerit Non etiam
quae humana sunt assequi / Sen-
tentia est ipsius veritatis / haec
dicentis Nemo quaerit alterum
faciamus sed communiter fra-
trum voluntate Christo / Nec
ab omnibus excipiamus Deo autem
potens est / et compungere nos et
facere meliores in Christo Jhesu domino
nostro cui quo fiet etc. ...

et danda esse

Verba Om[elie] 9 Ca[pitulum] vj

Quapropter intermittentes inchoationis xpi sermonem ad perfectionem feramur non iterum fundamentum ponentes penitentie ab operibus mortuis et fidei ad deum baptismatum doctrine impositionis quoque manuum ac resurrectionis mortuorum et iudicii eterni Et hoc faciemus siquidem permiserit deus. Audite quanta hebreos culpa redarguit Paulus volentes semper discere eadem ipsa et nunc debentes enim inquit esse doctores propter tempus Et iterum Opus habetis qui vos doceant que sunt elementa principii sermonum dei. Timeo ne etiam ad vos ista dicendi tempus sit / quia debentes esse doctores propter tempus / neque discipulorum gradum habetis / sed semper eadem ipsa auditis / de eisdem ipsis / tamquam si nichil audieritis / sic indispositi estis / si vos aliquando interrogaverit nemo verum poterit respondere / preter admodum paucos et facile numerabiles / hoc autem non est parvum dampnum Repigat quippe doctorem volentem in antiora procedere et secretiores altioresque sermones attingere non permittit hebetudo discentium / Quemadmodum si

de diligentia doctoris catholici

xcix

aput magistros ludi si semper puer elementa audierit / non teneat semper illi necessitas est eadem ipsa insonare puero et non cessabit circa doctores usquequo ea integre discere valuit Etenim vero stultitie maioris est ut qui prima non bene posuit / ad alia velit puerum adducere Sic in ecclesia si eadem dicentibus / nobis nichil amplius edificati fueritis / semper eadem dicendo cessabimus Si enim ostentationis vobis esset ratio et amor laudis / necesse esset semper transsilire et preterire nichil curantes utrum grata / sed plausus vestros tantum appetentes Quia vero non hoc studium proposuimus Sed vestra pro vestro [illegible] laboramus Non quiescimus de eisdem ipsis vobis disputare semper quam diu illa in actu [illegible] Etenim possem plura de paganorum superstitione dicere et manicheorum superstitione / marcionatarum / et fortiter vos percutere / gratia dei adiuvante sed non habet tempus sermo Qui enim qui nec dum que sua sunt integre sciunt et nec dum didicerunt / quia multa appetere malum est / Quo quis docuit [illegible] nos / et ad alia deducat ante tempus / Non ergo nunc qui-

estimus/ eadem ipa dicetes
/siue psuadeamus siue non
Sentiere tamen ne simpliciter
eadem ipa dicendo/ si no au-
diatis maiorem in obedietibg
condempnacom exigeimur/ No
quidem ad omes hoc dicitur
Scio em plimos/ innates
ex isto conuentu/ qui se instis-
sime forsitam illos iulpent
veluti insidiantes eis/ apt
apam in docilitatem & in he-
betudinem Spamus tamen
/qui nec ipi ledebtr Sicqt
em eadem ipa audire et
sicietibus prodest Quidem
nouig/ at si sepius audiamg
/amplius compugimur/ ut puta/
/scimus quia bonu e humilitas
Et quia sepius de ea locutg
est xpus qui etiam ~~ipis~~ ipa au-
dimg & disputacones eorum
Amplius quid patimur licz
millies audiamus Q ptmid
itaqz vobis/ nuc nos dic
Quia pp relinquetes inicium
smonis xpi ad pfcionem fer-
amur Quid e inicium
smonis ipe in consequetibus
ponit dicens Ne itrm funda-
mentum iacit constituetes
pnie ab opibus mortuis/ fidei
ad deum baptismatum doctrine
impositionis manuu & resur-
recconis mortuorum & iudicij
etni Qr autem inicium hoc
est Quid aliud e doctrina

nia/ quia penite ab opibus
mortuis & p spm sz accipere
fidem in resurreccionem mortuorum & iudi-
cij etni hoc e Quid aut est
inicium/ nichil aliud qz hoc ini-
cium inquid e in uita no du
adest integra Sicut em cum
qui ad doctrinam literarum inducit
elementum/ oportet pmu audi-
re/ sic & xpianum hc integre
in pmis scire & nichil de istis
dubitare Qr autem opus
horum habuit doctrina/ nec
dum habet fundamentum/
firmu em & fixum optet ee
& stare & non transferri Qr
autem qui semel vitalie verba
audiuit/ & baptizatus e/ et
post annos decem de fide
itrm opus hz audire/ quia
oportet resurreccionem mortuorum/ nec
dum fundamentum habet
istum inicium xanitatis quit
Quia em fides fundamentum e
/tota uero supedificacoes/ Ad
ute ipm dicentem Ego fun-
damentum posui alius supedi-
ficat Siquis supedificat sup
fundamentum hoc/ auru/ arge-
tum/ lapides preciosos/ ligna/
fenu/ stipulam/ Ne itrm iacit
fundamentum constituetes pe-
nitencie/ ab opibg mortuis
Quid autem est ad pfcionem
feramur/ Ad ipam transeag
inquit Jam taumen hoc
e vitam optima heamus/

Sicut enim in elementis initiu
osus apex primus / hoc est
alpha continet et fundame
tum edificium totum continet
sic et uite mundiciam / satis
factio / que est circa fidem continet
Sine ista satisfactione enim non
potest esse saluus sicut et nec sine
fundamento edificium / nec
sine elementis scriptus liber
fieri potest sed si semper quisque
circa elementa conuersetur et non
circa edificium nunquam illi quod
quam amplius erit tu autem
ne putes diminutam esse fide
propter quod elementum uocatur est / perfecta
enim uirtus ipsa est Cum enim
dicit Omnis qui participat
lacte expers est sermonis iustie
Paulus enim non lac eum ap
pellat sed ambigere adhuc
de hiis / que in illa sunt hoc
esse infirmi animi et sermoni
plurimorum indigentis Dog
mata enim sunt ista / Sane
enim perfectum illum uocamus
qui cum fide fidem habet rectam
Si autem quispiam fidem habet
/ agat autem maligna / et de
ista ipsa fide ambigat / et
inquireret ipsam doctrinam /
aspicio eum dicimus paruulum
ad initium redeuntem / Pro
inde ac si mille annos in fide
habeamus et firmi non simus
quam fidem fidei non quemadmodum
credimus / quam fundamentum ad hoc

construimus In istis non solum
uitam / sed etiam aliud cul
pat / ueluti commotis et opus
habentibus fundamentum constituere
ab operibus mortuis cum
quippe qui ab alio in aliud
transmutatur et hoc quidem
dimittit aliud autem assumit
primum oportet culpare / ut a tali
affectione recedat et tunc uenire
ad aliud Si autem allam
primam affectionem habuerit
est / quo ad aliud ueniet /
Quid ergo inquit de lege
culpamus illam Non ad
ipsam respicimus hoc non
est mutabilitas Etenim certa
habet legem habemus / lege ergo
inquit euacuamus per fidem
Absit / sed legem statuimus Ergo
autem de malignis operibus
dixi Qui enim ad uirtutem
iturus est / primum maliciam debet
culpare / et tunc iter rectitu
dinis aggredi / Non enim suffici
ebat primo nudos eos ondere
propter hoc confestim baptizabatur
Ut quod impossibile erat eis
operari per se hoc per dei gratiam
fiet Neque ergo penitentia sufficit
ad mundacionem sed opus est
suscipere baptisma Quia ergo
baptisma / uenire oportebat
/ primum culpat eos qui peccaue
runt / et adiudicat / et sic de
hoc loquitur Quid autem est
baptismatum doctrina Non

Quis est perfectus

modus eundi ad bonum

tamquam multorum baptismatum
sed unius. Quare ergo pluraliter
hoc dixit / docendo enim ne iterum
fundamentum constituentes penitentie
opus etiam habuit hoc dicere
/ veluti opus habebus / iterum
baptizari / et iterum cathezizari
Et iterum post baptismum doceri
quid agere debemus. Apud
vero pluraliter dixit / volens
eis significare / quia si iterum
opus habuit mundari semper re-
cigibiles permanerent / et in-
positionis inquit manuum
Sic quippe spiritum sanctum accipie-
bant / imponentes eis palam
manus Resurrectionis quoque
mortuorum hoc enim in bap-
tismate fit et in confessione fir-
matur Et iudicii eterni Qua-
re autem hoc dicit / Quia
fortassis possent noviter iam
credentes vel male vivere
et negligenter dicit Vigila-
te non iam est nobis per has
dicere negligenter vivamus
quia iterum baptizabimur / iterum
cathezizamur iterum accipiemus
spiritum sanctum Si non fide de-
ciderimus / iterum poterimus bapti-
zari peccata abluere / et eadem
bona recipere que primo acce-
perimus Erratis inquit ista pu-
tantes Impossibile est namque
eos / qui semel illuminati sunt
/ gustaverunt quoque donum
celeste et participes facti sunt

spiritus sancti / et bonum nichilominus
gustaverunt verbum dei / vir-
tutesque seculi venturi et prolapsi
sunt rursum ad penitentiam re-
novari Rursum crucifigen-
tes sibimet filium dei et osten-
tui habentes Et vide quo-
reverenter et comminative in-
cipit Impossibile est inquit Non
iam speres quod impossibile
est Non enim dixit / non decet
neque prodest / neque licet sed
impossibile est / ergo in de-
sperationem eos adduxit Si
semel illuminati estis inquit De-
inde adiungit et gustaverunt
donum celeste. Si gustastis igitur
donum celeste hoc est remissionem
peccatorum / et participes facti
estis spiritus sancti Et bonum
per cathezizacionem gustatis verbum
dei hic doctrinam dicit / et par-
ticipes facti spiritus sancti et virtu-
tes futuri seculi gustaverunt
Quid dicit virtutes / aut
miracula facere / aut pignus
spiritus sancti / Et cadentes iterum
renovari ad penitentiam crucifigen-
tes sibi filium dei et ostentui ha-
bentes Renovari dixit in penitentiam
hoc est per penitentiam / In penitentiam
quippe / per penitentiam significat Quid
ergo exclusa est penitentia / non penitentia
exclusa est sed renovatio per lavacrum
regenerationis / Non enim dixit
impossibile est renovari in penitentiam
et tacuit / Quo tamen impossibile est

Nō de pn̄ia p toti̅ s̄mōz ṗhū

Q̄d ē pn̄ie.

Renouat baptisma
tis ē pctis
libari a pcto
p altiboz.

pbat

ad Cor

Adiuxit Rursum crucifigentes renouari hoc ē nouos fieri Nos quippe facere facere lauat ē / renouabitur sicut ut aquile iuuentus tua / Penitencie aut illud ē ut qui vetusti facti sunt / et veterauerunt ex pctis liberent a vetustate / et alti q̄d ō mo do fiant Ad illam tamen claritatem eos adduci impossibile ē / q̄d in sac° fonte peruenit semel / Ille namq̄ totum gr̄e est / crucifigentes sicut ait sibimet filium dei et ostentui hn̄tes Re dicit hoc est baptisma crux fuit / et semel crucifixus ho vetus nr̄e / conformes enī facti sumus / similitudini eius mortis Et alibi Consepulti estis ei p baptismu̅ in mortem Sic enī impossibile / scd̄o xp̄m crucifigi / hoc enī ē ostentui eu̅ hr̄e Sic denuo baptizari / Sicut enī mors ei ultra non dnabit̄ si resurrexit / resurrectōe factus victor mortis Ei morte mortem expugnauit / De inde crucifigetur / fabule sut / cuncta illa et ostentus / Proinde qui scd̄o baptizat / scd̄o eum crucifigit Quid aute est Iterum crucifigentes Sicut enī mortuus ē xp̄us in cruce / sic et nos in baptismate / non carne sed pcto intuere nunc mortem et mortem Ille mortuus ē in carne nr̄a Vetus autem homo sepultus ē et resurrexit nouus / conformes facti similitudini eius mortis Si ergo nr̄e ē baptizari Iterum nr̄e ē / rursum eundem ipm mori Baptisma nichil aliud est quam initium ei qui baptizatur / resurrectio illius / et Ubi dixit Sibi ipsis crucifigetes / qui enī hoc facit veluti post gr̄e oblitus negligeter sua vitam disponens tamq̄ sit scd̄m baptisma / sic oīa gerit / Ideo amaduc̄e opus ē / et cautelam exhibere Quid ē et gustauit donum celeste Do ne hoc ē remissioz pctoru gustare / hoc quippe solius gr̄e dei est / puare / et gratia semel ē gr̄a Quid ergo p manebimus in pcto / ut gr̄a habundet Absit Si enī per gratiam saluandi sumus / nequaq̄ eimus boni Cum vna sit gr̄a / et sic negligetes sumus / si sciremus / quia possibile iterum est lauari pctis / quā cessa remus pctantes / ego non arbitror a multa hic ondisse dona / ut et cognoscas digni facti estis / siquid tūte remissionis Qui enī in tenebris sedebat / qui inimicus erat et hostis qui alienus erat a deo ~~et hostis~~ qui deo odibilis et pditus Iste repente illuiatus a spū dignus effectus dono.

celesti adoptione regni celorum
et aliis bonis mysticis inenar-
rabilibus / et neque sic melior
factus est / ~~et neque~~ sed dignus
permanet perditione / Percipies
autem salutem et honorem
veluti qui multa laboravit /
Quo potest huiusmodi iterum bap-
tizari / Duobus igitur modis
hanc causam impossibile dixit
esse Et fortiorem modum
postremo posuit Unde quidem
modo / quia non est dignus qui
talibus dignus factus est Et
tunc ea perdidit que sibi do-
nata sunt / Item rursum / et
quia possibile non est eum iterum
crucifigi / hoc enim est ostentui
christum habere / Non est ergo secunda
lavacro / Nam si est / est et tercia
et quarta / Prima namque a secunda
dissolvitur et hoc semper ab altera
et hoc in infinitum procedat necesse
est Et gustavit inquit bonum
dei verbum Et non aperit quod
sit hoc virtutes etiam futuri
seculi / Vivere quippe sicut angeli
et nullius egere corum que in ista
vita sunt scire / eum futuri
seculi fructum promissio nobis
efficit per spiritum sanctum hec dicere
concluditur et inde abdita illa
ingredi Que sit virtutes
futuri seculi / virtus etiam /
angelica conversatio / quippe
horum pignus accepimus
/ per fidem per spiritum Dei igitur nunc

Et in regnum cuiusdam regis
introducto cuncta que sunt ibi sic
credentur / Deinde perderes
omnia / credentur tibi iterum
/ quid ergo est inquis / non est
penitentia / Est puta / sed baptis-
ma aliud non est / penitentia vero est
et multam habet fortitudinem
etiam in eum qui peccatis valde
dimersus est / si voluit potest
eum liberare ex omni peccato
et periclitantem in tuto constituere
et si ad ipsum fundum iniquitatis
pervenit Et hoc ex multis ma-
nifestum est Numquid enim qui
cadit inquit non resurget /
aut qui avertitur non revertetur
Est ergo si volumus reformare
christum in nobis Item audiens
paulum dicentem filioli mei
quos iterum parturio / Donec christus
reformetur in nobis tantum
intremus in penitentiam videamus
quam dei clementiam / oportebat
nos omni ratione penitere ab ipso
primo / quia et legem accipie-
tes naturalem et deterius multis
bonis fruentes / dum ut ignora-
ramus et vitam immunda vivimus
et non solum non punivit sed
etiam multa bona largitus
est tamquam si multos labores
perfecissemus et iterum excidimus
et neque sic punivit sed dedit
penitentie medicinam que possit
omnia peccata nostra delere et ex-
timare Tanti si consideremus

~~Exhortatio ad penitentiam~~ (margin)

Penitentie medicina (margin)

Medicamentum penitentie

hoc medicamentum quale est aut qualis appetet apponere Quale est ergo istud medicamentum penitentie aut qualiter conficitur / Primo culpando ipsa peccata iniquitatem meam michi non celaui / sed pronuncio aduersus me iniquitatem meam dixi et tu abstulisti impietatem meam Et item / Dicit iniquitates tuas prius ut iustificeris Et item Justus se ipsum accusat in principio sermonis

Partes satisfactionis in penitentia

Humiliatio interior

/ Ordo autem ex humilitate nascitur / sicut enim series quidem aurea si initium sumpserit omnia consequentur / si enim confessus fueris peccatum tuum sicut confiteri oportet / humiliabitur anima Confessio quippe eam ad se conuertens humilem eam faciet / Oportet autem et alia addere / humilitatem augmenta / Et talis est quem beatus dauid sic dicebat dicens Cor contritum et humiliatum deus non despicit / quod enim contritum est non erigitur / non percutit sed ad male faciendum paratum est ipsum uero non erigit / talis est etiam contricio cordis / sicut enim muretur sicut paratus si liceat et non impellitur ad uindictam /

Signum ad humilitatem

Contricio

Oratio

Post humilitatem autem orare opus est ut sit intentus cum lacrimis multis / et per diem et per noctem / lauabo michi per singulas noctes lectum meum / lacrimis meis stratum meum rigabo in gemitu meo Et item Quia cinerem tamquam panem manducabo / post ergo autem / sic intentam opus est elemosina multa /

Elemosina

medicamentum enim fortius quod maxime operatur in penitentiam hoc est Et sicut in preceptis medicine et adiutorijs est medicamentum / multas quidem herbas accipiens / unam autem dominantissimam / sic et in penitentia ista herba dominatior et potencior est / et uniuersum ipsum efficit Audi enim quid dixit scriptura diuina / Date elemosinam et ecce vobis omnia munda Et item Elemosinis et fide mundantur peccata et ignem inflammatum extinguit aqua / et elemosina extinguit peccata magna

Nulli irasci / nulli nocere

Deinde opus est nulli irasci / neque malum tenere omnibus dimittere peccata Homo inquit homini tuus dit iram et a deo querit salutem

Dimitte

Continentes ab errore

dimittite et dimittetur vobis Et continentes fies ab errore Vade enim inquit / et continentes fies tuos ut dimittantur peccata tua Et si tres sacerdotes germane se quis habeat / ac si peccati quis fecit dimitteretur / si assit in iusticiam pacati

Zelus pro

Pacem

Non lex furorem / omnia mansuete portare Unde quomodo aliquam despicis quia propter potenciam dimitti peccatum / in agone crucis

C. 6

quam no e aliud lauacru et desperabatis de nob. Nunc agnostitis p quam priam remissio adimpletur. Et qui possemus omia efficere, si vellemus competenter qualem meditemur veniam qui direcps nt cogitacionem venie peccatorum. Si em hoc esset, omia pficeremus. Sicut em qui januam ingressus fuit, iam intus est. Sic em qui ipsa cogitat quas mala eciam adiuturum eciam vtiqz veniet. Si autem dicat peccaui, non autem ea recogitet consideremus, et dicat quia hoc et hoc peccaui, nunqm cessabit semper quidem confitens correpcionis vacuus nunqm fiunes. Si em principium posuit vtiqz eciam ceteri consequetur. Sic ingressum sicut introitu quis viderit. Vbiqz em principia et exordia difficilia sunt. Hoc ergo primu constituamus et omia facilia erunt et leuia. Incipiamus ergo rogo, et alii quidem orues pstelando, alii sepius lacrimando, alii semper ~~lacrimando~~ hiuliando. Neqz em hoc puum est. Vel miracile. Iudi micz, quia constatus est et processit estus, et circuiu vias eius. Jeiunemus autem mas alias. Elemosinas faciendo et dimittendo proximis peccata, et non retinendo malum et no Sim

dicendo. Si em cogitemus freequenter que a nobis petatur nichil nos in superbiam potest eleuare, coruim qui extius adueniunt, non diuiciae, no potencia, non principatus, no honor. Sed eciam si in ipso hitu regali sedeamus, gememus amare. Nam et beatus david rex erat et dicebat. Lauabo p singulas noctes. Et nichil ex ostro ul dyademate eleuatus e, nu typo inflatus e. Sciebat qppe se hominem esse. Et quia conturbabatur corde lugebat. Quid nam sunt humane res, cinis et puluis. Et tamqz puluis ante faciem venti, sicuti et vmbra, et folia cadencia, et flos et sompnium et narracio, et fabula, aer plutus et labilis, et qui nunqm stat, fluuius decurres. Et siquid horu infirius. Quid em die michi magnu putas. Quam estimas magnam dignitatem esse consul, nichil em hac dignitate amplius quam plurimi siquidem intantam claritatem peruenit, et ad tantu ceciderunt. Qui autem non e consul nichil minus habet ab eodem dignitate et iste et ille simili vtrqz, post paululum non erunt. Quam factus est, quantum tempus durauit, dic michi. Secundum dictum est, hoc em et insompnus potest fieri sed sompnium e nocte, et quod hoc

Cogitatio peccatorum

Adhibe e regi

Illa quippe que in die sunt
non sunt sompnia / Sic in-
structare nō magis ista dicuntur
sompnia Sicut enim sompnia
aduenīete die redarguuntur
/ nichil existentia / sic etiam
ista nocte veniente / redar-
guunt nichil existencia equa-
litatem namque siue nox
siue dies / tempus acceperit
et exquo distributa sunt / per
omne seculum / sicut enim in
die / ceptus per noctem fuit / uo
ad gaudium quis sit / neque in
nocte eius / q̄ in die contingunt
sicut per / factus es consul
/ et ego per noctem sompni-
aui me esse consulem Sed
ego in nocte tu in die Sed
hoc / neque sit a me amplius
hos nisi / forte diceris ille
consul Et habes ex presenti
aliquam delectationem / quia plus
te aliquid facit / ut potenter
manifestaius in die loquere
/ si dicam ille consul est / et preste
illi nomen hoc Sed nocte
simul quod dictum est transeunt
etiam Sic etiam res iste
fiunt simul apparuit consul et
statim non est / ponamus aut
unum uel duos uel tres uel
quatuor annos Ubi namque
sunt decem consules qui facti
sunt cum sompnii / Et paulus
non fuit sic / namque et uixit
non uno die / non duos uo

decem et uiginti Non annos
decem et uiginti neque xxx
et mortuus est Et quadri-
gentesimus iam annus pertransi-
uit / et adhuc est clarus / etiam
nunc multo clarior / quam uiueret
/ et hec quidem in terra cla-
ritatem autem sanctorum que
est in celis / quis ualeat expli-
care sermo Ideo obsecro hanc
claritatem / quamque hanc te-
sequamur ut hanc mereamur
Uera namque claritas est ista /
discedamus iam ab istis secu-
laribus ut inueniamus gratiam
et misericordiam in xpo ihesu
dno nro Cum quo patri gloria
una cum sancto et bono eius
spiritu in secula seculorum amen

Terra enim Om̄e x
sepe uenientem super se
bibens ymbrem et generans
herbam optimam illis a quibus
colitur accipit benedictione a deo
/ proferens autem spinas et
tribulos reproba est et maledic-
tio proxima / cuius consumatio est
in consumacione / Cum timore
audiamus sermones dei / cum
timore et tremore multo Ser-
uite dno inquit cum timore / et
exultate ei cum tremore Si
autem etiam gaudium nostrum /
et exultatio debet cum tremore esse
Quam nos terribilia fuerit / quod
dicitur / qualia sunt que nunc
dicimus / quali pena non eximus

al' ponte a

digni / si non cum tremore /
que dicunt audiamus / Dicit
enim / quia impossibile est eos
qui ceciderunt baptizari / sim
plamacio contrissior accipere
/ et ondens terribilitatem aci
infert / Terra enim sepe super
veniete sup se bibens ymbre
/ ut supra / Timeamus igitur dilec
tissimi / Non sunt hec verba
pauli / non sunt hominis verba
spiritus sancti sunt / xpi loquentis
sunt in eo / Quis namque est
ab istis spinis mundus / at si
essemus mundi / neque sic pre
sumere nos oportet sed timere
et tremere / ne forte pullulet
in nobis spine / Cum autem toti
et quasi totum spine simus et tri
buli / unde confidimus / et supini
efficimur / Quid est quod nos
facit negligentes / Si enim qui
putatur stare / debet timere ne ca
dat / Qui putatur inquit stare
/ videat ne cadat / qui cadit
quo non debet spoliatus esse / ut
valeat resurgere / Et paulus
timet / ne forte aliis predicans
/ ipse reprobus efficiatur / Qui
sic erat probabilis / et tamen
timet ne efficiatur reprobus
/ nos qui facti sumus reprobi
/ quam veniam habemus / Nullam
timorem habentes / sed velud con
suetudinem quandam sic imple
tes karitatem / et velud sol
lempnitatem quandam solue
tes / Timeamus igitur dilectissimi
Revelabitur enim ira dei de celo
Timeamus / Revelabitur enim non
solum super impietatem / Sed
etiam super omnem iniquitatem
Quid est super omnem iniquitatem
/ et minorem et magnam / Sepe
veniete super se / hic misericordiam
dei vocantis significat / ym
brem autem doctrinam inquit
Et quod superius dicebat / debentes
esse doctores propter tempus / hoc
etiam hic dicit / Mandabo enim
inquit nubibus ut non pluant
super eos ymbrem de vinea dic
tum est / quod alibi fontem ponit
/ et flumen aque vocat / Et iterum
flumine dei impletus est aquis
Terra enim inquit bibens ve
nientem super se ymbrem / hic
declarat quia susceperunt et
biberunt verbum / Et sepius
hanc rem ~~susceperunt~~ preceperunt
/ et nec sic utiles facti sunt
Si enim non extolleris inquit
/ si non potaveris ymbribus
non esset tantum malum / Si
enim non perissem inquit et eis
locutus non fuissem peccatum non
haberent / Si vero sepius bi
bisti et excepisti / qua ratione
pro fructibus enim alia pro
tulisti / Expertum enim inquit
/ ut fructum uvas faceret / fecit autem
spinas / propterea quia ubique
/ spinas scriptura dicit ~~[illegible]~~ peccata
Etenim etiam alius inquit / Con

Qd e sup oem iniquitatem

uersus sum in miseria mea dum confingeretur michi spine Non enim simpliciter penetrat sed etiam infigitur / ac si parum eorum remaneat Et non omnes euellamus / ipsum parum facit dolorem / similiter sicut in spinis Et quid dico ipsum parum Et postquam extrahuntur per multum tempus plage percussionem relinquuntur et opus habent curatione multa et medicina ut quiete a dolore liberentur / non enim sufficit tantum primum euellere / sed et curare locum que percussus est Veruntamen timeo / ne adnos ista dicta sint potius quam ad alios Terra enim inquit bibens inquit super se uenientem ymbrem / semper esuriunt que audiunt / sed confestim hunc dimittimus / sole exorto / propter hoc spinas proferimus / que sunt ergo spine audiamus christum dicentem Quia cura seculi huius / et deceptio diuiciarum suffocant uerbum et infructuosum efficiunt Terra enim bibens super se uenientem ymbrem Nichil est optimum / sicut uita optima / nichil est optimum sicut caritas Et generans inquit herbam illis optimam a quibus colitur percipit benedictionem a deo hic deum inquit causam omnium esse / percutiens sensim paganos qui terre potencie fructuum generacionem ascribunt / neque enim agricolarum manus sunt inquit que terram ad afferendos fructus excitant / sed imperium dei propter hoc inquit percipit benedictionem a deo Et intuere quomodo in spinis non dixit generans spinas / neque utili hoc nomine usus est Ex quid Et ferens spinas Veluti si dicat ebuliens reproba inquit et maledictioni proxima O quanta habet consolationem hic sermo Maledictioni inquit proxima Non maledicta qui autem nec dum in maledictum incidit / sed proximus est adhuc longe fieri potest et non hoc solo consolatus est / sed etiam in eo / quod sequitur non enim dixit reproba / et maledictioni proxima cuius combustio Sed quid / et ferens spinas Veluti si dicat ebuliens Reproba inquit et maledictioni proxima / que comburitur Ex quid cum consumatio in adustionem Si usque ad finem permaneat inquit Providentes si abscidamus et adurimus spinas / poterimus mille bonis perfrui et fieri probabiles et benedictionis participes / Recte autem primum ebulum appellauit dicens Proferens autem tribulos et spinas Unde enim bene uolens / pullulat et pungit / et est molestum etiam ad uidendum / post eos increpauit sufficienter et terruit et percussit curat eos continuo / ne amplius

Ebuli p

C. 6

deiciat eos superiores/ aut effi
ciat. Tardum enim qui percutit
tardiorem efficit/ neque ergo
in omnibus adulatur neque super
nos efficit/ neque in omnibus per
cutit sed aliquantulum quidem
percussorium/ apponens multam
autem curationem affert per ea que
insequuntur. Quid enim dixit? Non
veluti culpantes vos hec di
ximus/ neque veluti putantes
vos plenos spinis/ sed timen
tes ne tales efficiamini. Melius
quippe est verbis vos terre
re ne rebus ipsis doleatis. Et in
hoc sapientia Pauli est maxima.
Non dixit putamus/ neque co
niicimus/ neque expectamus/
neque speramus. Sed quid? Con
fidimus autem de vobis dilectis
simi meliora et viciniora saluti.
Quamvis et sic loquimur loquimur. Hoc
etiam ad Galathas scribens
dicebat. Confido enim de vobis
in domino/ quod nihil aliud sapi
etis. Illic enim quia valde cul
pabiles erant/ et non erat ut
eos de preteritis laudaret
ex futuris hoc facit quod nihil
aliud inquit sapietis/ hic autem
ex preteritis. Confidimus autem
de vobis dilectissimi meliora
et viciniora salutem etsi sic
loquimur. Et quoniam ex preteritis
non habuit tanta que diceret
/ex futuris astruit hanc con
solationem et dixit/ Non enim

iniustus est deus ut oblivis
catur operis vestri et dilectionis
quam ostendistis in nomine eius
ministrantes sanctis. Quod revo
cavit animas eorum/ et restituit
antiquam eis in memoriam virtutes
Et facit eos/ ut non estimarent
oblitum deum/ necesse est enim
petere illum/ cum non satisfactum
est de spe. Providere cogit eos
omnibus modis/ expectare illa
futura. Enimvero qui desperat
ex preteritis/ et erudiat ex futuris
confortare illum quis potest?
Hoc et ipse ad Gallathas scribens
dicebat. Currebatis bene. Et
tanta passi estis sine causa
/si tamen sine causa. Et enim hic
cum increpatione imponit lau
dem dicens/ debentes esse doc
tores propter tempus. Sic et illic
miror inquit/ quia sic cito trans
ducimini. Cum increpatione dixit/
que laudis est. De maioribus
enim cum terreret in minori
bus latenter inditum lau
dem adiunxit. Et non de se
solo hoc dixit/ sed de omnibus.
Non enim dixit Confido. Sed
confidimus inquit de vobis
meliora et optata. Sive de con
versatione/ sive de libertate hoc
dicit. Deinde dicens superius
/quia reproba terra et maledic
tum est proxima/ et quia in com
bustionem erit/ Non utique inquit
de vobis hec dicimus. Non enim

iniustus e deus ut obliviscat
opis vri et caritatis pro q
ergo re hec dicimus / De
sideramus unumquemqz vrm
ostendere sollicitudinem
eandem demitte festinatione
ad satisfactioz spei usqz i fine
ne ni betilles efficiami Imita
tores autem eorum qui p fide
et patiam hereditat sunt pmissi
ones / Desideramus aut inqt
Non ergo festinamus tantum
/ neqz usqz adiuba volumq sz
quid / Desideramus cta virtute
nos versari / Non velut / prora
nra culpantes inquit sed pro
futuris solliciti Et no dixit Na
non sicut prora nra culpates
/ sed pnia Soluti em estis et
negligentiores effecti Sz quo
pitue quo proclivius pgstravit
/ et non increpavit Quid em
dixit Cupimus autem unuqqz
vrm eandem ipam festinatoz
ondere usqz ad finem Et hoc
em mirabile est in pauli sa
pia qm non ondit / quia re
missiones facti erant vel opus
aggressum relinquerunt Sed ei
/ cupimq unumquemqz vrm Hoc
est veluti quisqm dicat / Volo
te festinare semp et qualis fuisti
pmu talem ee et nuc et i futu
/ Hoc em e dargutoz eiq et faci
liorem et tollerabiliorem opat
Et non dixit volo Qd e auc
toritas doctrine sed qd erat pa
terne dilcois amplius quam

velle cupimq pene dicens
pmposite ut si graue quid lo
quimur Cupimus unuqqz
vrm / eandem ipam festinatioz
ondere / usqz ad finem ad satis
factionem spei / spes inqt sustinet
/ ipa e que erexat / ne dissol
uamini / ne desperetis / ne
supflua sit vra spes Qui
em bona opatur / et boa spat
/ et nuqm desperat de ipso
Non in betilles inqt efficiami — segnes
ad hoc quidz dicebat supra
Nam in betilles facti estis au
ditu / sed intuere / quo usqz
ad auditum in betillitatem
venit / hic autem id ipm
significat / prout si diceret
/ ne tales remoueatis Sz ite
id ipm in futuru pfert tpus
qd no e ratu obnoxiu dicens
Ne in betilles efficiamini
Opi em nec dum pnti debito
obnoxii esse non possimus
Qui em in pnti pcipit festia
re velut negligens / fortassis
et segnis est qui vero in futu
non sic Cupimus aut unuque
qz vrm Multa dilcone / et
maior et minor simile cura
gerit Et omes scit / et nllm
despicit Sed eandem cura
singlis quoqz demtt circum
et equalem honorem ad omnes
Vnde et maxime psuadebat
suscipe quidquid esset a pncoibg
eius Ne in betilles efficiami
.i. segnes

inquit. Sicud vanitas ab-
estus corpus ledit, sic et anime
vanitas a bonis subtiliorem
operatur, et infirmat. Imitatores
autem inquit eos qui per fidem
et pacientiam hereditabunt re-
promissiones. Et qui sunt isti.
Deinde dicit, primum dixit imi-
tatores mei estote, meos labo-
res. Deinde ne dicerent, qualia
revocavit eos ad patriarcham,
exemplum eius laborum et virtutum
et domesticum offerens. Ut autem
non putarent derelictos se
esse, ex patriarcha exemplum infert
hoc est ne putarent quod illius
incrementi digni sunt. Et quia
despecti derelicti sunt. Sed
possent scire, quia magis for-
tium virorum est istud, ut per
temptaciones iter huius vite
pertranseant, quia amicis indis
et magnis viris sic utitur deus.
Oportet autem inquit cum
pacientia omnia tollerare, hoc
est enim credere. Si vero dicam
tibi, quia certe do, et accipias
confestim. quid credidisti, neque
tue fidei erit istud, sed mee gratie
est dantis istud. Si vero dicam
tibi. Quod dabo tibi post centum
annos idem, non desperes vero
Dicimus me fidelem existimas
Tamen competentem opinionem de me
habes. Vides quia sepe ex infi-
delitate, infidelitas non contingit
tantum, sed etiam ex pusilla-

nimitate, et ex eo quod non longani-
miter fert, quisquam et quod diffidit
de ex promittente. Non enim
iniustus deus ut obliviscatur
caritatis vestre et festinationis, quam
ostendistis in nomine eius ministra-
tes sanctis. Magna illis testi-
ficatur, non opera tantum, sed
etiam alacritatem operum quod et
alibi dixit. Non solum autem
sua, sed etiam seipsos dederunt
deo, et nobis quam ostendistis inquit
in nomine eius, ministrantes sanctis
et ministrates. Et adhuc etiam
nunc. Et eligit eos, ostendens quia
non illis fecerunt, sed deo, quam
ostendistis inquit et non dixit
in sanctos sed in deum. hoc
enim est in nomine eius. propter enim non
eius omnia fecistis. Quia igitur
tanta a nobis festinatione per-
fruitus est, non contempnet
inquam vos neque obliviscetur
Gaudete rogo ut ministretis
sanctis. Omnis enim fidelis sanctus
est, sed quod fidelis est, sive enim
secularis est sanctus. Sanctificatus
enim est inquit vir infidelis in
muliere et mulier infidelis
in viro. Vides quomodo sanctificacionem
fides facit. Siue igitur secularem
videamus in perturbacione aliqua
porrigamus ei manum vel ad
eos tantum qui in monasteriis
sedent efficiamur festinantes,
sancti quidem sunt illi, et vita et

Nota de ministracione indistincte ad omnes homines

ad heremitas siue monachos

vita et fide / sancti autem et isti
fide / multi autem et vita / Nec
si viderimus mechum in custodia
tamen intremus Si vero scela-
rem non intremus / sanctus est
/ et iste et fide / Quid ergo inquit
Si autem sit immundus aliquis
aut pollutus Audi xpm dicentem
Nolite iudicare ne iudicemini Sa-
men propter deum fac Et quid dico
de xpiano / ac si paganum videa-
mus in fluctuatione / oportet bene-
facere Et simpliciter omnem in
perturbatione constitutum / multo
amplius autem fidelem famulantem
coniuvare debemus Audi paulum
dicentem / facite bene ad omnes
/ maxime autem ad domesticos
fidei Sed nescio unde hoc in-
troductum est Et unde ista con-
suetudo obtinuit Nam enim
solos monachos querit Et illis
solis benefacere vult etiam ipsos
scrutatur dicens Si est dignus
si est iustus / nisi fecerit signa non
porrigo manum / maxima parte
elemosine amputavit Et hoc
ipso tempore procedente verum
amputatum est Nam elemosina
illa sit pura / que in peccatores
fit / que in obnoxios Elemosina
enim hec est / non eos qui iam
perfecti sunt / sed adhuc delin-
quentes miserari Ut discas
adverte parabolam / Descendit
quis inquit de Iherosolimis
in Iericho / incurrit in latrones

Et recedentes eum reliquerunt iuxta
viam semivivum venit quidam
levita Et videns eum transivit
Venit quidam sacerdos et videns
eum percurrit Venit quidam
samaritanus / et multam eius
curam fecit ligavit vulnera
eius infudit oleum imposuit
in iumentum suum ac perduxit eum
in diversorium Dixitque stabulario
adhibe illi curam Et intuere
honoris habundantiam plenam
Et ego dabo tibi quicquid michi
supererogaveris Quis ergo est
proximus huius inquit Qui fecit
misericordiam in illum Et tu fac
similiter Perspice qualem dixit
parabolam Non dixit quia iu-
deus in samaritanum fecit Sed
quia samaritanus honorifice-
ntiam totam ostendit Hec igitur au-
dientes non solum fidei do-
mesticorum gerimus ceteros
vero negligamus Sic igitur
inquit / et tu si videas quemquam
male pati / nichil iam scruteris
habet ius adiutorii quod male
patitur Si enim asinum videas
suffocari consurgis et non scruta-
ris cuius sit multo magis
oportet non scrutari hominem
cuius sit dei quippe est sive pa-
ganus sit sive iudeus / sed adiu-
torio indiget Siquidem discu-
tere et iudicare preceptus esses
bene iste diceres / Nunc autem
calamitas illius non te permittit

In diffen[...]
dandas [...]
elemosi[...]

[...] ipso [...]
[...]

hec distincte Ergo enim nec de suis nos oportet scrutari neque aliorum causas discutere multo amplius eos qui male potiuntur Super hec quid audisti Num in habundancia constitutum Num vindicte placere Et dicis quia malignus est et pessimus Et ubi vero male pacientem videris noli dicere quia malignus Non enim placet hominibus que sunt Ut diximus Cum vero in calamitate est et adiutorio indiget non expedit hoc dicere quia malignus est Crudelitatis hec quippe est et inclemencie et ambicionis Quid videris crudelius fuit Dic michi Et tamen ultus est eos deus Et iuste et valde iuste Et tamen condolentes eis susceperunt in eos vero qui eis insultaverunt Ilitus est Nichil paciebant inquit in tribulacione Joseph Et enim inquit seccabas distribuas Non dixit scrutare et cognosce quis est Licet sepius malignum sint et consolacionem prestemus hoc quippe est maxime misericordie Qui enim amico bene facit non utique propter deum facit Qui autem egroto compatiente propter deum facit Noli propter pecunias at si omnia indiges curiam cunctanda Nos autem videntes qui tribulantur ululantes Et peiora mille mortibus pacientes Et iuste fortassis passi pecunias et corporis fures de inanimatis quidem curam gerimus animas vero negligimus Cum paulus dicit In mansuetudine docere eos qui contrarii sunt si forte det eis deus penitenciam ad cognoscendum veritatem et respiscant de dyaboli laqueis captivitati ab eo secundum eius voluntatem Ne forte nigris intuearis quanta longanimitate plenum est hoc verbum hoc et nos imitemur de nullo speremus Etenim piscatores sepius recia mittentes omnia receperunt Sic et nos speremus quia repente ondet nobis fructum maturum Etenim agricola cum seminat primam diem et secundam sustinet et multum tempus expectat et repente undique videt germinantes fructus Hoc etiam in nobis futurum expectemus Gratia domini christi Jhesu christi cui cum patre una cum sancto spiritu gloria imperium honor nunc et semper in secula seculorum Amen. Omelia X

Ita uhe namque promittens deus quam nemini habuit per quem iuraret maiorem iuravit per semetipsum dicens Nisi benedicens benedicam te et multiplicans multiplicabo te et longanimiter ferens adeptus est promissionem homines enim per maiorem iurant et omnis controversie eorum finis ad-

Iudith / David / elias

Rex quia dominum elias dat

confirmacionem est iuramentum
Postquam increpavit fortiter
hebreos / et terruit eos suffi-
cienter / primo quidem laudi-
bus eos consolatur / Secundo
autem quod fortius est per id quod
utique perceptivos eos ostendit
que sperabant et hanc consolationem
non ex futuris / veracem facit
Sed tamen ex preteritis / quod magis eos
credere faciebat Dicit enim in
supplicio per illam magis erat
sic etiam in primis / per hanc
consolatur / ostendens consuetudi-
nem dei / Hec autem est ut non
celeriter exhibeat promissa
/ sed post multum tempus / facit
autem hoc mansuetudinis et
virtutis eius presens argume-
tum et nos ad fidem adducens
Et qui in tribulacionibus vivimus
et promissiones / nec dum acce-
pimus / non desperemus mer-
cedem laborum nostrorum Et
omnes relinquens / cum multos
habet ad ducendum abra-
ham in medium adducit et
propter dignitatem persone / et quod
quod maxime in eo istud contigit
Sicut etiam in fine epistole dicit
/ quia hii omnes de longinquo
illas videntes / et diligentes
/ non acceperunt promissionem
/ ne sine nobis consumarentur /
Abrahe namque promittens
inquit deus / cum neminem
habuit per quem iuraret ma-

que prius contigit
penam

iorem iuravit per semetipsum
dicens nisi benedicens benedicam
te et multiplicans multiplica-
bo te et sic longanimiter ferens
adeptus est repromissionem Quo
non accepit / quod adeptus est
Non de eisdem ipse dicit et hic
et illic / sed duplicem facit
consolationem / Promisit abrahe
inquit / Sed quedam quidem
hic post multum tempus dedit
/ quedam autem illic nec dum
Et sic longanimiter ferens adep-
tus est repromissionem Vides quia
non repromissio / sola spes est
sed et longanimitas / hic terret
eos ostendens / quia sepius
impeditur repromissio per pusilla-
nimitatem / et hoc ostendit per
per plebem Sicut quidem pusil-
laniter tulerunt / propter hoc rep-
missiones non sunt adepti /
econtra autem ostendit per abra-
ham / Deinde ita finem aliquid
plus facit quam et longanimiter
ferentes non sunt adepti et
neque sic constanter / Homines
enim per maiorem iurant Et
omnis controversie eorum finis
ad confirmacionem est iuramentum
Deus autem qui non habuit
maiorem per quem iuraret per
semetipsum iuravit Propter hoc quid
est ergo / qui iuravit abrahe
Nomine filius Nomine inquit
ipse est Ego credo Sic vero
ipse iurat Amen amen dico vobis

Rome manifestum est quia
maiorem non habet per quem
iuraret. Sicut pater iurat sic et
filius per seipsum iurat dicens
Amen amen dico vobis per
hoc eos commoveat etiam iu-
ramento christo / quia sepius
dicebat Amen amen dico
vobis qui credit in me non
morietur in eternum. Quid est
Et omnis controversie eorum
finis ad confirmationem est iura-
mentum. Prout si diceret Ex
hoc solvitur totius controversie
disceptatio non illius vel illius
sed totius / Oportebat quidem
et sine iuramento credere deum
In quo habundantius volens
deus ondere pollicitationis heredibus
immobilitatem consilii sui inter-
posuit ius iurandum hic et fide-
les includit. Propterea etiam hoc
repromissionis mentionem facit que
ad nos aliter facta est. Interpo-
suit iurandum ius. Iterum hic dicit
filium inter homines et deum
mediatorem ut per duas res
immobiles quibus impossibi-
le est mentiri deum / quale
et quale hoc est / dicere et pro-
mittere et iuramentum addere
promissionem / fides pleniter
solidata consistat. Nam enim
aput homines / hoc videtur
fidelem esse / cum iuramentum inter-
fuit / Propterea etiam hoc addit
intueris quomodo nomine dignita-
tem suam attendit. Ex quo ho-
minibus persuadeat / et indigna
de se patitur dici. In hoc eis
satisfacere volens. Et de abra-
ham quidem ondit dei esse
totum opus / non longanimitatis
illius. Siquidem iuramentum
passus est addere per quem iuravit
homines et deum per seipsum iu-
rare. Ipse autem non sicut per
maiorem et timens fecit non
equale est hominem per se iurare
deum / homo enim sub potestatem
non habet constituens ergo quia non
ad abraham magis quam ad
nos hoc dictum est. Fortissi-
mum inquit solatium habeamus qui
confugimus ad tenendam propositam
spem. Et hic interim longani-
miter ferens adeptus est promissi-
onem / Nunc inquit et non dixit
qui iuravit iuramentum aut
est / aperuit dicens per malo-
rem iurare. Sed quia in-
credulum est humanum genus
condescendit ad nos. Sicut enim iu-
rat propter nos. Dominus indignum
ei sit non credi sicut dictum
est / et dixit ex quibus passus
est / quam homines hoc putant
maxime esse dignum fide ut per
experimentum quis cognoscat /
quid est propositam spem. Ex hiis
in quid futura quirimus. Si
enim ista post tantum temporis
facta sunt / utique et illa que
scripsimus fient / Proinde ca-

q ad abraham facta sunt cre-
dere nos faciunt de futuris /
Quo sicut anchoram inquit
habemus aie tutam et firma
et incedentem usque ad interio-
ra velaminis Vbi precursor pro
nobis introivit ihus secundum or-
dinem melchisedech pontifex
factus in eternum In mundo
adhuc nec constitutus et nec
dum translatus / ex hac uita
ondit iam fuisse in eis q pro-
missa sunt / per spem enim iam
in celo sumus / inquit per manote
ergo utique enim erunt / Deinde
sufficiens dicit anchoris autem
spei et non dixit / nos sumus
in celestibus sed quia spes ipsa in-
gressa est in celestibus qd verum
est et credibile Sicut enim an-
chora iactata de navi non
permittit eam circumferri licet
venti commoveant / sed iactata
firma facit / sic et fides / hic
enim valde convenientem invenit
ymaginem / Non enim dixit
fundamentum / qd dissonaret
/ sed anchoram qd enim in
motu est et non videtur valde
firmum esse Quod est super mare
/ sicut qd super terram stat / et
movetur et non movetur / valde
firmius et philozophis spectatis
Ideo illam posuit similitudinem
xpus dicens Si quis edifi-
cat domum supra petram
In eis autem qui dubitabat

et debebant per fidem por-
tari confirmans hoc posuit pau-
lus Tempestas enim et multus
ymber commovet ratem spei
aut non permittit eam tras-
ferri / considera si hanc non
haberemus olim dimersi fuissemus
/ non in spiritualibus tantum / sed etiam
in secularibus multum quis hic
spei / sed invenit fortitudinem
ut puta in negociatione in
agricultura / in milicia / nisi
haberet spem quisque componat
/ nunquam desideratum fructum atti-
get / Non simpliciter dixit
anchoram sed tuta et firma
que non movetur Ingre-
dientem usque ad interiora ve-
laminis prout si diceret / pene-
trantem celos / Deinde et
fidem intulit / ut non sola spes
sit / sed et vera valde / post
iuramentum vero aliud ponit
/ hoc est verum approbationem
/ quia precursor pro nobis
introivit ihus / precursor autem
quorundam est precursor sicut
Johes xpi Et non dixit
simpliciter introivit sed ubi
precursor pro nobis introivit /
veluti oporteat eum consequi
non enim multum est inter
precursorem et consequentem in
eadem ipsa vita via con-
venit esse / et alterum non
comparare / Secundum ordinem
melchisedech pontifex factus

inetnu Ecce alia consolatio
Si quidem superat pontifex
noster & multo melior est quam
ille apud iudeos / non moribus
tantum sed etiam loco & tempore
& testamento / & persona. Hoc ait
de eo qui secundum carnem est dicit
Oportet itaque & illos / quorum
pontifex est ad modum esse me-
liores / et quantum est inter aaron
& christum / tantum inter nos &
iudeos. Intuere quippe in superiori-
bus / habemus pontificem in
superioribus sacrificium talia enim
nos offerimus sacrificia que
in illo sanctuario possint offerri
Non iam pecudes vel boues
non iam sanguinem & adipem
omnia hec soluta sunt / & pro
eis introductum est rationabile
obsequium. Quid autem rationa-
bile est obsequium quam per animam
que secundum spiritum offertur / Spiritus
est inquit deus. Et eos qui
adorant eum in spiritu & veri-
tate oportet adorare. Quod
indiget corpore quod quidem non
indiget instrumentis neque
locis / in quibus quidam ipse
est pontifex / veluti est man-
suetudo / temperantia / miseri-
cordia / patientia / longanimitas / humilitas
Miracula enim hec in veteri
testamento inueniet / quos olim
formata. Sacrificate inquit deo
sacrificium laudis et sacrificium
laudis / glorificauit me. Et

sacrificium deo spiritus contribulatus
Et quid dominus exquirit a te /
nisi ut audias eum / Holo-
causta pro peccatis non suscepi-
sti. Tunc dixit ecce venio
/ ut faciam voluntatem tuam
Et iterum Et quid mihi liba-
men de saba. Et recede a me
sonum cantilenarum tuarum et
psalmum organorum tuorum
non audiam / Et rursus misericordiam
volo & non sacrificium Intuearis
iam & vetus tempus. Illa quidem
discedebant / alia introducebantur
Hec ergo offeramus. Illa quidem
diuitiarum sunt & diuitum. Hec
autem virtutis. Illa extrinsecus
ista intrinsecus. Illa & quilibet
operari potest / hec autem pauci
/ Quanto enim melior est pecore
homo tanto hoc sacrificium
illo. Licet enim animam tuam ob-
latione offerre. Sunt etiam
alie oblationes que vere sunt
holocaustomata martirum
corpora ibi & anima & corpus. Illa
sacrificia odorem suauitatis
habent maximum / potes et
tu si volueris tale sacrificium
offerre. Quid enim si non igne
comburatur corpus sed alio
igne puta cremari ut puta pau-
pertatis voluntarie tribulatione
Cum enim delitiose liceat & opu-
lente degere / & eligatur laboriosa
vita & amara & mortificans
corpus Nonne holocaustomata

de sacrificio spirituali quod potest quilibet offerre quod placeat deo

Qualia sacrificia placent deo

exhortatio ad holocausta spiritualia

martires

sunt Mortifica ergo corpus tuum et crucifige et accipies et tu huius martirii coronam Non enim illius gladius operatur hec sicut caritas facit Non incendat neque corrumpet pecuniarum amor

Cupiditas

magis extinguatur cupiditas ista in perpetuum igne spirituali Scindatur gladio spiritus Illud sacrificium est bonum non opus habens alio sacerdote nisi ipso offerente Hoc est sacrificium bonum deorsum quidem functio eius exhibetur sed sursum confestim ascendit Nonne miramini quia in antiquo ignis descendens omnia consumebat licet tibi et nunc ut descendat ignis multo mirabilior illo et omnia consummat que offeruntur magis autem non consumat sed sursum levet in celum Hec enim non exigunt in cinerem sed dona sunt nunc deo

De arca elemosina

Tales erant etiam cornelii oblationes Orationes tue inquit et elemosine tue ascenderunt in memoriam in conspectu dei Intuens quicionem optimam Tunc exaudimur cum et nos exaudimus pauperes accedentes Qui autem obdurat aures suas ut non exaudiat pauperem et oratio eius nunquam exaudiet deus Unde Item inquit qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus Quali malo Sed illa dies mala erit peccatoribus Quid est qui intelligit hoc est Qui cognoscit quid sit pauper qui tribulationes eius percipit cognoscens enim tribulationem eius utique confestim miserebitur eius Si videris

paup

pauperem non pertranseas Sed statim intellige quis fuisti aut si tu esses in illo qui non velles omnes facere Qui intelligit inquit Intellige quia similis tibi liber est Et eandem tecum participatur quoque terram Et tanta tecum habet gratia Et fortassis virtutibus tuis equalis est Sed illi quidem salvantur Iste autem sepius dormit esuriens Et servus tuus in honorabilior est qui liber consistit Sed illi tibi nunc officia complent quia serviunt tibi Hic autem ordine necessitatis officium tibi impleri multo amplius ab illis Aderit tibi quippe in die iudicii Et eruet te exigue

paup quo ... hoat

Quid tale omnes servi fecerunt qui Tabita defuncta est Non eam resuscitaverunt Sed vidue stantes in pauperes Tu autem neque sic liberum eum facere volens frigus est et iacet pauper et vidatum pauper mortuus dentes quaueres

⁊ vultu ⁊ habitu deprecans Tu
autem calefactus ⁊ ebrius
⁊ pro crisis Et quo iure deum
in calamitatibus te constitutum
liberare / fortassis autem etiam
hec dicis Ego si essem ⁊ assu
merem quemquam / qui multa
peccavit dimittere eum et
deus non dimittit Non
hoc dicas / sed eum qui hoc
peccavit quem potes liberare
hunc despicis Et quo te pec
cantem / nullum dimittit /
Nonne hec gehenna digna
sunt Et quod mirabile Corpus
quidem corpus medium / sine sen
su / nec dum tam horem semp-
ens / ex milibus ⁊ variis auro
textis / vestibus induis / corpus
autem / quod frigore affligitur
⁊ concidit ⁊ cruciatur / ⁊ di
spenditur / ex fame ⁊ gelu
/ despicis / ⁊ amplius vane
glorie / subministrans / quam
timori dei Et utinam vestes
adherent adhuc tamen esset Sed
confestim accusatio adversus
eum interpellat Quid non
operatur inquis Quid vacans
pascitur Dic michi / tu propter
operatum habes / que habes
Nonne hereditatem paternam
suscepisti / ac si ⁊ operans Non
ideo exprobras alteri Nonne
audis paulum dicentem / post
quam dixit Quia qui non operatur
/ neque manducet Vos autem
bonum facientes / non deficiatis
Sed quid inquit / impostor est (i. deceptor)
Quid dicis o homo / propter
unum panem vestimentum in
postorem vocas Sed confestim
videt illud inquit Tu autem
tecta tua bene disponis Quid
autem Non omnes ex orij
paupertate egent / Nemo per
naufragium / nemo per iudi
cia / nemo per furta nemo
per piacula / nemo per egritudines
/ nemo per aliam calamitatem
Sed si audierimus talia aliquem
deplorantem vel maiora cla
mantem ⁊ nec celos inspi
cientem / sed capillos dimitte
tem / ⁊ pannis induatum con
festim eum impostorem / fallacem
⁊ raptorem vocamus Non
erubescis quem impostorem (illusorem)
vocas / Noli dare ⁊ noli
accusare hominem sed habet
iniquus ⁊ fingit / hec tua est
accusatio / non illius Sunt enim
tam crudelibus se habere tam
bestiis magis quam cum hominibus
Et quia si miserabile proferat
verbum nulla ad miserandum
adducit / propterea hoc compellitur
⁊ habitu miserabiliorem sibi
componere ut tuam frangat
duritiam Sed si videris aliquem in
habitu liberali interpellantem vos
iste inquit impostor est Et ut
putetur ex genere esse iste
modo interpellat Sed vidimus

Paup

Contra qui non laborant

in contrario habetur et illi inculpati
Quid agunt de tetis crude
litatis et supinitas / Quare
inquit aliqua membra sua
donundant propter te. Si misi
cordes essemus / istis actibus
ei opus non esset / si prima
interpellatione persuasissent
non tantum concta exquisissent
Quis ita miser est / ut velit
tantum clamare / ut velit
ad confusionem venire ut
velit publice plorare cum
nuda coniuge / cum filiis / hec
qua paupertate non sunt peiora
Et pro hijs non solum mi
sericordiam nullam a nobis
accipiunt / magis autem etiam
accusantur. Ad hec autem
et indignamur quando deum
deprecantes non exaudimur
/ adhuc similiter ferimus quando
non impetramus rogantes
non extremiscimus dilectissimi
Sed sepius dedi inquit. Tu
autem non semper inservis
Infantulus autem sepius
petens non audis / O in ve
tustia pauperem in vetustia
vocas. Tu recipiens non es
vetustus. Ille autem comparans i. vendicari
depravans in vetustia vocat
Magis est necessitas ventris Non intelligis quanta est necessitas
ventris / Nonne omnia prepara
tionis. Nonne spiritualia propter
hoc negligis. Nonne tota
tibi compositum est et regnum

celorum. Tu autem ventris
timens tyrannidem / omnia susti
nes et aliud contempnis. Sed
est in vetustia. O vanitas. Ille
inquit / tantos aureos fene
ratur / ille tantos / et medi
tat / pueros. Hec fabule sunt
et vanitates. Etenim pueri ta
les fabulas a multis au
diunt / non michi persuadetur
/ non credo / absit / ad usuram
dat / quis / et in habundancia
constitutus mendicat quis
Qua tu. Dic michi quid
est confusibili / melius quippe
mori est quam mendicare
Qua diu ita surpi sumus
Quid ergo omnes ad usuram
dant. Omnes impositores sunt
/ Nullus dives est pauper
Etiam inquit et multi. Quid
ergo ~~omnes ad usuram dat~~
vel eis non exhibes auxi
lium. Sed quid existis scrupu
losus / vite eorum enucleator
Sed hec accusatores sunt
et excusationes / Omni petenti
te / da / et volentem a te mu
tuari non avertas / extende
manum tuam non sit contracta.
[et cessaverunt]
Non enim utitur distus modes
sumus constituti. Alioquin nullis
hoc modo miserebimur. Quare
quando deum rogas dicis peccatorum
meorum ne memineris. Pro
vide. At si valde sit ille pec
cator hoc opus in opo con-

sidera et non dimisti proximo
eius. Tempus est misericordie
non scrupulose discussionis
/ nec non ratiocinationis / Nichil
vult / siquidem vis tribue
Si autem non vis dimitte sine
increpatione / Quare a
deo miser es / et infelix / Qua-
re nec misereris et volentes
arces. Si enim ille audierit
a te / quoniam iste deceptor est Si enim
ille fatuus est / quoniam ille ad usu-
ram dat non incipit / neque
illis dare / neque istis / omnes
in suspicione habebit Tales esse
putabit Scitis enim quia si
mala sunt facile suspicamur
Que vero optima non ita
Efficiamur misericordes / non
quomodocumque / sed quomodo pater noster celestis
ipse et adulteros et molestos
et maleficos gubernat Et
quid dico Omnem speciem iniqui-
tatis habentes in toto enim mundo
nati sunt esse tales et plures hominum
tamen omnes nutrit omnes
induit Nullus fame periit
/ nisi forte sponte Sic effici-
amur nos etiam misericor-
des Si quisque opus habuit
et in necessitate fuit auxilia-
tores Sunt autem ad hec ir-
rationabilitatis venimus ut non
solum erga pauperes hoc faci-
amus qui per vicos ambu-
lant / sed et erga viros / mo-
nachalem vitam agentes

Ille impostor est inquit. Non
hoc dicebam pridem / quia
si indifferenter de omnibus
semper miserebimur Si autem
discutere semper ceperimus nun-
quam misericordiam prestabimus
Quid dicis ut panem accipiat
impostor est Si quidem auri
talenta quereret et argenti aut
vestes preciosas aut servorum
aut aliud quidquam multo quis
istum diceret deceptorem Si
autem nichil horum sed gu-
bernationem vestimentorum que
physice sunt, numquid hi deceptoris
sunt Sic michi Quiescat
abhinc absurda curiositate
/ et dyabolica et pemptoria
Si autem in clero electus fu-
erit Si sacerdote indiget
scrutare Non enim sine periculo
in talibus indiscussa communica-
tio est Certamen a periculo
distinctum Non enim das sed acci-
pis Si vero pro nutrimento
postulat nichil exquiras Illud
quo Abraham hospitalitate
erga omnes transeuntes onde-
bat / Si scrutator esset erga
confugientes ad se numquam an-
gelos hospites recepisset
Fortassis enim non putans
eos angelos esse cum reliquis
expelleret Sed quoniam omnes susci-
piebant / suscepit et angelos
Non enim ex vita suscipientium
a te tibi mercedem retribuitur

e deus sed ex volutate et
honorificentia multa ex mi-
sericordia et bonitate / hec si
in te fuerint / omnia inde
adipisceris bona illa / sine ta-
citurna Que cunctis nobis
contingat adipisci Gratia
et misericordia dni nri Ihu
xpi / cu quo patri Una cu sto
spu etc Omelia 12a

Hic enim melchisedech
rex salem / sacerdos
dei summi qui obvia-
uit abrahe regresso a cede
regum et benedixit ei Cui deci-
mas omnium divisit / Primum quidem
interpretatur rex iusticie /
Deinde autem rex salem
quod est rex pacis / Sine patre
sine genealogia / neque initium
dierum neque finem vite
habens / assimilatus autem filio dei
permanet sacerdos in perpe-
tuum / Volens paulus diffe-
renciam demonstrare novi et
veteris testamenti in multis ho-
dissemiat et iaculatur et ve-
luti quodam tintinabulo
occupat aures auditorum
et excitat confestim quippe a b ipso
exordio hoc iniecit dicens
Multifarie quidem locutus
e in prophetis / nobis aut in
filio Et illis quidem multi-
fariam / multisque modis / nobis
autem per filium Deinde
de filio locutus quis iste sit

Et quid operatus sit / et amo-
nens credendum illi esse / ne
eadem patiantur que iudei et
dicens quia pontifex secundum
ordinem melchisedech Et
sepius in hanc differenciam
ingredi volens / et multa cu
dispensans et increpans ve-
luti infirmos / et iam ēcitans
et erigens / ut confidentiam
recepissent / Tunc iam intro-
ducit differenciae rationem / vigentibus
auditoribus Qui enim subruit
et desperat / non facile quidquam
audit Et ut hoc agnoscas
audi scripturam dicentem Et
non audierunt moysen propter
pusillanimitatem / Propter hoc primum
excludens mores eorum
multis et terribilibus et benignis
sermonibus / Tunc iam aggressus
est differentie rationem Et quod
dixit / Hic enim inquit melchi-
sedech rex salem / sacerdos
dei altissimi Et quid e
mirabilius in ipso typo de-
monstrat multam esse claram
Nec enim dixi ex typo sed
fidem faciat virtuti ex pluribus
propter audientium infirmitatem
Hic enim inquit melchisedech
rex salem qui obviavit
Abrahe Abraham in paucis
totum narrationem posuit /
historie eam contemplatus e
Et primum ex nomine / Primum
quidem interpretatur rex iusticie

Left margin: pe continuativa sive epilogativa

Right margin: pe exercitiva ... capli

Right margin: pe ... tativa

Sedech quippe iusticia dicitur
melchi vero rex melchise-
dech ergo rex iusticie interpre-
tatur & in nominibus scrupulosa.
Quis est rex iusticie nisi dominus
noster ihesus christus ipse iuste
dicitur rex iusticie / Deinde
rex salem / hoc est ex civitate
quod etiam pertinet ad christum Iste
namque dum nos iustos effi-
cit / pacificavit que in celis
sunt & que in terris Quis
homo est rex iusticie & pacis
nullus nisi solus dominus noster ihesus
christus Deinde aliud dictum
introducit Sine patre sine
matre sine genealogia neque
initium dierum habens
neque finem vite assimilatus
autem filio dei manet pon-
tifex in perpetuum Quid ergo
occurrebat illi quod dictum est
Tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech ille.
Ille autem mortuus erat
& non fuit sacerdos in perpetuum
Intuere quali contemplatione
istud exposuit / et quis hoc
unquam de homine dixit Non
re ipsa in quo dico / sed
quantum ad noticiam hoc
est nescimus quem patrem
habuit / vel quam matrem
neque quando suscepit initium
neque quando defunctus est Et quid
hoc in quo Nam enim quia
nos nescimus / ideo defunctus
non est Nam habuit patrem
Benedictus / & defunctus est
& parentes habuit Quomodo ergo
sine patre sine matre / quoniam nec
initium dierum neque finem
vite habuit Quomodo in illo
non est narrata eius genealogia
Sic & christus ipsa natura rei
& sine initio & sine fine Sicut
enim aspicimus nescimus neque ini-
tium dierum neque finem vite
propter quod non sit scriptum / sic &
nescimus filii vel initium vel
finem non quia non est scriptum
sed quia neutrum habet Hoc
autem verius Et hoc ex non
esse / non est / sicut etiam in nominibus
Illic enim appellationes erant
rex iusticie & pacis / hic autem
rex verus Quomodo ergo ini-
tium habet intuere sine initio
filium / non quia non habet causam
ex qua sit hoc enim impossibile
est habet namque patrem Alio-
quin quomodo filius Sed qui non
habebat initium vite neque
finem assimilatus autem filio
dei in quo est similitudo / quia
& huius & illius finem ignoramus
& initium Sed huius quidem
quia non est scriptum illius
autem quia omnino non est in hoc
est similitudo Si autem in nominibus
esset similitudo non iam typus
esset & veritas Sed typus utrum-
que Sic enim in ymaginibus
est aliquid simile etiam

aliquid dissimile ins[ti]proc
quippe e[st] s[imi]litudo quedam
in caractere / dissi[mi]litudo aut[em]
i[n] imposicione colorum Et s[imi]l[itu]-
do ea manifesta monstratur
Cum quiddam autem est
dissimile Considerate aut[em]
inq[ui]t / q[ua]ntus sit iste Cui etia[m]
decimas dedit de p[re]cipuis
abraham patriarcha / Nat[ur]am
coaptavit typum Unde / iam
ondit confidens ondit eum
etiam alijs rebus Que erat
aput iudeos clariorem s[e]c[un]d[u]m
typum hic xpus intentio
ut non solum iudeis sed
etiam ipsi progenitore sac[er]-
dotum meliorem ondat /
Quod enim quis dicat de civi-
tate intueris cu[m] q[ua]nta habu-
dancia ondit excellenciam
Considerate autem inq[ui]d / q[ua]ntus
e[st] iste cui etiam decimas
dedit abraham patriarcha
ex p[re]cipuis p[re]cipua eximie
diuitie Et non p[otes]t dici
veluti consorti belli dedit
propter hoc enim dixit obuiauit
re[gi]meanti a cede regu[m] Domi
quippe sedebat inquit et
de laboribus suis dedit ei
primicias Quidam quidem
de filijs levi sacerdotiu[m] acci-
piens / mandatum habet
decimas sume[n]d[i] a p[o]p[u]lo s[e]c[un]d[u]m
legem .i. a fr[atr]ibus suis q[ua]mq[ua]m
et ipsi exierint ex lumbis
abrahe Tanta quippe excel-
lencia sacerdotij ut etiam qui
similes essent a p[ri]mogeni-
toribus / et eundem habent
p[ri]mogenitorem / tamen multo
amplius meliores ac indica-
ti sunt ab alijs Decimas igit[ur]
ab illis accipiunt Cum vero
aliquis eorum invenitur fuat
aput eos ab opis decimas
accipiens Non enim quidem
ordinem tenebant ad chorum
Ille autem in sacerdotibus erat
et non hoc solum sed neq[ue]
similis in honore fuit sed alio
genere / proinde nullo modo
dedisset alienigene decimas
nisi erg[o] plurimus honor esset
O quid operatus e[st] paulus q[uo]d
credibile e[st] / In ep[isto]la ad Roman[os]
s[er]mone[m] movens declarauit et me
et Iudaice consuetudinis abraha[m]
esse progenitorem / hic autem
multum adversus eos ausus e[st]
ondens incircumcisum multo me-
liorem Quo ergo hoc ond[i]t
Quia ei levi decimas dedit
Et quid ad nos h[oc] multum
inquid ad nos / Non enim con-
tende[re] potestis / leuitas me-
liores esse q[ua]m abraham
Ille autem qui sine genelogia
e[st] / de ipsis decimatus e[st] abraham
Et non simpliciter transiuit Sed
adiunxit Et hunc qui promissiones
habebat Non sursum atque
deorsum hoc erat honoris

excellencia sacerdocij

illorum / ondit ab illo hono-
rabiliorem esse illum ex eo
om iudicio / Et sine vlla con-
tradictione inquit / hoc est
omnibus sic uidetur · qd minus
e ab aliquo maiore benedicat
proinde melior e typus x
ceciam ab eo qui promissiones
habebat / hic quidem decimas
homines morituri accipiunt
illi autem testificatur pphetans
quia viuit · Sed ne dicamus
quia ab antiqua dictis dic
nobis inquit quo dici solet
Et bene illum appellauit p
abraham & leui decimatum
esse Qui decimas accepit /
Quo adhuc in lumbis erat
Cum ei obuiauit melchise-
dech hoc e in eo leui erat
quamquam natus non esset Et non
dixit leuite sed leui intuens
eminentiam Vides quantum int-
est inter abraham & melchi-
sedech qui typum gerebat
pontificis nostri / et ondit ex-
cellentiam prioris non ex ne-
cessitate factam Ille quippe
dedit decimas qd ptinet ad
sacerdotem Iste benedixit qd
e melioris ista excellentia &
ad progenitores eius transijt /
mirabiliter / & fortiter exclusit
iudaicas rones / ppterea dice-
bat / quia in betilles facti estis
/ quia h curare volebat ne-
gligerentur in eis / Talis enim

e scriptura pauli / ppstruit primu
et tunc ingreditur ad ea que
vult ondere / Proponens
et quia multam indigeat dilige-
ntia genus humanum / amplius e
quam arbusta / & particulis illud
enim naturam corporum e / & terre
seruiens agricolarum manibus
/ hec autem voluntas e plurimas
mutationes excipiens & nunc quidem
istud / nunc autem aliud assu-
mens / & pcliuis e ad mali-
ciam / ppterea oportet vndique cau-
telam exhibere nos // ne forte
obdormiscamus Ecce enim inquit
non obdormiet neque obdor-
miscet qui custodit isrl Et ne
des commotionem pedibus tuis
Non dixit Non commoueat
/ sed tu ne des / In nostro arbitrio
e dare & in nullo alio Si
enim voluerimus firmi stare ·
& immobiles non commouebimur /
Quid ergo nichil dei est
/ omnia quidem dei sunt / sed
non ita ut liberum arbitrium
ledatur Si ergo dei sunt inquit
omnia · quid ergo nos culpat
ppterea dixit / ut liberum arbitri-
um non ledatur ex nostro
itaque arbitrio est Oportet
nos eligere / primum quod bona sunt
et tunc ipse que ab ipso sunt
introducat non autem d.ict.
nostras voluntates ne ledat
nostrum arbitrium Cum autem
nos elegerimus / multa tunc

Nota de libertate
nostri arbitrij

de auxilio gratie dei
et ad liberum arbitrium

introducit auxiliatorem. Quid
ergo paulus inquit / neque vo-
lentis / neque currentis / sed
miserentis est dei / primum quidem
non sicut propriam sententiam intro-
duxit. Sed veluti ex hiis que
proposita erant hoc collegit. Et
ex hiis que ante premiserat. Dixerat
enim scriptum est. Miserebor cui
/ miserebor / adiecit igitur neque
volentis neque currentis sed
miserentis est dei / Dicis michi
Quid adhuc queris. Quoniam at
illud est dictum. Quia cum
est amplius illius totum dixit /
Nostrum enim eligere tantum est
et velle dei autem efficere
et ad perfectionem adducere / quia ergo
illius est amplius / eius dixit
esse universum / secundum consuetudinem
hominum. Sic quippe nos facimus.
Verbi gratia videmus domum bene
edificatam / et dicimus quia totum
artificis est / et tamen non omne
opus eius est / sed etiam operariorum
/ et qui materiam tribuit domini
et aliorum plurimorum. Verumtamen
quoniam ille amplius contulit illius
universum opus dicimus. Sic et
et hic. Item in multitudine
ubi plurimi sunt omnes esse di-
cimus. Ubi autem pauci / nullum.
Sic et paulus dixit / neque vo-
lentis neque currentis sed mise-
rentis est dei / Astruit autem
duo hic quedam magna /
Unum quidem / ne in superbia

erigamur. Si non festines inquit
per te non potes conatus tuus habere
effectum / nisi enim de super adve-
niat adiumentum / omnia in
vanum erunt. Et verumtamen
quodque adeptum fueris eorum
ad que festinas manifestum est
/ quia currendo vel volendo adi-
pisceris / Non ergo hoc dixit
quoniam in vanum currimus. Sed quid
/ quoniam in vanum curremus / si non
esse universum putamus. Sed non
plurimam partem deo tribuimus.
Neque enim deus totum suum esse
voluit / ne videatur sine causa
nos coronare / neque nostrum universum
ne in superbiam incidamus / si
enim minimam partem habentes alta
sapimus. Quid si totum nos
operis nostri domini essemus. Multa
quippe deus ut ambitionem nostram
recidat fecit. Et adhuc altis-
sima illa manus / quibus nos
passionibus circumdedit ut nostram
recidat arrogantiam. Quid ille
circumvallavit bestiis. Item cum
dicunt quidam. Quid hoc / dici-
tur hoc / contra quod deo placet
ista locutio / In tanto te timore
constituit / et neque sic humilia
sapis. Si modicam prosperitatem
arripias ad ipsum celum per-
tingis / alta sapiendo propterea
etiam celles mutationes ex-
istunt et ruine. Et neque sic
corripimur. Crebro mortes
frequentes et immature. Nos

autem veluti immortales sa-
pimus ut numquam morituri. Sic
rapimus aliena, sic amplio-
ra cupimus ut numquam reddituri
rationem. Sic edificamus tamquam
perpetuo permansuri et neque
dei verbum nobis per singu-
los dies insonans neque ipse
res nos corripiunt. Non
est dies, non est hora in qua non
videantur mortui frequentes
efferri. Et omnia sine causa.
Duritiam enim nostram nemo
mitigat neque alienis calamita-
tibus meliores effici possumus,
magis autem nolumus, sed
cum soli lugemus tunc humilia-
mur et si ita manum suam
porrigat deus nos manum
nostram erigimus. Nemo humilia
sapit. Nemo contempnit que
in terra sunt. Nemo ad celum
attendit, sed sicut sues de-
orsum proni sunt ad ventrem
inclinati in volutabris involu-
ti. Sic et plurimi hominum et cete-
ri volutabris se polluunt
et non sentiunt. Melius
quippe est luto in mundo pollui
quam peccatis. Qui enim illic
polluitur parvo tempore di-
luitur et efficitur similis ei
qui illic non cecidit. Qui
vero in baratrum ceciderit
peccatorum talem pollucionem
accipit que aqua dilui non
possit sed que multo tempore

opus habeat et penitencia diligenti
et lacrimis et luctu ferventiori
ampliorisque temporis quam
in dilectissimis nostris solemus
ostendere. Iste quidem sordes
nobis extrinsecus adveniunt
propterea et citius eas amittimus.
Ille autem intrinsecus generantur
propterea et vix abluuntur et
expurgantur. De corde enim
inquit exeunt cogitationes
male, fornicationes, adulteria,
furta, falsa testimonia et ce-
tera. Et propheta david dicebat:
Cor mundum crea in me
deus. Alius autem: lava
a malicia cor tuum iherusalem. In-
tuearis quia et nostrum est opus
bonum et dei. Beati mundo
corde. Quibus modis valet corde
mundo? assignamus a nobis peccata.
Quomodo autem possint abstergi
propheta docet nos dicens: la-
vamini et mundi estote, auf-
ferte malicias vestras ab
animabus vestris in conspectu ocu-
lorum meorum. Quemadmodum putant
quidam esse non maleficium si
hominibus occulti. Deo autem
manifesti sunt. Sepulchra
sunt dealbata, propterea sic
dixit: aufferte que ego video
et discite bonum facere, ex-
quirite iudicium, iuste iudi-
cate egenum et pauperem,
et venite disputemus dicit
dominus. Et si fuerint peccata vestra

feniculu[m] ... e[st] h[er]ba fullonu[m] que nigra[s] facit candida[s]

sicut feniculum / sicut nivem
dealbabo. Si non sicut cocci-
num / sicut lanam albam
faciam. Intuere quia oportet pri-
mos a nobis ipsis mundari
et tunc deus mundat / Primo
quidem dicens mundi estote
tunc intulit ego dealbabo
Non igitur etiam eorum qui
usque summam iniquitatum de-
venerit desperet de seipso ac
si in habitum quemdam venerit et
pene in naturam operis iniqui-
tatis non timeas. Propterea enim
colores non tenues nominavit
sed pene que consubstantiales vi-
deantur subiectis in quibus sunt
quos dixit se in contrarium statum
et habitum commutare non simpli-
citer se lavare dixit sed sicut
nivem et sicut lanam deal-
bare / ut nobis spem melio-
rem proponeret. Magna itaque est
penitentie virtus. Que quidem nos
sicut nivem efficit / et sicut
lanam dealbat / ac si ante-
cedens peccatum infecerat nostras
animas / Festinemus itaque mundi
effici / nichil grave nobis
imperavit. Iudicate pupillo
et iustificate viduam. Viduam
vides ubique quo multa
cura est deo / multorum misericordie
et patrocinium exhibendi eis
qui opprimuntur / Hec et nos ag-
grediamur. Et poterimus
gratia dei bona futura adipisci

Quorum contingat nos omnes
dignos effici in Christo domino
nostro. Cum quo patri una cum
sancto spiritu / gloria imperium hon[or]
nunc et semper. Omelia 13

Si ergo consummatio per
sacerdotium leviticum
erat / populus enim sub ipso le-
gem accepit / Quid adhuc
erat necessarium secundum ordinem
melchisedech alium surgere
sacerdotem / et non secundum ordinem
aaron dici / translato enim sacer-
dotio necesse est ut legis translatio
fiat. In quo enim hec dicuntur
ex alia tribu est de qua nullus
altario prefuit / manifestum est
enim / quod de iuda ortus est dominus
noster. In qua nichil de sacerdo-
tibus moyses locutus est
Si ergo consummatio per levi- Consummatio
ticum sacerdotium erat. Nimirum
dicens de melchisedech et
ostendens quantum melior esset
abraham et multa dicens
predicans / hinc iam incipit Excusatio
ipsius testamenti differentiam ostendere
et quomodo illa quidem lex imper-
fecta est ista autem perfecta et non-
dum in ipsas res ingressus
est / Sed ex sacerdotio interim
pugnat et ex tabernaculo. Hec
enim credibiliora erant infi-
delibus quando ex hiis que
antecesserunt et credita sunt
probatio sit. Ostendit igitur quia
multum a levi et abraham

melior melchisedech i or-
dine sacerdotali factus est
Ex alio etiam argumentum
existo Cur igitur non dixit
secundum ordinem aaron ostendit
ni ibi excellenciam Unde
enim possit excludere sacerdocium
Christi non secundum ordinem aaro
fuit Inde istud quidem sta-
tuit illos autem excludit
hoc ipsum insinuat dicens Cur non
secundum ordinem aaron inquit
factus est sed etiam quod dixit
Quid adhuc necesse multa
habet exposicione Etenim xpus
secundum carnem ante esset secundum
ordinem melchisedech De-
inde lex facta esset Et ea que
erat aaron disposita sunt
nihil quis dixisset quia istis
perfectis illa soluta sunt et istis
ingressis illa decessere Si
vero xpus post ea venit etiam
sacerdocium aliam formam susci-
pere manifestum est Ut potest
illis preteritis imperfectis existenti-
bus ponamus inquit omnia perfecta
esse et nichil imperfectum re-
mansisse In sacerdocio aliquo
Quid ergo opus erat secundum
ordinem melchisedech dici
et non aaron propter quod re hoc
et electo aaron aliud intro-
ducitur sacerdocium i melchi-
sedech Christi confirmato hoc
est aliquid confirmatum vite
perfectio plenitudo sacerdotum

erat attende quo recta via
procedatur postquam dixit quod
xpus pontifex factus sit
in eternum secundum ordinem
melchisedech ostendens quia
melius est sacerdocium secundum or-
dinem melchisedech multum
ipse melius est Deinde ex
tempore hoc demonstrat post
aaron fuit Unde clarum est
quia fuit melior Quid sibi
vult hoc quod sequitur populus
inquit in illo legem accepit
Quid est in illo propter obedivit
per illum omnia gessit non tamen
dici potest quia perfectus quis
erat non autem populus pro illo
in illo enim legem accepit i
eo antistite usus est Quid
ergo alio sacerdocio opus erat
Translato quippe sacerdocio
necessario et legis translatio
fiet Si vero aliud sacerdote
oportet esse magis autem sacer-
docium novo et legem alteram
hoc ad eos qui dicunt Quid
opus erat novo testamento
habet quidem suffraganeos
testamentum ex prophetis hoc
testamentum quod dispositum pa-
tribus veteris Intimum inter
ex sacerdocio dominicat Et in-
tuere quo ex superioribus narr-
avit dixit secundum ordinem
melchisedech hoc dicto ex-
clusit sacerdocium aaron Ne-
que enim secundum ordinem mel

chisedech dicet. Quid illud sacer
dotium melius esse. Si igitur
sacerdotium introductum est
aliud oportet et aliud testamen
tum esse. Neque enim potest sacer
dos sine testamento esse, et sine
lege, et sine preceptis. Neque
aliud accipiens sacerdotium
illo vetere uti oportuit. Deinde
quod opponi posset curavit, quo
sacerdos esse possit qui non
est levita. Hoc in superioribus pre
struens neque ad solvendum
dignum putavit, sed in transcursu
hoc introducit dicens. Ita
translatum est sacerdotium ergo,
et testamentum translatum est non
ordine tantummodo neque preceptis,
sed etiam tribu. Oportebat quippe
ut etiam tribum mutaret. Et
quomodo translatum est sacerdotium ex
tribu ad tribum, de sacerdota-
li ad regalem, ut eadem ipsa
sit et regalis et sacerdotalis, et
intuere misterium. Primo fuit
regalis, postea facta est sacerdo-
talis, sicut etiam liquet in
Christo, rex erat semper, sacerdos
autem factus est quando carnem
suscepit et quando sacrificium obtu-
lit. Vides mutationem. Que
autem per translationem facta sunt
velut ex rerum consequentia
veniat introducit. In quo
enim ista dicuntur inquit alterius
tribus particeps erat. Et ego
novi quia nihil sacerdotale

habuit. Translatio quippe est.
Ego autem aliam inquit
ostendo differentiam, non solum ex
tribu, neque ex modo, neque
ex testamento et ipso typo. Qui
enim non secundum legem precepti
carnalis factus est, sed secundum po-
tentiam vite insolubilis factus
est, inquit pontifex, non secundum
legem precepti carnalis, lex
quippe illa ex multa parte
carnis erat. Quid est precepti
carnalis. Circumcide inquit
carnem, lava carnem, purga
carnem, liga carnem, mutila
carnem, subministra carni.
Bona autem et libationis que
erant copulata vita carni, mel
et lac carni, delicie carni.
Ex hac lege suscepit sacerdo-
tium Aaron, Melchisedech
autem non sic, sed amplius ad-
huc manifestum erit. Si secundum
similitudinem Melchisedech ex-
urgit pontifex alter. Quid
est manifestum erit. Quanta
inter utrumque sacerdotium
differentia, quantum melior qui non
secundum legem carnalis precepti factus
est. Quis est iste. Numquid Melchi-
sedech, non inquit sed Christus.
Sed qui secundum potentiam vite
insolubilis. Contestificatur enim
pre huit prophetiam inquiens.
Tu es sacerdos in eternum, id est non
temporalis neque finem habens,
sed secundum potentiam vite

hoc e per vitam et potestatem insolubilem / et tamen quisque non videatur corpus esse in eo qui non secundum legem precepti carnalis factus est / Consequens enim e dicere secundum legem spiritualem / Verum hoc quod dixit / per carnale quia subiacet tempori demonstravit Sicut et alibi dicit usque ad tempus correctionis inpositis iustificationes carnis secundum potentiam vite i. qua ipsa virtute vivit / post quam dixit / quia et legis translatio futura e / et ondit hoc interim / Deinde quia et tamen / quod maxime omnium hominum aures satisfaciat Sicut aliunde rei agnovimus et ad vitam nos adduxit amplius circa eam et eorum perspiciunt secundum qualitatem eius quod efficitur / Reprobatio enim fit inquit antecedentis precepti propter infirmitatem suam et inutilitatem / Hic heretici insurgunt sed audite intente / non dixit legem carnis / reprobatam / propter malignitatem / neque propter maliciam / sed propter infirmitatem et inutilitatem Nam et alibi ondit infirmitate eius cum dicit In quo infirmabatur per carnem / non ergo opera infirmata e / sed nos / nichil enim perfecit lex Quid e nichil perfecit / nullum perfectum operata est / dum ei non obeditur / hinc adde quia neque si audiretur perfectum quicquam faceret et virtutis compotem / Iterum autem non hoc dicit hic / sed quia nichil valuit Et recte lex namque erant composite / hoc fac / illud non facias / posita erant hec tantum non autem et virtutem inspirabant Quia spes non erat / Talis reprobatio quid e / exclusio quippe eorum qui obtinebant e reprobatio proinde ondit / qui obtinebant sed contempta e / Iam quia nichil perficiunt nil ergo omnino profuit lex / Profuit quidem / valde profuit / sed ad faciendos perfectos nichil profuit / Nichil ergo perfectum fecit lex Iuxta hoc quippe dicit Omnia legis instituta forma et umbra / circumcisio / et sacrificia / sabbata / non valebat ergo pertransire in animam / propter hoc cedit atque discedit Introductio melioris spei per quam appropinquamus deo / et sicut quod non sine more invado Intueris quia necessarium illic fuit instruendum / ut propter hoc multa super hiis phi

lozophar et. Cur ita iuravit deus / et iuravit ad maiorem satisfactionem nostram. Introductio inquit melioris spei. Habuit quippe et illa spem / sed non talem / sperabat enim populus veteres possidere terram / nichil enim post pati / hic autem speramus quia plerique non terram possidebimus / sed celum / Magis autem quod celo multo melius est / speramus pro deo consistere et ad ipsum paternum solium pervenire. ministrare ei cum angelis et vide quomodo hec per singula pedetentim proponit. Illic namque intrantem interiora velaminis hic autem extra velamen per quam appropinquamus inquit deo et secundum quod non sine iureiurando. Quid est et secundum quod non sine iureiurando hoc est certe et alia dicta non simpliciter. Per premissa sunt. Illi quidem sine iureiurando sunt sacerdotes effecti. Iste autem cum iureiurando / per dicentem ad eum iuravit / dominus / et non penitebit eum / tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Melioris testamenti sponsor factus est ihesus / Quare proponit dicens quia non habet finem sicut legalis. hoc autem fiat ex persona Christi qui ingressus inquit est / secundum virtutem vite insolubilis / Fiat autem hoc ex iureiurando. quia iuravit et ex re. Hec enim quoniam infirma erat illa / exclusa est ista / quoniam fortis est et valet / manet. Fiat autem hoc ex pontifice. Quod per unum est / non enim omnes esse / nisi esse immortales / Sicut enim multi sacerdotes sunt qui mortales sunt / sic unus per immortalis. Et in tantum melioris testamenti sponsor factus est ihesus. secundum quod iuravit super eum mansurum esse / Neque enim hoc faceret nisi maior esset unde et salvare in perpetuum posset / accedens per semetipsum ad deum / semper vivens ad interpellandum pro nobis. Intuearis quia deo qui semper eternum est / ita dicit. Non enim pontifex est tunc etiam interpellat / Propterea et cum dicit paulus qui etiam interpellat pro nobis hoc idem signat dicens. i. in eo quod pontifex est interpellat / Alioquin qui resuscitat mortuos / quos vult et vivificat / sicut pater quomodo ubi salvatione opus est interpellat / qui omne iudicium habet / quomodo interpellat. Cur mittit ange-

angelos / ut alios quidem
in certamina mittant / alios
autem salvent / quod inter-
pellat Unde dixit etiam
salvare potest / perpetuo ergo
salvat / quia non moritur
et semper vivit / Non habet
successorem / potest omnibus
adesse / Hic alius enim pon-
tifex ac permutabilis esset
ad tempus aliud in quo
vitam agebat sicut Samuel
Et si qui tales / postea vero
nequaquam erunt Siquidem
moriebantur / Hic autem non
ita est sed salvat in perpetuo
Sacrificium quidem sufficiat
non hic solum inquit sed et
illic salvat accedens per se-
metipsum ad deum Unde sal-
vat semper vivens ad interpel-
landum pro nobis Vides
humilitatem / Vides huma-
nitatem Non enim dixit eum
obtinuisse sed ut obtineat
semper interpellare pro eis
Quod est in perpetuo non ad
tempus tantum / sed etiam
illic in futura vita Semper
ergo opus habet deprecari Et
quo hoc rationem habebit
Etenim homines iusti / ex una
petitione / sepius totum
impetrarunt / ipse autem semper
postulat Quare ergo
confidet intuens quia de-
scensio est ista hoc est nolite

timere ne deseratis quidem
quia etiam diligit nos et
fiduciam habet ad patrem
sed non potest semper vivere
semper enim inquit vivit Tal-
is enim nobis decebat ut nobis
esset pontifex sanctus innocens
impollutus / segregatus a peccatoribus
Vides quia de humanitate hoc
totum dictum est Audio autem
totam humanitatem dico / divi-
nitatem unitam dico non divi-
dens / sed permittens quod con-
decet in spiritu Vides deum
pontificis / recapitulavit quod
dictum sit Tentatus in omnibus
iuxta similitudinem sine peccato
Talis enim decebat inquit
ut nobis esset pontifex sanctus
innocens Quid est innocens
/ sine malignitate Quod
dicit alius propheta nec dolus
inventus est in ore eius id est
non fuit subdolus Quid
hoc quisquam de deo dixit
/ et non erubescat dicens
quia deus non est subdolus
neque dolosus De eo autem
qui secundum carnem est habet
rationem Sanctus inquit
impollutus Quid et hoc quisquam
de eo dixit Numquid habet
naturam que pollui possit /
Segregatus inquit a peccatoribus
hoc itaque solum ostendit
dicam quod etiam ipsum sacrificium
idem ostendat / Quod non

habet inquit necessitatem
quemadmodum sacerdotes / pri-
mo pro suis delictis hostias offerre
/ deinde pro populo / hoc quippe
semel fecit seipsum offerendo
/ hic iam disputat spiritualis
sacerdotii eminentiam et quantum
interest dixit / quod esset pontifex
dixit quod esset testamenti. Non
quidem dixit totum tamen
hic iam integre precidit veteri
sacrificium. Noli igitur puta-
re / pontificem cum audi-
eris quod semper pontificali fun-
gatur officio. Semel quippe
functus est pontificatu. Et
vide iam consideret ne putes
eum stare sursum et ministrum
esse. Unde ostendit quod dispen-
sationis res facta est. Sicut enim
homo factus est sic et pontifex
et ministri / sed sicut homo factus
non mansit homo. Sic et
minister factus non mansit mi-
nister. Non enim ministri est
sedere / sed stare. hoc ergo
significat magnitudinem
sacrificii ostendit quod sufficiat
Nimirum unum esset et semel
esset oblatum / et tamen prevaluit
quantum omnia celesti non vale-
bant. Sed nunc dum de cerimoniis
loquitur / hoc enim fecit /
necessarium enim inquit habuit
etiam hoc / quod offerret / non
ipse offerre sed pro populo. Quid
dicis valet hoc causa inquit

Non enim puteris meo quod
dixit / Semel fecit / etiam
de eo dici ostendit. Audi ergo
quid dicit / lex enim inquit
homines constituit pontifices
habentes infirmitatem propterea
et semper pro se offerunt.
Iste autem potens qui non
habet peccatum. Quare ergo
pro se offert pro aliis at
fortassis habet rationem / Ser-
mo autem inquit iurisiu-
randi qui post legem est
filium in perpetuum perfectum / Non
ponit paulus distinctiones
postquam enim dixit pontifices
habentes infirmitatem non
dixit filium potentem / sed
perfectum id est potentem tamen
sic dicet videtis quomodo filii nomine
ad distinctionem servi dictum est
infirmitatem autem / aut
peccatum dixit aut mortem
Quid est in perpetuum Non
nunc solum sine peccato sed
semper. Si igitur perfectus est conclusio
/ si numquam peccavit / et semper vivit.
Cur pro nobis offert multa
sacrificia / Sed interim de hoc
non contendit / sed pro eo
quia pro se sacrificium non
offert / hoc affirmat / Non Ex hoc…
itaque talem habemus pontificem
innitemur eum / cuius vestigia
sequimur / non est aliud sacrifi-
cium unum non purgavit
post istud ignis et gehenna

Sacramenta
quod periculosum est peccare
ante baptismum sive ante sacramentum
ad hoc deleendi peccati
per tale sacramentum

Iterum propterea sursum atque de
orsum revolvit dicens: semel
sacerdotem, semel sacrificium, ne
quis putaret multa esse,
sine timore delinquere. Quot
quot igitur digni facti sumus
signaculo, et quod sacrificio po
titi sumus, quod ex immortali
mensa participamur, per
maneamus custodientes ge
nerositatem nostram et honorem.
Non enim sine periculo est
nobis ruina. Qui autem
nec dum digni facti sunt
isti neque ipsi propterea presumant.
Cum enim quis propterea peccat
ut sanctum baptisma in
novissima sua expiratione
suscipiat, forte tamen non adi
piscitur. Et credite mihi
non terrens vos dico. Et
dicturus sum multos novi
qui hoc passi sunt. Qui in spe
baptismatis multa peccabant
circa diem autem mortis
discesserunt vacui. Deus enim
propter hoc baptisma tribuit ut
solvat peccatum, non ut addat.
Si vero quis ad hoc baptis
mate utitur ut amplius
delinquat, ipsum fit neglige
ntie causa. Si enim non esset
lavacrum, mitius viverent
non habentes peccata. Intueris
quia quod dictum est: faciamus
mala ut veniant bona,
nos sumus qui facimus ut

magis in
nunc vel
mitius

dicatur. Propterea et ego obsecro ut et
vos qui adhuc nondum estis
imbuti, evigiletis. Nemo
sicut mercenarius, nemo sicut
sicut ingratus exerceat vir
tutem, nemo sicut grave
quidem et importabile. Sed cum
alacritate hanc aggrediamur
et gaudentes. Etsi enim merces
nobis non esset proposita, nonne
oportebat bonos esse? Ubi autem
cum mercede efficiamur boni.
Et quomodo non erubescis? In
hoc maior est vestra excusatio
nisi mihi dederis mercedem
inquit, non efficior castus,
~~neque quando eris castus~~ Propterea
audeo aliud dicere: nunquam
eris castus, neque quando eris
castus. Siquidem hoc pro
mercede facis, nihil estimas
virtutem, sed non ipsam
amas, sed propter nostram infir
mitatem interim vel propter
mercedem eam fieri voluit
promotor et tributor et ama
tor. Nos autem neque sic
eam aggredimur. Constituamus
autem si vult. Prima homo
quidem multa mala operatus
discedit ab eis et dignus
factus baptismate, quod non facile
arbitror contingere. Quid illuc
accipit dic mihi? Velut qui
pro eis que operatus est non
cruciandus, sed sine fiducia
ulla erit. Qui enim et quos

tamen conditione
mercedis

vivens nullum opus bonum
demonstravit / sed tamen quia
non peccavit / magis autem neque
hoc / sed quia gratia salvatus
est. Alios autem videt orna
tos splendidos et probabiles
/ at si non tristeat in gehenna
numquid penam sustinebit me
rorem. Sic mihi. Ut autem
sub exemplo hanc rem ma
nifestiorem faciamus proponamus
duos milites. Et unus quidem
fuerit / appetat aliena alius
autem horum nichil appetit
sed benignitatem solam on
dat virtutes plurimas operetur
/ in pluribus tropheā constituat
/ dexteram suam efficiat / ex
hostibus cruentam. Deinde
tempore veniente iste quidem
ex illa dignitate milicie in
qua et sic ille erat / recepte
te ad regale solium / et ad
purpuram provehatur. Ille
quidem vero illic permaneat
ubi erat. Et ex ira sola
imperiali non luat supplicia
eorum que gessit / sit autem
in loco novissimo et sub im
peratore constitutus / non sustinebit
merorem. Sic mihi cum
videt illum quidem qui cum
eo erat ad summam ascendisse
dignitatem et ita clarum fac
tum et totum mundo obtinere
se autem in in fimis perdura
rem / et id ad ipsum quod non
supplicijs afficiatur sine aliquo
honore habitem / ex gratia sola
et ira imperatoris ac si enim
cum imperator dimittat a
cimibus libet tamen tamen
confusio permanebit / Non
enim eum alij mirabuntur. In
talibus enim indulgencijs non
eos qui dona ceperunt sed
eos qui tribuunt admirantur.
Quanto maiora donaverit
tanto magis confundentur qui
ceperunt / quanto erant eorum
delicta maiora. Qualibus
ergo oculis intueri poterit /
huiusmodi eos qui sunt in imperiali
aula constituti. Ut illos x.
milia sudores / et vulnera
sustinentibus ipse nichil sit
habens / quod ostendat. Sed etiam
ipsum quod salvatur ex solamia
dei possidens. Quo enim si
quis hominem homicidam
/ furem / adulterum / dimittendum
crediderit / postulet et iubeat
esse ante regalis aule limina
nullum valebit respirare
licet etiam a supplicijs liberatus
sit sic et iste. Non enim et si
regnum dicitur putabis eos
eadem adipisci. Si enim et
prefectus et omnes qui circa impera
torem sunt in aula regali
et alij valde infimi. Et qui
locum qui dicitur decanorum
obtinent. In aula regali sunt.
quamvis tamen intersit inter

no exemplum de duobus militibus

Et maxima gloriam habent illi qui
in bonis operibus habent tristitiam sal-
vati sunt super illos qui sola gratia habent
decedentes salvati sunt sine operibus

perfectum / et decimus / multo amplius in superioribus dignitas hoc idem est. Et hoc non ex me dico. Etiam aliam ponit decim paulus. Sicut quippe differentie inquit a sole usque ad lunam et ad stellas et ad minimam stellam / tante erit differentie et condicionis qui in regno dei sunt / et quam multo amplius ab eo qui decimus dicitur et a perfecto / solis et stelle numine / extat deum manifestum est omnibus. Sol quippe omnem simul illustrat mundum / et festivum facit et lunam et stellas obscurat. Iste autem fortassis nec parent in tenebris constitute / multe quippe sunt stellarum quas non videmus / qui ergo alios vidimus soles effectos. Nos autem stellarum minimarum locum habentes pene non apparentium quale nobis erit solatium. Nolite obsecro. Nolite gra- graves corde fieri. Nolite ita segnes esse ut non negociemur a deo salutem / ad desidiam et negligentiam sed in diminuemus eam / et multiplicemus / at si kathecuminus sit aliquis sed xpm nondum / sed fidem percipit / sed oracula divina advertit / sed non est longe ab intellectu. Novit voluntatem domini

Quare differt / pro quanto vult tale differre neginum. Nichil melius est quam vita bona / et hic et illic et in baptizatis et in kathecuminis. Quid enim grave est. dic michi / quod nobis imperatur / Uxorem inquit uxorem tuam / et castus esto. non hoc difficile est. Quomodo multi enim sine uxoribus castitatem servant non christiani solum / sed etiam pagani. Despexit te paganus propter vanam gloriam tu autem neque hoc custodis propter timorem dei. Da inquit pauperibus ex hiis que sunt tibi. Num hoc grave est. Sed hinc accusant nos pagani divites integras substantias exinaniunt propter vanam gloriam. Noli inquit turpia loqui. Num hoc difficile est. aut non esse imperatum. Nomine Deum hoc implere in mirum honesta apparamus. Ita uero magis contrarium huius difficile est / hoc est turpia loqui manifestum est ex eo quod qui revertitur confundit animam cum tale aliquid dicere fuit conatata / et non dicit nisi forte in ebria. Quare enim in publico non loqueris aliquid turpe. Sed in domo hoc facis et secreto. Illic non facis propter presbyteros

dei mandata
non sunt gravia

Curare ante coniugem tuam non facile loquens turpia, ne ad iniuriam eius hoc factum videaris / ne iniuries igitur mulierem. Ubique enim prius est et omnia audit. Noli inquit inebriari hoc enim et per se ipsum iam supplicium est. Non dixit coarta corpus tuum. Sed quid non ita cum luxuria facias ut auferens ab ea principatum. Noli ad splendidum cupiditate eius prouocari facere. Ne rapias inquit que tua non sunt. Noli avarus esse / noli peierare. Qualibus laboribus hoc opus habet qualibus sudoribus. Non accuses inquit neque calumnieris. Econtra autem magis labor est cum male dixeris. statim enim in periculum devenies / et in suspectionem ne forte audierit de quo male dixit. Quia magnus ille sit siue minimus. Si enim magnus fuerit ipsis opibus confestim plectaris. Si autem minor similibus se vlciscetur / magis autem et peioribus et maioribus te maledictis afficiet / Nichil difficile est nichil grave quod nobis imperat. Si volumus etiam que facilia sunt grauia nobis videbuntur. Quid facilius quam vestiri / Ex multa vero dissolutione plurimi etiam in hoc difficultates patiuntur. Multos autem audio dicentes / quia et audire et comedere labor est. Hoc autem nichil habet laboris si volumus. In voluntate enim constituta sunt preter gratiam duntaxat que desuper est. Festinemus ergo ad bona ut etiam eterna bona adipiscamur in Christo Jhesu domino nostro / cum quo patri vna cum sancto spiritu / gloria imperium hoc nunc et semper in secula seculorum.

Capitulum C 19 C 8

Capitulum autem in hiis que dicuntur talem habemus pontificem qui sedet ad dexteram sedis maiestatis in celestibus minister sanctorum et tabernaculi veri quod constituit deus non homo. In uno commiscet humilia cum excelsis apostolus paulus semper magistrum suum sectans ut per humilia et per hoc ad illa deducantur. Et venientibus ad sublimia facilius efficiatur via / quam magna distant / quia illa distinctionis erant / postquam itaque dixit / qui obtulit se ipsum postquam eum dixit pontificem quid intulit. Capitulum autem in hiis que dicuntur talem habemus pontificem qui in dextera sedet maiestatis / et tamen hoc non pontificis est sed eius cui ab illo exhibitum oportet sacerdotium sacrorum ministrum sanctorum

neque minister simpliciter dictus
est, sed sanctorum minister et tha-
bernaculi quod constituit deus
non homo. Vides descensionem?
Nonne paulo ante distinxit
dicens: Nonne omnes sunt ministri
spiritus? Et apostolus dixit: Non
audiunt: sede a dextris meis.
Ut compote illo qui sederit ho-
nestante ministerio. Quo ergo
hic minister dictus est et minister
sanctorum. Thabernaculum appe-
hic dixit. Vide autem quomodo
astrixit animas eorum qui ex iu-
deis crediderant, quoniam fortassis
ymaginabuntur quia thaber-
naculum tale non habemus.
Ecce minister pontifex et magnus
et multum maior illo et
sacrificium mirabile obtulit.
Sed intuere ne forte ampli-
ficatio et ornatio sit. Apostolus
primo fidem fecit ex uire ui-
uendo. Deinde ex thaber-
naculo, quod quidem et de-
monstrat differentiam. Ipse
autem et aliam adinvenit:
Et constituit deus non homo.
Ubi sunt qui dicunt signi-
ficare celum, ubi sunt qui
spervides, illud excipiunt
ant. Utraque enim ista sunt
exclusa in hoc loco. Capi-
tulum autem inquit ut supra.
Capitulum semper quod maxi-
mum est dicitur. Item deponit
sermonem suum postquam dixit

que alta sunt quasi sine timore
iam loquitur. Deinde ut
cognoscas quia minister de
humanitate dictus est intende
quomodo hoc ipsum annotat.
Omnis enim pontifex inquit
ad offerenda munera et hostias
constituitur. Unde necesse est et hunc
habere aliquid quod offerat. Ne
forte quia audis quoniam sede-
at, tamen cum putes pontificem
dictum illud quidem dig-
nitatis divine est, id est sedere. Hoc
autem omnis multe et amoris
que nobis impendit. Apostolus
hoc mulctat et in hoc am-
plius commoratur. Verebatur
enim ne illud refutent. Apostolus
iam ad hoc suum deponit
sermonem, quoniam querebant quidam
Cur mortuus sit. Pontifex
erat, pontifex autem sine
hostia non est. Oportet igitur
et hunc habere hostiam, et talem
docens quia sursum est
Ostendit videlicet quia pontifex
est ex melchisedech ex uire
uiuendo ex offerendo hostiam.
Deinde etiam ex hoc et
necessarium construit alium
sillogismum. Si enim esset super
terram inquit neque esset
pontifex, cum essent qui offerrent
secundum legem munera. Si ergo
est pontifex sicut asserimus
oportet eum locum aliud querere.
Super terram quippe extans

neq̄qm̄ eet pontifex sicut
afferimꝰ Oportet eum locum
aliū que Quo em̄ neque
obtulit / neqȝ sacerdos fuit
e Et merito / erant em̄ alij
sacerdotes / ondit ergo qm̄
nec impossibile ē sup̄ t̄rã
esse sacerdotem Quo em̄
vbiqȝ neqȝ s̄c̄os erat iqt
/ hic nūm̄ ē eleuari me
tem nram̄ et contemplari
apticam sapiam̄ qm̄ q̄am
aliam s̄cam̄ demostrat
sacdocij Qui exemplari
et vmbre deseruiūt celestiu
Que hic dicit celestia spūa
lia / ac si em̄ / et in terra
gerunt' tm̄ celis hec dig
ne sunt functiones Cū em̄
dus noster spūs xp̄us orret
omissus / ad spūs sanctū ad
uenit / tum qui sedȝ in dextra
p̄ris p̄ns affuit cu filij effi
ciamur p̄ baptisma tum
ciues efficiamur eorum
qui in celis sunt cu patriam
supnam h̄ueri mꝰ / cu ciui
tatem et conuersacoȝ in celis
tum peg̃ni simꝰ h̄itati
onis quo no sunt celestia
Sed quid sunt Nonne si
ympni celestes Nonne canti
lenam in supnis c̄tent No
ne chori sunt d̄m in c̄ope
ax s̄tutid h̄ant c̄tiam nos
qui deorsum sumꝰ Nonne
et altare celeste c̄ostet

Nos modo nichil h̄ȝ carne
Omnia spūalia sunt q̄ p̄ponūt
non in cinerem c̄soluūtur
non in fumos extenuatur
/ no in vaporationes diffidut
sacrificia / sed clariora et festiuio
ra efficiuntur / que cūqȝ p̄po
nuntur Quo itaqȝ no celes
tia celebramꝰ Cum em̄ dr
Et quecūqȝ tenuerit p̄lad
detenta sit / et cuiꝰ cuqȝ dissa
serint dimittuntur Et claues
habuerit celi / Quo no
sunt celestia / qui exemplari
inquit et vmbre deseruiūt
celestiu / sicut c̄sponsu ē
moysi / cu c̄sumasset tha
bernaculum Vide inquit
omnia facito sc̄dm exeplar
qd̄ tibi ostensum ē i monte
Nm̄ auditus in ymag apty
est / ad quippedam disciplinaȝ
/ quam visus / Non em̄ ita
quedam aio / q̄ uiȝ au
dimus Quo illa q̄ ipo
visu percipimꝰ / ondit illi
omnia / sicut em̄ dicit de iudeis
obseruacoibꝰ illis exemplar
et vmbra / sic de templo
sibi dixit em̄ Vide et facito
Quid est pro nobis Cum sacrifi-
cio ascendit inquit potens
propitiare patrem Quid enim
dic michi ipse erat inimicus
quia enim angeli inimici erant
Audi quid dicit / pacificat
que in terris et que in celis
sunt / Propterea de ipso intravit
in celum / nunc ut appareat
vultui dei pro nobis Nunc
ut appareat / nunc manifestetur / sed pro nobis
/ Neque ut frequenter offerat
semetipsum / quemadmodum
pontifex intrat in sancta
per singulos annos in sanguine
alieno Intuere quante differentie
sepe et semel in sanguine ali-
eno / et in sanguine proprio multum
interest ipse quidem et sacrificium
/ et sacerdos et hostia Si enim
non hoc esset oportebat
multa etiam sacrificia offerri

/ oportebat sepius crucifigi / Alioqui oportebat eum / inquit sepius pati a constitucione mundi Hoc eciam quidam velauit Nunc autem semel in consummacione seculorum / post multa peccata Si enim a principio fieret / deum nullus crederet Non oportebat autem eum secundo mori / ne infructuosa essent omnia / quia non postea passus est / postquam multa erant peccata / multo tunc oportuit / quod eciam alibi dicit Ubi habundauit peccatum superhabundauit et gracia / Nunc autem semel in consummacione seculorum ad destruccionem peccati per sacrificium suum manifestus est Et quemadmodum / statutum est / hominibus semel mori / post hoc autem iudicium Deinde dicit Et semel mortuus / quia vna morte redempcio facta est Institutum est inquit hominibus semel mori Hic ergo semel mortuus est pro omnibus Sed ergo Non iam morimur / morte illa / morimur quidem sed non permanemus in illa / quod eciam neque mori est mortis enim tirannis / et mors seuera est illa / quando numquam permittitur mortuus ad vitam redire Quando post mortem viuendum est / et vitam

meliorem vel aprecedum non est mors illa / sed dormicio / quam ypo omnes ventura erat mors / Apostolus mortuus est vnum / ut nos liberaret Sic et xpus inquit semel oblatus / a quo oblatus est / manifestum quod a semetipso hic neque sacerdotem eum dicit solum / sed et victimam et sacrificium pro se oblatum / semel inquit oblatus est ad multorum auferenda peccata / Quare multorum et non omnium Quia non omnes crediderunt / pro omnibus quidem mortuus est / hoc est quantum in ipso est / cuius momenti est illa mors Quam numerate est omnium perdicio / non autem omnium peccata abstulit propter quod voluerunt Quid autem est / abstulit peccata Sicut enim in oblacionem sursum offerimus et dicimus sumus volentes / sumus nolentes peccauimus / indulge id est in eorum corum primum facimus et tunc remissorum petimus Sic et hic factum est Et ubi hoc facit xpus audi eum dicentem / Et pro illis sanctifico meipsum Ecce obtulit peccata suscepit ea ab hominibus et obtulit illa sursum patri non ut aliquid decernat aduersus illos sed ut ea dimittat / In secundo sine peccato uidebitur / inquit expectantibus se in salutem per fidem

Quid est sine peccato / veluti
nos peccatores / Non enim debitor
mortis mortuus est neque
per peccatum / Sed quod videbitur
punientis inquit nos hoc dixit
/ sed quod festivum et gratum est
Omnie peccato videbitur exper
tantibus se in salutem ut
iam de cetero non opus ha
beant de sacrificio ut salven
tur / Sed in opere ipsius hoc
percipiant :/ Capitulum 10
Umbram enim inquit habens
lex futurorum bonorum non
ipsam ymaginem rerum hoc est
non ipsam veritatem Usque
enim in picturam ponit quis
colores umbra quedam est
Cum vero flores ipsos quis
colorum induxerit et imposuit
tunc ymago efficitur / tale
quiddam erat etiam lex /
Umbram inquit habens futurorum
bonorum non ipsam ymaginem
rerum hoc est sacrificium remis
sionis / per singulos annos
eisdem ipsis hostiis / quas of
ferunt in defunctum nunquam
possunt accedentes perfectos facere
/ alioquin cessassent offerre
eo quod nullam habuit ultra
conscientiam peccati cultores semel
mundati / sed in ipsis commemora
tio peccatorum per singulos annos
fit Impossibile est enim sanguine
taurorum et hircorum auferri
peccata / Ideo ingrediens mundum
dicit / Hostiam et oblationem
noluisti corpus autem aptasti
michi / holocaustomata / et
pro peccato non tibi placuerunt
Tunc dixi ecce venio In
capite libri scriptum est de me
ut faciam deus voluntatem
tuam Superius dicens Quia
hostias et oblationes / et holo
caustomata / et pro peccato no
luisti / nec placita sunt tibi
que secundum legem offeruntur Tunc
dixi Ecce venio ut faciam
deus voluntatem tuam aufert
primum ut consequens statuat
Intuere iterum habundantiam
Una est inquit ista hostia /
Ille autem multe fuerunt / propter
enim nec fortes erant / quia
multe Quid autem opus
erat multis Dic michi
Una sufficiente / Quinimmo quod
multe / et semper offerebantur
/ ostendit nunquam eos purgari
Sicut enim medicamentum quod
fuerit forte / et salutis efficax
et valens / actum valitudinem
repellere simul impositum totum
operatur Si ergo semel impositum
totum operatum fuerit / ostendit
eius virtutem ut non
ultra apponatur Et hoc est
cuius opus ut non apponatur
Si vero semper apponitur
manifestum indicium est Nichil
illud prevaluisse / medicamenti
quippe virtus illa est ut semel

Exemplum medi
camenti

imponatur et ideo frequenter
fit etiam hic. Quia vero
sacrificijs eisdem semper
iterabantur. Si enim ab omnibus
essent liberati peccatis, neque per
per singulos dies offerretur
sacrificia. Item erant diffi-
nita ut semper offerrentur pro
omni populo et in vespera et in
die. Proinde accusatio peccatorum
fuit, non solucio. Quod
fiebat accusacio etiam infir-
mitatis non virtutis ostensio.
Nam quippe prima hostia
nichil valebat, etiam secunda
offerebatur, quia etiam apud
nichil proficiebat altera. Item
proinde, redargucio peccatorum
istud est. In eo enim quod offere-
bantur, patet redargucio
peccatorum. In eo autem quod semper
redargucio infirmitatis. In
Christo autem econtrario semel
oblata est. Nam quasi formam
habent aliam exemplar, quod ducit
tantum non virtutem sicut
in ymaginibus. Exemplar
hominis, sed ymago non etiam
virtutem. Proinde veritas et
exemplar communicant inuicem.
Exemplar enim equale est. Veritas
autem neque quoniam. Sicut etiam
in celo et in tabernaculo.
Exemplar quippe equale est.
Sicut enim erant. Veritas autem
et actu non eadem. Quod autem
est ad destructionem peccati per

(Left margin: Recordacio peccatorum et infirmitatibus)

sacrificium manifestum est.
Quid est destructio? Hoc est
contemptum ut non iam fiducia
habeat. Reprobatum est enim
peccatum, debens quidem reci-
pere vlcionem. Non accipi-
ens autem. Hoc est violencia
passum est, quod sperabat omnes
assumere, tunc assumptum est.
Per sacrificium suum manifestatum
est. Hoc est manifestum effectum
deo ex astitit. Nunc enim quia
sacerdos, hoc sepius offerebat
in anno. Propter quod nunc hoc ita
efficitur, ac si sit. Quid
enim opus erat medicaminibus
non extantibus vulneribus? Propter
hoc inquit. Imperauit semper
offerri propter infirmitatem
et ut memoria peccatorum fieret.
Quid ergo nos? Nonne per sin-
gulos dies offerimus? Offerimus
quidem, sed ad recordacionem
facientes mortis eius. Et vna
est hec hostia, non multe.
Sed quia semel oblatum est.
Et illa oblata est in sancta
sanctorum. Hoc autem sacrificium
exemplar est illius quod ipsum semper
offerimus. Nunc enim quidem
aliud agimus, tunc alium, sed
semper idem ipsum. Proinde vnum
est sacrificium. Alioquin hac
racione, quoniam in multis locis
offertur, multi Christi sunt.
Neque quoniam. Sed vnus est Christus
vbique et hic plenus existens.

(Right margin: scilicet in novo testamento)
(Right margin: nota de eukaristia)

nō de ymoe
eukar

/et illic plenus unū corp(us)
/Sicut enim qui ubique offert(ur)
unū corpus est/ et nō multa
corpa. ita etiam unum
sacrificium. Pontifex autem
noster ille ē / qui hostiam mundate
nos obtulit / ipam offerimus
/et nunc q(uae) tunc oblata qu(ae) (con)
sumi non pot(est)/ hoc autem
quod nos facimus in (com)memora
tionem fit eius. Quod factum ē / Hoc
enim facite inquit in meam
commemorationem. Non aliud
sacrificium / sicut pontifex sed
ipm semper facimus. magis
autem recordationem sacrificij
operamur / Sed quia sacri
ficij huius memoriam feci volo
pauca ad vos dicere que
recordemini / pauca quidem
mensura / magna autem contra
virtutem et utilitatem. Non
enim mea sunt sed divini spiritus
que dicuntur / quia ergo sunt
plurimi qui ex hoc sacrificio semel
accipiunt in toto anno / Alij
bis / Alij sepius. Ad omnes
ergo nobis sermo ē / nō ad eos
qui hic sunt tantum sed etiam
ad eos qui sunt in heremo
Illi enim semel in anno par
ticipant / forsitan enim et
per duos annos. Quid ergo
est / quos magis acceptamus
Eos ne / qui semel. aut eos
qui sepius / aut eos qui raro
accipiunt / neque illos qui semel
neque illos qui sepius / neque q(ui)
raro / sed eos qui cum munda
conscientia / qui cum mundo corde /
cum vita irreprehensibili ipsi
semper accedant. Qui vero
tales non sunt neque semel.
Quid (con)ta. quia iudicium sibi
accipiunt et dampnatione
et supplicium. Et nō miretis
sicut enim cibus naturalis nutri
mentis existens. Si in eum qui
prius cibis corruptus ē intro
dat omnia perdet / et corrumpet
/et efficietur occasio morbi
Sic etiam ista / que ad hec terribi
lia pertinent sacramenta / sicut eius
in sca spirituali / in sca regali / Et
tamen polluis sermo os tuum/
per vingit argento preciosior. Et
illud (con)tm fetoribus imples
/Dic michi rogo / qui post
annum / per reparacione perhibere
xl. dies / putas tibi sufficere
ad emendacionem peccatorum tocius
temporis / et iterum septimana / transe
unte / tradis te ipm / prioribus
sordibus. Dic enim michi /
si salutis factus xl diebus
ab egritudine longa postmodum te illis
mortificantibus cibis tradas
nonne et priorem laborem perdes
Si enim naturalia sic mutantur
/quanto amplius voluntaria.
Sic puta velut / quod dico iudi
videmus / et sanos hominum cu
los / sedem nam sed aliquam
ex mala affectione quedam

putuem. Tales quippe sunt anime eius hominis, sed ad aerem tenuem, ad leve aerem et transpirata et excelsum et plenum multo plenum, et munditia et multa delectatione, extrahamus illud velociter et confortamus ex delitijs tante contemplationis. Vides opulentiam et divitias multas, ne adducas illuc oculum tuum, stercus est, hec res fumus est, vapor malignus, tenebre et angustie multe, et turbata prospectura. Vides hominem altiorem iustitie sufficiente suis rebus, et multam lenitatem, latitudinem, et remissione, nichil anxiatem, nullas sollicitudines hominis, vite lenite. Constitue illuc oculum, et in hoc spectaculo pone, multo meliorem illum facis et clariorem. Non enim flores et delicias facies, sed virtutes et temperantiam, mansuetudinem cum ceteris omnibus. Nichil enim sic perturbat oculum, sic mala conscientia. Turbatus est inquit in ira oculus meus. Nichil sic tenebrosum facit. Exhauriendo eo libera confessione et facis eum festivum et fortem, qui semper maneat spebus bonis. Contingat autem et omnes nos et istum oculum, et alios anime nostre operationes tales preparare et habere qualis vult Christus ut supposito nobis capite nostro digni efficiamur et ambulemus quomodo ipse voluit, qui dixit, volo ut ubi ego sum et isti sint mecum ut gloriam meam videant qua cunctos nos potiri contingat per Christum Iesum dominum nostrum cum quo patri una cum spiritu sancto gloria imperium honor nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

Omelia. Omelia 18.

Dicens quia sacrificium et oblacionem et holocaustomata, et pro peccato voluisti, neque placita sunt tibi, que secundum legem offeruntur, tunc dixi ecce venio ut faciam voluntatem tuam deus meus, excludit primum ut secundum confirmet. In qua voluntate sanctificati sumus per oblacionem corporis Iesu Christi semel oblati. Et omnis quidem sacerdos astabat cottidie ministrans, et easdem sepius hostias frequenter offerens que numquam possunt auferre peccata. Ipse autem unam pro peccatis offerens hostiam sedet in perpetuum in dextera patris dei de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum. Ex antedictis quidem

doctorum auctor adherendum sit

homo iustus

in utiles ondit ee hostias
ad integram mundationem
et formam magis eas esse
et multo minus eas habere / Et
quia contingebat ei hoc in
sua forme erant / quo veri
te veniente / non cessarent
neque desisterent sed adhuc
celebrarent / hoc ergo hic
ait / ondens quia ea non
celebrant neque velud forme
Non enim eas acceptabiles habet
deus Et hoc non ex novo
tantum testamento Et ex prophetis
ondit ex superioribus temporibus
presens testimonium / quia cessa
tura erant / et sopienda
et vane circa hec agebat
qui semper spiritu sancto resiste
bant Et ondit ex habunda
cia / non nunc eas cessisse
Et etiam ante presentiam primam
xpi Et quo in novissimis /
non eas solvit xpus / sed
primo solute sunt et tunc ve
nit / Ne forte enim diceret
quia et sine hoc sacrificio pos
semus placere per illa / ex
pectavit redargui / et tunc
advenit Sacrificium noluisti et
oblacionem noluisti Omnia
quippe abstulit per hoc Et
generaliter dicens dixit ecce
et specialiter Holocausta
et pro peccato non placuit tibi
oblacio autem tunc erat
que extra sacrificia erat

Tunc dixit ecce venio de
quo istud dictum est / de nullo
alio nisi de xpo / hic nichil
causatur de offerentibus / on
dens quia et per malignita
tes eorum non ea suscepit
Sed sicut alibi dixit / quia
redarguta erant hec res et re
prehensa erat nullam habens
virtutem neque tempus ali
quod oportunum / Quid ergo hec
volt sibi ad illud quod semper
offerebantur sacrificia non
solum ex eo quod semper illa
offerri expediebat / maxi
mum est inquid / quia debiles
sunt / et quia nichil proficeret
/ sed etiam ex eo quod non
eas acceptabiles habeat deus
veluti infructuosas et inuti
les Et alibi inquit / quia
si velles sacrificium / dedissem
utique / ergo per hoc mani
festat quia non volt / pro
inde non sacrificia sunt volun
tatis dei / sed oblatio sac
rificiorum / ergo preter volun
tatem dei sacrificant Quid
est Ut faciam voluntatem
tuam que est proprium tradere hoc
est dei voluntas In qua
voluntate sanctificati sumus
An etiam illud dixit quod
non sacrificia homines
mundant / sed voluntas dei
Unde ergo sacrificare non
est voluntas dei Et quid mirans

Si nunc non est voluntas di-
ctum quo nec ex initio vo-
luntas erat. Quis enim ex-
quisivit inquit ista de ma-
nibus vestris. Quod quippe
imperavit. Condescendens
sicut dixit paulus. Volo omnes
homines esse sicut et meipsum
in continentia. Et iterum inquit
Volo iuvenes nubere filios
procreare / et duas voluntates
constituit / sed non ambe eius
sunt ac si imperat. Sed una
quidem eius est id est ita etiam
sine causatione etiam con-
stituit / illa autem non est
eius. ac si ipse velit propter eam
in causatione proponitur /
primum eos accusans quia
luxuriabantur adversus christum
tunc dixit / Volo iuvenes
nubere filios procreare / Sic
etiam non erat hec eius volun-
tas. parcens ut sacrificia
fierent. Sicut enim dicit Non
vult mortem peccatoris / sed
ut magis convertatur et vivat /
et alibi dicit. Quia non
solum voluit / sed etiam
deprecavit hoc / quis gratia
sit / que superius est disposita
voluntas quod ergo non
vis et quod deprecaris quali-
ter voluntatis est iudicium
Sic et hic / In qua volunta-
te salvi facti inquit sumus
Quo salvi facti sumus per

oblationem corporis christi semel
Et omnis quidem sacerdos stat
per singulos dies ministrans et
easdem sepius hostias frequenter
offerens. Nam stare signum
est administrationis. Ergo sedere
signum est eius cui ministratur. Ille
autem unam offerens pro
peccatis hostiam in perpetuum sedet
in dextera patris. decetero expec-
tans donec ponantur inimici
eius scabellum pedum eius /
Una quippe oblatione perfecit
in perpetuum eos qui sanctificantur
/ Testificatur autem et nobis
spiritus sanctus. quia et ille non
offerunt / et argumentatus
est et ex scripturis et sine scripturis.
Sed etiam dictum propheticum
adhibuit dicens quia sacri-
ficium et oblationem noluisti
Dixit quidem dimissa peccata
semel / et hoc ex scripto testimonio
approbat. Testificatur quippe
nobis spiritus sanctus / postquam
enim dixit / hoc testamentum
quod testabor ad eos / post
dies illos dicit dominus / dans
leges meas in cordibus
eorum / et in mentibus eorum
superscribam eas et peccatorum
eorum / et iniquitatum iam
non ero memor amplius
/ Ubi remissio horum / dicitur
nunc oblatio pro peccato. Ergo
dimissit peccata / propterea quod
testamentum dedit ~~testamentum~~

Testamentum autem per sacrificium
dedit / si igitur dimisit peccata
per unam hostiam / nec dum
iam opus est secunda. / Sedet
inquit in dextera dei de cetero
expectans / Pro qua causa
est ista dilatio ut ponantur
inquit inimici eius sub pedibus
eius. Una quippe oblatio
perfecit in perpetuum / eos qui sanctificantur / Sed fortassis dicat
aliquis / quare non confestim
posuit propter fideles nascituros. Unde ergo certum est / per quod
dixit / Quia memoriam illius
facit / testimonii alterius dicit
Donec ponam inimicos eius
/ sub pedibus eius / Inimici
autem eius iudei sunt. Deinde
quoniam dixit donec ponantur
inimici eius sub pedibus eius.
Gratis autem festinabant
probat ex cunctis que sequuntur
/ ponit quoque de fide loquitur.
Qui sunt autem inimici eius
infideles omnes. Et hic inimicitiam et subiectionis potentiam significans / non
dixit subiciantur / sed ut ponantur sub pedibus eius.
Non ergo efficiamur ex
numero inimicorum. Non enim
illi soli dicuntur inimici qui
infideles sunt / Sed etiam
qui vita immunda pleni sunt
prudentia autem carnis inimica est deo legi enim dei non

no[ta] de inimicis
x

subicitur / neque potest. Quid ergo
inquit / Num hoc timendum /
/ Numquid est hoc timendum / et valde
timendum est / Malus enim usque
est malus non subito quidem
/ mutari autem / et potest fieri bonus.
Abiciamus ergo intelligentias
carnales. Que sunt autem
carnalia. quecumque corpus florere
faciunt / et luxuriari / viciant
autem animam / Ut puta velud cum dicitur divicie delicie
/ glorie / cuncta hec carnis sunt
amor corporum / Non ergo amemus
ampliora / sed paupertatem
consectemur semper / Ista ergo
magnum bonum est. Sed humilem facit inquid et infirmum.
Hoc quippe nobis est opus / multum
namque nobis hoc conducit
/ paupertas quippe inquit humiliat virum. Et iterum Christus dicit
Beati pauperes spiritu et cetera. Propter
hoc ergo dicis quia [illegible]
eam viam ad virtutem ducentem. Nescis quia ista multam
fiduciam nobis tribuit. Sed
inquis pauperis pro nichilo
habetur. Et iterum alter quidem
dicit / divitias et paupertatem
ne dederis michi. Et ex camino paupertatis libera me.
Quomodo autem iterum / si divitie
et paupertas / ex deo sunt
/ malum est paupertas / et divitie.
Quare ergo hec dicta sunt
hec dicebantur in veteri testamento

Exhortatio ad amorem paupertatis

ledis nr obvium. Sit ergo
natura mutata / quanto amplius
que ad voluntatem pertinet
xl dies tantum tribuis salu-
ti anime tue / Arbitror autem
quia neque xl dies / et spe-
ras propiciari deum / Quare
magis / Dic michi / hos dies
non ab una proprie / in
anno nos voto Sed volo
sepe nos dignos accedere
sanctis hoc concessa sunt / hoc
etiam diaconus insinuat
in illa hora / sanctus vo-
cans Et per hanc vocem ve-
luti manibus inspiciens
Sicut enim in grege / ubi multe
salue sunt / quedam pecu-
des / multe autem scabre plene
sunt / necesse est ut he prohibea-
tur a sanis Sic etiam in
ecclesia / quoniam alie quidem sunt
salue pecudes / alie autem
viciate per hanc vocem prohi-
bentur hec ab illis / pene-
trantem ubique per vocem
illam tremendam / sacerdos
sanctus vocat et attrahit Quia
enim impossibile est scire ho-
minem in turba proximi / Quis
enim scit hominum inquit que
sunt hominis nisi spiritus hominis
qui est in illo / hanc emit-
tit vocem postquam sacrificium
perficitur ut nullus simpli-
citer quolibet ad fontem spiritua-
lem veniat Etenim in grege

nichil prohibet / eodem utitur
exemplo vti // Morbidas quidem
intro excludimus / et in tectis
habemus / et alias infirmita-
tibus neque ex aere nudo
neque ex pascuis puris neque
ex fonte qui fons est / eas
permittimus sumere / Et hic
ipsa vox / pro precone quo-
dam est / Non potes dicere
Nesciebam / quia periculum
hanc causam sequitur / Maxime
autem et paulus hoc testi-
ficatus est / Sed dicis / Non
legi / non est hoc excusatio / sed
crimen / per singulos dies intras
ecclesiam / et adhuc istud ig-
noras Verumtamen / et neque
tibi hanc excusationem inveni-
as / quoniam in altiori loco stans
magna voce et tremenda
clamat / veluti quidam preco
/ manus sustollens in altum
altius etiam stans / ipse omnibus
manifestus efficitur Et mag-
num illa tremenda et continua
voce exclamans / alios quidem
vocat / alios prohibet / non
manu hoc faciens / sed
lingua clarius quam si
manu hoc faceret / vox
enim illam auditum recurrens
non veluti manus / alios
quidem expellit / alios
excludit / alios autem
introducit et reputat / Dic
enim michi rogo / in olympiadis

q excusatur se
per ignorantiam

eternitatibus / Namque stat preco
magnum atque alte clamans
et dicens / Siquis hunc accu-
sat / ne forte servus est / ne
forte fur / ne forte morum
malignorum. Cuius certamina
illa non sunt anime / nec mox
sed fortitudinis corporalis. Si-
itaque ubi corporum certatur sta-
dium / multa exactio efficitur
voluntatis / quanto magis hic
ubi totum certamen anime geritur.
Stat igitur etiam nunc preco
ne / non caput uniuscuiusque
contingens et producens sed
omnium simul capita interiora con-
tingens / et non eis constituit
alios accusatores sed ipsos
sibi. Non enim dicit / si quis
forte hunc accusat. Sed quid?
/ Siquis seipsum accusat. Quid ei
dicit / sancta / sanctis hoc dicit.
Siquis non sanctus non
accedat / non simpliciter dicit
a peccatis mundus / sed sanctus.
Sanctum enim non mundatio a
peccatis tantum facit / sed etiam
spiritus presentia et bonorum
operum opulentia. Non enim
volo vos inquit a ceno
mundos esse / sed etiam albos
esse et mundos / et pulchros.
Si enim rex babilonius
ex captivitate eligens iu-
venes honesta forma / et
decoros facie elegit / multo
amplius nos astantes mense

No bu qd e sanctu ee

regali honestos specie anime
esse oportet ornatum habentes
/ aureum / stolam mundam / calci-
amenta regalia vultum anime formo-
sum / Oportet eum ornatu au-
reo circumdatum esse / cingulum
veritatis habere / talis accedat
/ et talis eum regalem tangat.
Siquis autem est pannis sor-
didis obsitus / et ingluvie
plenus / et ingredi ad mensam
regalem voluit attende quanta
patietur / non sufficiet ei xl
diebus mundare illa ab hiis
que in toto tempore deliquit.
Si enim gehennam dicas non
ei sufficit quamvis eterna est
/ supplicia enim et eterna est / quanto
magis breve istud tempus
neque enim prematuram validam de-
mandamus sed debilem. Similiter
oculos maxime oportet astare regi
/ habentes nullam habentes sordem
neque maculam / ex vel sors-
intelligentia oculum anime habentes
mansuetum et acutum visum
circumspectum et agilem / sed non
somnolentum neque supinum
honestate multa plenum longe
ab impudentia / et a stupiditate
/ vigilem sanum / neque extrem
valde et nimis deiectum
neque diffusum et timidum
hunc nos possimus fabricare
oculum et ad videndum acu-
tum facere et plerumque quum eum non
ad finem adducimus neque ad

oculus a

apparuerint celestia. Ac-
cedamus itaque inquit cum
vero corde. In quo attenda-
mus sanctitatem fidei, spiritualem
culturam in vero corde.
In satisfactione fidei, quia
nichil est visibile horum
neque sacerdos iam, neque
sacrificium neque altare
quamquam nec ille sacerdos vi-
sibilis esset. Sed intus sta-
ret. Illi autem foris idest
universus populus. Hic autem
non solum hoc factum est quia
sacerdos ingressus est in
sancta. Sed etiam quia
nos intramus, propterea inquit
in sanctificatione fidei. Potest
quippe credi et simpliciter
cum hesitatione, quales
sunt nunc plurimi dicentes
qui quorumdam erit resur-
rectio, quorumdam autem
non, hoc non est fides. In
satisfactione inquit fidei,
Sic oportet credere, quo-
modo sicut de visibilibus
et aliquid amplius, hic
enim aliquis errat idest in hiis
que cernuntur, illic autem
nequaquam, hic quidem sensu
percipimus, illic autem spiritu.
Aspersi corda nostra a consciencia
mala. Ostendit quia non fides
sola, sed etiam vita cum
virtute queritur, et ut nichil
sibi conscius sit malignum.

nitatis. Non enim suscipiunt
cum satisfactione sancta eos
quia non ita afficiuntur. Et quod
intus crediderint foris de-
mittent in consilio virtutes.
Sancta enim sunt et sancta sorte.
Hic autem homo nullusque propha-
nus ingreditur, illi corpus
aspergebant, nos consciam.
Proinde possumus etiam nunc
aspergi eadem ipsa virtute.
Et abluti inquit corpus aqua
munda. Lavacrum baptismatis
in hoc loco dicit. Baptismum
enim corporum mundacionis est.
Sed autem fidelis enim est qui re-
promisit. Quoniam oportet credere illuc
et intrare in regnum, nichil
igitur scruteris, neque voces
expetas. Fide opus habent mire
cause. Et intelligamus inquit
invicem ad provocacionem
caritatis et bonorum operum.
Non derelinquentes congrega-
cionem nostram sicud consuetudo
est quibusdam, sed exortantes
et tanto magis quanto videritis
appropinquantem diem. Et
intelligamus. Item alibi,
dominus prope est, nichil soliciti
sitis. Nunc autem propinquior
est nobis salus. Tempus
iam abreviatum est. Quid
est non derelinquentes con-
gregacionem nostram. Scit ex
cetu et congregacione multam
esse fortitudinem. Ubi enim

idest plenitudine fidei

Nota de caritate

fuerint duo uel tres in q̄t
congregati in nomine meo
ibi sum in medio eorum
Et iterum / Omnium cor erat unum
/ et anima una / Non solum autem
hoc Sed quia etiam caritas
augmentatur per congregationem
Caritate enim augmentata / neces
est etiam que deinde conse
quantur Orario autem inquit
intenta a populo fiebat secundum
quod consuetudo est quibusdam
in hoc loco non solum amma
nuit sed etiam culpauit /
Intelligamus inquit inuicem
ad prouocationem caritatis et
bonorum operum Erit etiam
hoc sole fieri / ex congregatione
Sicut enim ferrum aliud
acutum ferrum reddit /
Sic etiam cetus caritatis facit
augmentum / lapis ad
lapidem contritus / ignem
emittit / sed non ad emula
tionem inquit / sed ad pro
uocationem caritatis Quid est
ad prouocationem caritatis Et
amplius diligere et diligi Et
bonorum operum Ut in hoc ha
beat emulationem Est enim
facere / quam dicere maioris uirtutis
est quantum ad doctrinam propterea
multas habetis et uos doc
tores in uerum multitudine
per opera ipsa hoc facietis /
Quid est animaduitamus / in
uatum corde hoc est sine simula

tione Veri enim inquit corde si
timido et manibus dissoluti
Nichil sit falsum inquit in
uobis Non alia quidam
dicamus alia uero cogitemus
hoc enim mendacium neque sin
num pusillanimis / hoc
etiam est non ueri cordis
Non credo enim pusillanimitas
efficitur Quo autem erit
hoc / si satisfaciamus nobis
per fidem aspersi corda /
Quare non dixit mundati
per diuinam aspersionem uo
lens ostendere aliud quidem
esse dei aliud nostrum esse ablue
quippe et aspergere totum
nostrum dei est Cum uirtute
autem accedere et cum satis
factione fidei nostrum est Dein
de etiam fidei dat per partem
uirtutem / ex uirtute pro
ficientis / Quid est abluti
corpus aqua munda Que
mundos facit / aut forte quod
non habeat sanguinem / De
inde subiungit iam quod perfectum
est in caritate Non derelinque
tes inquit congregationem
nostram Quod faciunt non
nulli congregationibus scindunt
/ sic quippe a fide adiutus
/ sicut ciuitas munita est
Quod intelligamus inuicem
ad prouocationem caritatis Quod
est intelligamus inuicem
Quibus sicut uirtutes expedit

gaudia con / alio aug / caritate et / nutrit

Ubi multa carceris diuiciarum
habebatur ubi paupertatis
plenus erat contemptus ubi
hoc quidem maledictum erat
illud benedictio Et nunc ne-
quaquam istud est. Et nunc au-
dire paupertatis fiduciam eta-
xps spam professus est xps et dixit
filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet
Et item discipulis dicebat
Nolite possidere aurum neque
argentum neque duas tuni-
paulus cas. Et paulus scribens
dicebat. Tamquam nichil
habentes et omnia possidentes
petrus Et petrus dicebat ei qui
ex natiuitate sua claudus
erat Argentum et aurum
non est michi Et in apo ve-
teri testamento ubi talia
in admiratione habebantur
Erant quidem in paupertate
helyas mirabiles Nonne helyas
preter melote nichil habebat
Nonne elizeus Nonne
Johannes / Nemo igitur
fit humilis propter paupertatem
Non est paupertas que facit humi-
les / sed diuicie que cogunt
/ quemquam habere opus plurimum /
multas gratias debere com-
Jacob pellens / Quis erat jacob
pauperior Dic michi / Quid
dicebat Si dederit michi
dominus panem comedere et
amictum induere / erit michi

deum Reliquid fuerit sine
fiducia Helias et Johannes
Nonne quidem ille achab
redarguebat Ille autem herodem
Ille quidem dicebat non
licet tibi habere coniugem uxorem
fratris tui / Helyas vero ad achab
dicebat cum fiducia Non ego
perturbo israel / sed tu / et domus
patris tui Vides quid maxime
faciat fiduciam a paupertas
diuicies suum esse obnoxius ex-
tans dampnis timens omni
volenti eum nocere Ille autem
nichil habens / ad persecutionem non
timet / neque condempnationem
// Nequaquam ergo paupertas fa-
cit sine fiducia esse / xps autem
cum paupertate mittebat
apostolos in causam fiduciam
opus habentes multa valde et
fortis est pauper / et non habet
unde iniuriam patiatur vel
ledatur Diues undique facilis
est ad captiuitatem eidem
contingit tamquam si aliquis
trahat funes multos et lon-
gos et facile fit eum apprehendere
/ Sic etiam in diuite contingit
Sunt enim sui / aurum et ar-
gentum et x milia rerum et x
milia cure Dissimula multa
necessitates plurime que omnibus
eum capturabilem faciunt
Nullus igitur jam paupertatem
in honorationis causam esse
putet Si enim vero assit

Quid e pauptas

omnes mudi diuitie / neqz
vt ludg neqz ut stipula-
erunt aput eum Haut igitur
contempnemur / si volumus i ter-
ni regnum celorum / Vende ci-
uiquit omnia et da paupibus
/ et habebis thezaurum i celo
Et alibi difficile e diuitem
intrare in regnum celorum
Intuere quia / si no assit tpe
causa / accipere bonum est
pauptas e manus ductrix
quedam in uia que ducit
ad celum / unctio athletica
/ exercitatio quedam magna
/ et ammirabilis portus tran-
quillus Sed opus habeo
plurimis / et volo ab aliquo gra-
ciam accipere Sed et in hoc
diues a te inferior e Tu quide
fortassis pro tribus granis postu-
las Ille autem p x milibus
caup / fortassis impudentior
existat / vt plura habeat
proinde diuites magis sunt
/ qui multos postulant et
sepius etiam indignos
Vt puta veluti dico eos
sepius etiam qui in ordine
militari sunt / et qui sui
sunt necios habz / paup
autem neque isto imperatore
indiget / ac si opus habeat
magis in ammiratione erit q
ad semetipm deposuit cu
posset etiam diues fieri
/ Nemo igitur turpetur
de paupertate tamquam causa
sit malorum multorum neque
obloquatur xo / qui pfectum
istum dixit esse virtutis
dicens Si vis pfectus esse
vade vende omnia Hoc enim
ape vbis dixit et opibus ipis
ondit et p discipulos suos
docuit Sectemur igitur
paupertatem maxime ē ipe
bonum e / pauptas angustiati-
oribus / fortassis enim / non nulli
exaudientibus augurantur
et non e mihi incredibile
Multus quippe e ille morbus
iste aput plurimos hominum
et tanta pecuniarum concupiscentia
/ Vt nec verbis paciant ei
contrarie / sed et omne putat
ad onerosum Qui vel vbi conspexi-
ent pecunias longe / absit
hoc ab aia nostra / nichil
enim opulencius eo / qui paup-
ertatem sponte diligit / et cum
alacritate suscipit Quod hic
inque dicam Et si voluis / ipm
imperatore diciorem pnuncio
ee / qui sponte assumpsit pau-
pertatem / Ille quidem opus
h3 plibus / et timuis e consti-
tutus et vereliur ne minus ei
fiat ad ea que necessaria sunt
stipendiis militibus Iste aut
omnia affluenter habz et de
nulla re timet / ac si timet non
pro tantis / Quis dic mihi
ditior e / qui p singulos dies

exigit et festinat plura
colligere / et timet ne ali-
quid ei desiciat / An ille qui
nichil exigens / affluentiam
multam sibi sufficientem aspicit
/ et nichil postulat / fiduciam
quippe deus tribuit / et dei ti-
mor non petitur / Illi namque
in servitutem redigunt mu-
nera iniquitatis et dona excecant
oculos / et sicut turtuba in
ore avertitur redargutiones /
Considera quantum pauper
petrus ananiam divitem
altus est / Nonne ille quidem
dives / ille autem pauper
Sed vide illum quidem
cum audacia loquentem et di-
centem / Dic michi / si tanti
vendidisti agrum / illum autem
in subiectione dicentem / Ita
tanti / Sed quis michi
dabit iniquus esse sicut petrus
/ licet tibi sicut et illi esse
si volueris iactu res quas
possides / distribue eas pau-
peribus / sequere xpm et eris talis
Quid iniquus ille signa
faciebat / Hoc namque est
Dic michi / Quid petrus
fecit operari miracula non
fiducia que fuit in iustitia
non audistis xpm dicentem
Nolite gaudere / quia
demones vobis subiecti sunt
Si volueris perfectus esse audi
quid dixit petrus argentum
et aurum non est mihi / Si quis
habet argentum et aurum / illa quo-
que / Quid ergo iniquus / que
plurimi neque illa neque ista habent
quanti christiani pauperes sunt
/ et omnia bona habent / Ut enim
mortuos non resuscitant
nec curant claudos / sed quod
omnibus maius est / fiducia ad
deum habent audient enim
die iudicii beatam illam
vocem / Venite benedicti patris
mei / Quid iste melius / he-
reditatem preparatum regnum
a constitutione mundi / Esurivi
enim et dedistis michi man-
ducare / Sitivi et dedistis
michi bibere / Hospes eram
et collegistis me / Nudus
eram et cooperuistis me / In-
firmus eram et in carcere
et visitastis me / hereditatem
preparatum regnum a constitutione
mundi / Fugiamus cupiditatem
ut adipiscamur regnum / Nu-
triamus pauperes / et imitemur
xpm / ut heredes eius efficiamur
in eadem in xpo ihu domino
nostro : Omelia 19

Habentes ergo fratres
fiduciam in introitu
sanctorum in sanguine ihu xpi
quam dedicavit nobis viam
novam et vivam per velamen
/ id est carnis sue / et sacerdotem
magnum in domo dei acce-
damus cum vero corde in

plenitudine fidei / aspersa ha-
bentes corda / a consciencia mala
/ et lauati corpus aqua mun-
da / et teneamus confessionem spei
in declinabile / habentes fratres
fiduciam in introitu sanctorum
in sanguine ihesu quam nobis
dedicauit viam nouam et
viuam Ostendit distanciam
pontificis et hostiarum et tha-
bernaculi / et testamenti / et re-
promissionis et multam differenciam
siquidem illa temporalia / ista autem
eterna Illa quidem de propria
parentela / alias prima illa
quidem infirma / hec autem
permanencia Illa quidem
infirma / hec autem perfecta
illa quidem finem / hec autem
vitus / Non enim iuxta legem
mandati inquit carnalis
/ sed iuxta virtutem vite
in solubilis Tu es sacerdos
in eternum Ecce perpetuitas sac-
erdotis / Et de testamento illo
dixit quod vetustum est quod autem
veterascit et senescit proximum
est interitui / hoc autem testa-
mentum nouum / remissionem pec-
catorum habens Illud autem nichil
huiusmodi nichil quippe per-
fecit lex inquit Et item sac-
rificium et oblacionem noluisti
Illud quidem manufactum
Istud autem non manu-
factum Illud quidem sanguine
hircorum habebat / hoc autem

deum Illud quidem statem
sacerdotem hoc autem sedentem
Illi igitur amictu minorantur
/ hec autem maiora / Habentes
inquit / habentes igitur fratres fi-
duciam Unde sicut enim con-
fessionem faciunt peccata / sic
fiduciam omnium peccatorum remis-
sio Et quod coheredes facti sunt
effecti sumus / et quod tanta
dilectione fruimur in introi-
tu inquit sanctorum Sancta
hic celum dixit / et accessum
ad spiritualia Quam dedicauit
hoc est quam construxit / quam
preparauit et qua initiauit /
Dedicacio quippe dicitur prin-
cipium vtendi quam preparauit
inquit et per quam ipse processit
Viam nouam et viuam /
Hic satisfactionem spei declarat
Viam nouam dicens Conatur
enim ostendere cuncta maiora
nos habere Siquidem nunc
aperte sunt porte celi / quod
neque ad abraham contigit
Viam nouam dixit vite / sed
viam aliam vocauit / hoc
est preceptum dixit / permanentem
inquit per velamentum carnis
sue hec quippe caro fecit
primo viam illam / ipse autem
dedicauit nouam / dedicauit
autem illam habere eam / quam
ipse in ea processit / velamentum
autem merito vocauit Quando
enim eleuatus est in celum tunc

/ spiritu sustinemur / in eo inte-
damus ut diligamus et dili-
gamur. Ex dilectione quippe
bona opera fiunt / magnum
quippe bonum est congregatio.
Ipsa namque caritatem operatur
fervertiorem / et ex ea cuncta
optima generantur. Nichil
namque bonum est quod non
per caritatem fit. Istam igitur
conservemus invicem. Ple-
nitudo legis caritas est. Non
enim labore opus habemus
aut sudoribus / si dilexerimus
invicem. Spontanea nobis
via sternitur ducens ad vir-
tutem. Sicut enim in itinere
contingit. Si quis principium
comprehendat / recta via ducatur
/ et non declinare oportet /
Sic etiam in caritate tantum
arripere principium et stati-
m manum tibi prebens ipsa te
deducet / et diriget / Caritas
proximo malum non operatur
non cogitat malum. Consi-
deret unusquisque semetipsum quo
afficitur erga semetipsum
non sibi invidet / omnia
nisi contribuet bona omnibus
se prehonorat. Omnia sub
se vult constituere. Si igitur
et erga alios sic afficiamur
omnia mala solventur. Non
erunt inimicitie non cupi-
ditas. Quis enim non velit
seipsum amplius habere / nullus

erit contrarius / communia ha-
bebimus cuncta / et cessabimus
congregantes nobis ipsis et
hoc si fecerimus retentio in
corde mali locum non habebit
Quis autem velit retinere
malum / quis velit sibi ipsi
irasci. Nemo maxime nobis
ipsis quam omnibus coniunc- dilexerit
timus. Si ergo sic erga sic inimicos
proximos afficimur numquam
remanebit in corde mali
retentio. Et quo possibile
est hoc nequis / diliges proximum
sicut seipsum. Si non fecerunt
hoc etiam alii bene putares im-
possibile. Si autem fecerunt
/ manifestum est / quia per
negligentiam a nobis non
efficitur. Sed et aliqua impos-
sibile nichil imperat Christus
intantum ut etiam multa
supergrediantur eius precepta
Quis ergo nequis fecit. Fecit
hoc paulus petrus. Omnis
chorus sanctorum. Et si dicas
Quia proximos dilexerunt
nichil magnum dico, inimi-
cos etiam sic amaverunt quo
non amabit quis suos una-
nimes. Quis enim suscipiat
in gehennam ire / ut possit
ire ad regnum / nullus /
At paulus pro inimicis ho- paulus
susceptum habebat pro lapida-
tibus et flagellantibus eum
Qualis ergo erit nobis

venia / qualis excusacio
si neque minime parti carita-
tis similem / quam ostendit circa
inimicos paulus Erga ami-
cos ostendimus Et rursus iterum
Moyses ante ipsum quem inimici — Moyses
voluit lapidantibus eum
deleri de libro dei Et david — David
Rebellantes adversus se vi-
dens in tempore dixit /
Ego pastor peccavi / et isti
quid fecerunt Et saulem
inter manus habens / occidere
noluit / quin etiam salvum re-
liquit presertim cum ipse in
periculo esset constitutus Si
autem hec facta sunt in veteri
testamento qualem veniam
nos habebimus in novo testa-
mento contumescentes Et neque
ad mensuram illorum illorum
pervenientes nisi enim habun-
daverit inquit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in
regnum celorum Quum ergo
etiam minus ab illis habemus
Quo intrabimus diligite
inquit inimicos vestros Di-
ligite igitur inimicum non
enim illius prestas sed tibi Quo
similis efficeris deo Ille
enim si amatur a te / nichil
lucratur A conservo quippe
dilectus est Tu autem si di- — Inimicos
lexeris conservum magnum lucrum
facies / efficeris similis deo

Vides quia nichil gratie
prestas / sed tibi ipsi / assisti
enim non illi / sed tibi compa-
ras Quid ergo inquis
si sit malignus Tanto am- — No longa
plius maior est / et merces — patiens
pro malignitate sua debes
illi gratiam et multa milia
beneficiorum / suscipies ad-
huc mala permanet Si enim
non esset valde malus neque
tibi merces valde cresceret pro-
inde causa non amandi /
Dicendo quia malignus est
ipsa est causa amandi aufer
contrarium certatorem / et auferes
occasiones coronarum / Non
intueris pugiones / quo sacculos
arena repellentes ita
exercentur Tu autem opus
non habes / studium hiis impen-
dere / plena est vita huiusmodi ex-
ercitancium te / et facientium
fortiorem / Non vides quia et — Exemplum
arbores que ventis commo-
ventur tanto amplius fortio-
res efficiuntur et dense Et
nos igitur si fuerimus longanimes
/ fortiores erimus Vir longa-
nimis multus est in sapiencia
Qui autem est pusillanimis
fortis stultus Intueris quanta
huius viri laus est / et quanta
accusacio Fortis inquit stultus
i. valde stultus Proinde non
simus pusillanimes in vita
Non enim ex inimicis contingit

sed ex pusillanimitate aie. Si uero fuit fortis, omnia facile tollerat, et nichil iam potest demergere, sed ad tranquillos eam portus adducat. quod contingat nos omnes adipisci. Gratia et misericordia domini nostri ihesu christi cui cum patri una cum spiritu sancto ut supra.

Sponte Omelia XX. namque peccantibus nobis, postquam autem accepimus veritatis cognitionem non relinquitur hostia pro peccatis. Terribilis autem est expectatio iudicii et ignis zelus consumpturus adversarios. Arbores que instituite sunt et cunctam habuerunt diligentiam agricolarum ad vitam manibus atque laboribus, si nullam referant laborum vicissitudinem, radicitus evulse igni traduntur. Tale quidem in causa contingit baptismatis. Cum enim nos christus instituit et regeneratione spirituali potiti fuimus, si deinde nullum fructum afferamus, ignis nos expectabit gehenne et flamma inextinguibilis. Paulus igitur hortatus ad caritatem et fructuositatem bonorum, ex utilitatibus invitaverat que sunt autem hec utilia, qui introitum habemus ad sancta per eam quam dedicavit nobis viam novam, postquam ex utilitatibus invitavit ad opera bona. Vult etiam nunc ex metuendis et tristibus id ipsum iter facere. Postquam enim dixit Non derelinquimus congregationem nostram, quemadmodum quibusdam consuetudo est, sed exhortantes tanto amplius quanto videritis appropinquantem diem, intulit dicens, Postquam accepimus veritatis agnitionem, opus est inquit bonis operibus, opus est enim et valde opus. Sponte namque peccantibus nobis postquam accepimus veritatis agnitionem, ultra non relinquitur hostia pro peccatis, quidam eos liberant eos, a criminibus factum est. Sed ad primum convitium versus fuimus. Terribilis autem exspectatio expectat et ignis et hiis modi alia. Non enim est secunda hostia. Hinc illum exsurgunt, qui penitentiam auferunt, et qui ad baptisma segnes sunt accedere. Illi quidem dicentes quod non est tutum eos ad baptismum accedere, sed quidem non est secunda remissio. Isti autem dicentes Non est tutum dare peccatoribus sacramenta, siquidem non est secunda remissio. Quid ergo ad utrosque dicimus. Quoniam non hoc neque penitentiam excludit neque propitiationem que fit

i. morte xpi

p pniam neq3 repellit et
deiat p desparacom delin-
quentem / no ei ita e prmi
cus mee salutis / Sed qd
scdm excludit lauacru / No
ei dixit / No e ultra pnia
neq3 dixit ultra non est
remissio / sed hostia inquit
non e / hoc e crux scda no e
Hostiam quippe hanc vocat
vnu namq3 pferens ppetuu
eos qui sanctificant / non
sicut iudaice hostie appbeu
ei sursum atq3 deorsum
/ tm disputauit de hostijs
qm vna est / no hoc solum
volens ondere qm differt
a iudaycis isto mo / sed etia
cunctos nos volens efficere
ne spernus ultra scdm iudai
cam legem hostiam / Spo
te quippe pccantibus nobis
inquit / Unde quo pcum
se ondit ad veniam tribuenda
Sponte inquit pccantibus
nobis / pinde non sponte
datur venia pccantibus / post
agnitum inquit veritatis sic
xpo pire tucturu dormatu
ultra non remanz hostia
pro pctis / Sed quid terribil
expectatio e ignis zelus
consumpturus qrios Contrios
ei non infideles dicit tm
Sed etiam qria virtutis
agentes / Siue quia dome
sticos ac familiares idem

ipe ignis accipiet eciam qrios
Deinde consumpturum eis ondit
dicens Ignis zelus consumptu
rus qrios Sicut ei bestia
quouatur que e valde fera
/ et agrestis / non cessat donec
apphendat aliquem et deuoret
Sic etiam ille ignis tamq
aliquis zelo stimulatus que
cumq3 apphenderit non dimittit
sed deuorat et dilacerat Deinde
etiam sermonem infert terribilia
tonis / quia nulli / quia iuste
qd ad fidem profitat / cum
ondimg / quia iuste aliquid
fit / Irritam namq3 quis
faciens legem moysi inquit
sine miseratione coram duobus
uel tribus testibus moritur
Sine miseratione inquit ut
nulla sit venia nulla sit mia
qmquam moysi esset illa lex
plurima namq3 ipe disposuit
Quid e coram duobus vel
tribus / Si duo vel tres
testificati fuerint confestim
uidtam datur Si igitur in
veteri testamento. Ubi lex moysi
irritata fit / tantu e ac tale
supplicium / quanto magis putatis
/ quia peius merebitur suppli
cium qui filium dei conculcauit
Et sanguinem testamenti / in quo
sanctificatus e pollutum existimauit
et spm gratie in iuriauit Et
quo quis conculcat filium dei
qn ei ex eo participatur

de indig
merentib
s

indignus quisque per sacramenta
/ Nonne preceptum committit /
nonne illum conculcat No-
ne xpm contempnit Sicut
enim ea que conculcamus / nullius
momenti pendimus / Sic et
qui peccat / xpm nullius mo-
menti existimant / et sic pec-
cat / factus es corpus xpi
et tradis corpus dyabulo.
/ ut conculces xpm / Et san-
guinem inquit communem duc-
ens Commune quid est
Immundum siue quod nichil
amplius habes a ceteris
Et spiritum gratie iniurias egit
Qui enim beneficium non digne
suscipit iniuriat beneficienti
entem / fecit te filium / tu
autem uis fieri seruus Venit
ad habitandum apud te tu
autem adducis ei cogitationes
malignas / xpus voluit so-
lidari apud te / tu autem
eum conculcas per crapulam
per ebrietatem Audiamus
qui indigne sacramenta /
[illegible] illam accedimus
Nolite dare sanctum canibus
neque margaritas uestras
mittatis ante porcos ne
forte conculcent ea pedibus
suis / hoc est / ne contempnant
ne respuant / sed non hoc
dixit Sed quod terribilius
est Ex terribilioribus [illegible]
[illegible] [illegible] auditorem Sufficit

ō de indigne
[illegible]mentibus
[illegible]acramenta

eius enim erat etiam hoc
ad commitendum eos non
minus consolatione / sed sit
et decorum et supplicium ostendit
et iudicium operis reliquit Ut
potestate decere clara et que mani-
festa constaret / Multo magis
arbitramini inquit peius sup-
plicium In hoc loco videtur
michi de sacramentis aliquid
significare / Deinde et terrorem
subiungit dicens metuendum
est incidere in manus dei viuentis
Scriptum est enim / michi vindic-
tam et ego retribuam Et iterum
dominus iudicabit populum suum
Incidamus in manus domini
et non in manus hominum /
Sed si non penitueritis in
manus domini incidetis / Illud
metuendum est / hoc autem
nichil est .i. in manus hominum
incidere Cum uiderimus igitur
quempiam hic puniri / non
contremiscamus ad presentia / sed
contremiscamus ad futura
Secundum misericordiam eius / et
indignacio eius est / et super
peccatores requiescet furor
eius Simul etiam aliud
significat in hoc loco / Michi
vindictam et ego retribuam
de inimicis hoc dictum est
qui malefaciunt non de hiis
qui male patiuntur / Hic autem
et consolatur / eos pene dicens
/ permanet in sempiternum deus

et vivit / Unde ac si nuc no accipiunt postea recepturi sunt / illos oportet ingemiscere non nos Nos enim in illorum mercedinis mag[is] sumus autem in manu dei / Neque enim qui patitur aliquid malum patitur Sed qui facit neque beneficium accipit qui iuvatur sed qui beneficium prestat / Fugiamus igitur pecunias ... ad patiendum malum et ... ad beneficiendum / Hoc autem possumus / si pecunias et gloriam contempnamus Qui has ex posuit passiones / Omnibus hominibus erit liberior Et ab eo qui purpura induit locupletior Intueris quanta sunt mala propter pecunias / Non dico propter avariciam / sed in eo quod affectione quadam tenemur circa pecunias Ubi igitur Si perdat aliquis pecunias vitam ducit omni morte peiorem / Quid doles o homo quia laternas quia te a cura custodiendi superflua liberavit deus Cura non sedes tremens et metuens Dicitque

illud quidem opere extrahebatur
hoc autem sub spe et timore
nudus. Et hoc quidem erat
ipse autem moyses attulit
Deinde familiare illis et
domesticum profert exemplum
/ maius autem ab illo / maius
et amplius / Fide inquit moyses
factus abnegavit dici filius
filie pharaonis / magis eli-
gens affligi cum populo dei quam
temporalem habere iocunditatem
peccati / maiores divitias ex-
istimans / thezauro egiptiorum
improperium christi / Respiciebat
quippe in remuneratorem. Tamquam
si diceret ad eos / Nullus vestrum
dimisit aulam regalem /
amplam et claram / neque
tales thezauros / neque ut
possit filius regis esse contempsit
/ sicud moyses fecit. Et quo-
niam simpliciter dimisit
significavit dicens / abne-
gavit / hoc est horruit / ad-
versatus est. Celo quippe proposito
superfluum erat aulam ami-
rari egiptiorum regum. Et
vide quam mirabiliter illud po-
suit Paulus. Non dixit /
maiores divitias existima-
vit thesauro egipti rebus / et ea que
in celis sunt / Et quid dixit
improperium christi / pro christo
enim improperium sustinere melius
iudicavit quam in deliciis esse
Sic etiam hoc ipsum per se solum
mercedis erat / eligens magis
affligi cum populo dei. Vos
enim pro nobis ipsis patimini
ille autem pro aliis elegit
/ et ultro se ipsum proiecit / in
tanta pericula / cum ei liceret
et pie vivere / et secularibus
bonis perfrui / quam temporalem
habere peccati iocunditatem peccatum
dixit nolle affligi cum aliis
hoc peccatum esse putavit. Si
igitur ille non alacriter affligi
/ cum ceteris esse peccatum iudicavit
magnum ergo bonum est afflictio
ad quam ex fastigio regali
se ipsum proiecit / hec enim faci-
ebat magna quadam prudens

Maiores inqt diuitias ex-
istimans thauri egyptioru
i[m]pperiu xpi hoc e i[m]pperia
talia sustinere / q[u]alia nc nos
/ q[u]ale xt etiam sustinuit i[m]ppe-
rium Et quo pro xpo susti-
nuit moyses / petra em erat
xpus Sic em ille imperiu
sustinebat / sicut et nos Qd
autem e imperium xpi
/ quia respuimus p[at]rios er-
rores i[m]pperiu sustinemus / qa
patimur multa q[ue]rentes
ad deum Sic etiam ille i[m]ppe-
riu xpi sustinebat / qn audi-
ebat Nu[m]quid interimere me
uis / sicut interfecisti heri
egyptiu / hoc e imperium
xpi usqz in finem et nouissim[u]m
spm Sic etiam pati mala
/ sicut etiam ipse (sz xc) i[m]pperia susti-
nebat / et audiebat Si filius
dei es / Et ab eis audiebat
/ pro quibus crucifigebatur
/ aut a contribulibus h[oc] e i[m]ppe-
riu xpi Nudo quisqz a
domesticis / qn i[s]tqz ab hijs
quibus b[e]n[e]ficia p[re]stitit sustinet
imperiu Nam ille qz pro
b[e]n[e]ficio hec patiebat[ur] / hic
eos excitauit ondens quia
et xpus passus e et moyses
/ Que q[ue]so pone clare et diulga-
te / Vnde xpi mam e istud
i[m]pperium quam moyses qm
a p[ro]prijs ista passus est / sed
neqz ille fulgura emittebat

/ neqz iste passus e aliud
sed imperiu sustinebat
patienter cuncta ferebat
illis mouentibus capita sua
Rursus ergo poterant sustinuisse
hijs auditis desiderant etia
ipi retributionem Dicit qa et xpus
et moyses talia passi sunt
/ Prouide deliciae inqt et re-
missio ad partem pcti p[er]tinz
imperiu vero sustine[re] ad
xpm Quid em uis impe-
riu xpi aut remissionez et de-
licias / Fide dereliquit egyp-
tum / non veritus animositate
regis inuisibilem em tamqm
videns sustinuit Quid dic
Rursus non timuit Et tn
scriptura hoc dicit / qa uides
vitius e Apta fuga salutem
acquisiuit et fugauit est et
furatus seipm de medio / et
post hec in timore erat Intende
igitur diligenter in h[oc] dicto
qd dic Non veritus animo-
sitatem regis Ad instandum
sum dixit Timentes qppe
erat non veriti sum ad
patrocinium / neqz rem aggredi
sed tamen qz fuga usus est sum
ai erat dei se committentis
Non em dixit quia quit
me et scrutatur / Ne me inqt
eisdem ipis committam Qp-
inde etiam qz fuga usus est
/ fidei fuit Quid ergo non
permansit / inqt ne se iactu

qd e ypertu x

Cum autem de paganis agit
/ non ita / sed si quis vos vo
cauerit ex infidelibus / paganos
significans / et vult ire / oe
quod apponitur nolite comedite
/ si quis autem frater nominatur
Ebriosus Quanta moderatio
Nos non solum non confugi
ebriosos / sed etiam prius ad eos
participantes cum eis obliga
mur et ista mala sunt Cuncta
confusa sunt et prius omnia pe
rierunt Dic enim michi / si te
vocauerit aliquis quispiam ad conui
uium te pauperem / et quem puta
uis infirmus / Deinde si ate
audiat quia hec que apposuisti
ex auaricia sunt acquisita /
non parcas ex illis / contaminat
animam meam / Nonne dicet
nonne erubescet Nonne con
funderetur hoc solum sufficiens
erit corrigere et facere illum
quidem cum diuitiis suis
infelicem seipsum iudicare ad
mirari autem te illa pauper
tate Si enim videt seipsum
cum tanto studio a te contemp
ni quo putes corrigi potuisset
Sed facti sumus sui homines
ignoro quomodo nunc Cum paulus
sursum atque deorsum clamet
/ Non efficiamini sui homines /
Quare ergo effecti sumus
nos sui homines / Quia primo
ventris sui facti sumus / et
pecuniarum et glorie / et aliarum

similium rerum / perdidimusque liber
tatem quam nobis largitus est
xpus / Quid ergo expectat
eum / qui seruus factus est
Dic michi audi xpm dicentem
Seruus non manet in
domo in sempiternum / hec
siquidem plenam atque perfectam
/ qui nunquam intrabit in ip
sam domum apposuit hec est In
domo in qua est patris mei mansio
nes multe sunt Seruus
igitur non manet in domo
in sempiternum Seruum autem
dicit / qui peccati seruus est Qui
uero non permanet in domo
in sempiternum in gehenna
permanet in sempiternum / ex
nulla parte habebit solacium
ad tum malum habitum huiusmodi
res deuenerit / ut etiam ex
hiis que faciunt / elemosinas faci
ant / et multos suscipiant /
propter hoc fiducia nostra cecidit
Neque iam aliquem increpare
possumus saltim et nunc fugiamus
lesionem / que ex hoc nascitur
Vos autem qui hoc sceno
involuimini / aliquando quiescite
cessate a tali morbo / Et
abscindite impetum vestrum tibique
quiniys / si quo vel nunc va
leamus propiciari deum et adi
pisci bona que promissa sunt
quod nos contingat omnes per gratiam
in xpo ihesu domino nostro cum quo
patri vna cum sancto spiritu gloria

imperium honor vite et sep
in secula seculorum Om 26

Fide et de futuris benedixit
ysaac Jacob et esau
Fide Jacob moriens
benedixit unumquemque filiorum
Joseph / et adoravit fasti
gium virge eius / fide Joseph
moriens de exitu filiorum
Joseph israel memoratus est
et de ossibus suis mandavit
/ Multi inquit prophete et iusti
desideraverunt videre que vidistis
et non viderunt Quid dicimus
Numquid omnia futura sciebant
iusti Et valde Si enim propter
non revelabatur filiis / quibus scilicet
propter infirmitatem eorum quod eum
non possent excipere / sed illis
qui virtute claritatis fulgebant
multo revelabatur / Et hoc etiam
paulus dicit / quia futura
sciebant / hoc est resurrectionem christi
An non hoc dicit / sed fide de
futuris dicitur Non futurum
seculum significans / sed futura
huius seculi Quo quippe modo
sedens in peregrinis tales benedictio-
nes daret / Et primum adeptus
est benedictionem et non eam suscepit
sicut / intuemini quomodo dixit de
Abraham et de Jacob dicit sicut
/ quoniam non receperunt benedictiones
Ipse autem futura adeptus est
Invenimus enim fratrem eius magis
potitum esse seculo Ille autem in
servitute mercenaria et periculis
et insidiis / et deceptionibus et
timoribus omne transegit tempus
Interrogatus etiam a pharao-
ne / modici inquit facti sunt
dies mei Ille autem et primatu
tu et fiducia fuit multa / et
postea fuit illi terribilis Ubi
ergo ei provenerunt bona nisi
in futuro / Vides quia iam
inde a primo malis et periculis pe-
riculis perfruuntur / iusti autem
contra / non quidem omnes
Ecce enim Abraham iustus
erat / et potitus est rebus
secularibus licet tamen cum
tribulatione / cum temptationi-
bus Etenim divicie tamen illi erant
/ cetera plena alii erant tribula-
tionibus omnia / non sicut iustus non
tribulatur ac si dives sit / Cum
enim patitur sicut dampna propter
mutari alia multa pati
/ tur et cum tribulatione / Proinde
ac si fruatur diviciis non
est sine tristicia Quid ita / Ra
in tribulatione est et dolore
/ si autem tunc in tribulatione
erunt iusti / multo amplius mali
/ Fide de futuris benedixit [illegible]
ysaac Jacob et Esau Licet
maior sit esau / tamen preponit
Jacob propter virtutem Intuemini
quanta erat fides / Et unde pro-
mittebant filiis eorum tanta
bona utique ex fide i. credendo
deo Fide Jacob moriens unum-
quemque filiorum Joseph benedixit

propitiacionem periculum. Quia hoc enim temptacionis esset nisi liceret in media periculi et dicere videamus si me liberet deus / hoc etiam christo dixit dyabolus mitte te deorsum. Intuearis quod hoc dyabolicum est / ut superflue ac superflue / si quis semet in periculum iactet / temptare deum si salvat. Et cum posset iam illis ad regnum celorum / non potuit ita migrare affirmans illis ubi tanta prestitit. Stultum itaque erat / et insensatum permanere illic / Hec autem omnia facta sunt quia veluti videns invisibile / sic sustinebat. Sic et nos videmus mente scilicet deum sed semper in recordacione eius continuemus mentem nostram / nobis facilia parebunt / Omnia portabilia omnia levia pati nemus omnibus superiores efficimur. Si enim quis suum dilectum videt magis aut recordatus illius erigit animam suam et mente sublimis efficitur ut omnia facile tolleret / delicias ex memoria illius. Quare enim eum in mente habuit / qui nos diligere non dedignatus est / et recordatus fuit eius / quis poterit aliquam sentire tristiciam aut terribile aliquid et periculosum timere qui pusillanimitate afficiemur

reliquum scilicet / omnia quippe nobis difficilia videntur / quia dei memoriam non habemus sicut oportet. Licet quam non eum in mente nostra portamus. Juste quippe nobis dixit. Obliti estis mei / obliviscar et ego tui. Et duplex efficitur malum quod et nos eius obliviscimur / et ille nostri. Hec quippe duo colligata sunt ex invicem. Duo namque sunt / magnum quippe operatur memoria dei et eius dei nostri recordatur. Magnum autem etiam ut nos eius habeamus memoriam. Hoc quippe facit eligere bona / illud autem impetrare et ad effectum perducere. Propheta dixit propheta. Recordabor tui de terra Jordanis / et hermonim a monte parvo / hoc dixit populus in babilonia constitutus / recordabor tui. Et nos ergo tamquam in babilonia constituti / ac si nos in medio hostium considemus. Sed tamen ubi ... quidem tamquam captivi sedebant. Alii autem neque captivitatem sentiebant puta Daniel / sic tres pueri qui in captivitate quoque constituti ab ipso rege qui eos captivos habebat / clariores erunt effecti in ipsa illa provincia captivos / qui

Sic omnia videntur nobis difficilia

3o pueros

rex captiuauerat / adorabat
videres quanta e(st) virtus in ipsa
captiuitate constitutus cura-
bat ut d(omi)n(u)s ita ut putares
illum magis q(uam) illos esse
captiuu(m) / Nempe mirabile
erat. Nam si in sua p(at)ria
essent constituti (et) regnaret
veniens adoraret eos. Q(uo)d
autem ad huc mirabile erat
/ quia ligans eos (et) scimens
ut captiuos (et) h(ab)ens in sua po-
testate omnibus videntibus
non erubuit eos adorare-
(et) (et) ad(huc) ymolare. Intuemini
/ quia verum rex ve(r)e ille fuit
que ad deum p(er)tinet. Rex
v(er)o h(ab)uit umbra(m) fuit. Ignora-
rabat ergo q(uo)d d(omi)n(u)s sibi ad-
ducebat (et) quod adoraturus
erat misit eos (con)tra caminu(m)
ignis. Sed sic sup(er)ior hic illis
erat. Timeamus igitur dil(ectissi)mi
deum / timeamus et si etiam
in captiuitate simus o(mn)ib(us) erimus
clariores. Timor adsit dei / (et)
nichil erit tibi. Tum (et) si
paupertatem dicas / tu (et) si
egritudinem / tu (et) si s(er)uitutem
Et si quid aliud t(ri)ste. Non
solum grauia erunt. sed
ymo magis adiuncta ab
erit in aduersis. Captiui erant
isti / (et) adorauit eos rex. Ta-
bernaculorum factor erat
paulus / (et) sacrificabant illi sicuti
deo / In hoc loco q(ue)stio oritur

Cur ap(osto)li sacrificia p(ro)hibue-
runt (et) vestimenta sua abduxe-
runt eos / dispositio emo-
lumine suo / (et) cum fletu cla-
mabant dicentes. Viri quid
hec facitis. Quia et nos
homines passibiles sumus.
Daniel autem nichil tale
fecit. Quia enim tempore huius
erat / (et) no(n) minima ab istis
offerebat deo gl(or)iam / ex
multis causis manifestum
maxime autem ex eo q(uo)d
amabatur adeo deo. Non
enim sibi assumerent honorem
dei p(er)mitteret saltem vnus
/ non dicam etiam p(ro)babilem
dominare / Credendum est. Quia
cum multa fiducia dicebat
Qu(ia) rex non sapientia mea in
reuelatum e(st) misterium istud.
Et item in lacu erat p(ro)pter deum
Et quia abacuc attulit p(ro)phete
dixit. Recordatus es mei
deus. Ita erat h(u)milis corde
(et) contritus circa deum. In lacu
enim p(ro)pter deum / (et) indignum
se iudicabat / ut visitaretur
eius / uel ut exaudiretur ab eo.
Nos autem ex multa scelestia
cum p(re)sumptione (com)mittimus
(et) in omnibus scelestiores /
Extantes / nisi in p(r)ima oratione
exauditi fuerimus discedimus.
Quia multum inter est inter
illos (et) nos q(uan)tum inter celum
(et) terram / (et) si q(ui)d ap(osto)lus

Timor dei

Paulus fabri(cator)
tab(er)naculoz

(Et) q(ua)re fecit d(eus)
Danieli

Q(uo)d dixi tu

Quid dicis cu tantis miltis
/ postqm factu e illud i laui
miarulum / sic se ipm hu-
lem existimabat Ita est
inquit Quatinq operati
sunt inutiles sui sim9 Sic
ille amedens euuaglium
preceptum implebat 7 michil
seipm indicabat Reddaty
e inquit mer dey Oz ofo
eius qsitu humilitate plena
e Et alii tres pueri / sic dice-
bant / peccauimq iniqtate
fecimq / et vbiq sua humili-
tatem demostrant Sicut
habet Daniel x milia occasi-
ones quibus in suplicium
effeturus / sed stiebat qm ipe
eausse pro quibq possent
extolli / Apter illi erat quia
non extollebatur / 7 quia no
corrupebat thezauru suu
apud omes eni homies i
toto mudo non iocudabatur
/ quia iactauit seipm ni fatue
rex 7 ymoluit 7 deum
illum ee putabat / q vbiq
terrarum sicud dey honorabatur
deum eni ipe obtinebat Et
maifestu hoc e Et Jeremia
Complicans inquid eum
sicut vestimetu Et itero
Ego dedi eam nabuchodo-
nosor suo meo / ex hys
qomibq stebebat ho asserbatur
/ 7 quia no ibi solum vbi
erat / amiabilis habebatur Sed

7 vbiq 7 adhuc amplius
Sicut eni pntes uiderant
eum cete gentes / in tatu
ut etiam p litteras gsiteretur
ppam sui uitutem / 7 q mirer
/ quia etia in scriptura amiabil'
erat / ne capteretur eis iqt
tu Daniele Et post omia
tamen / ad modu erat humil
decies milies / gpter q modificatus
tus est Quid ergo / q cum
ita humilis esset / non pohibuit
/ neq adorari se a rege
/ neq ymolaretur hoc nodicio
Sufficit eni michi qstorq gpo-
suisse / Ceteru uo pmitto ut
uel sic exutem meterni rerum
illud moneo ut omia pro
deitimore sustipiatis exem-
pla ipe hemq talia quia
reuera etiam in hac uita
adipiscimur bona / sic de filiis
germane 7 integre aurum
gessimq / Quia hoc non
supbia uel arrogantia fe-
cit / manifestum e ex eo / q
dixit dona tua tibi sint /
Et eni etiam hoc aliud gstiro
est / quo sme pelles apibq
suscepit illum honorem 7 indu-
tus e torquem Et herodes
quidem audiens vocem dei
7 homis quia non dedit gloriam
deo crepuit 7 effusa sunt viscera
eiq Iste autem 7 honorem
deo exhibuit / no vba tatu
/ sed nudum est ducere / Cum

ita esset / Illic quidem ad
ydolatriam / immaniorem
homines deridebant / ~~hic~~ hic
autem nequaquam / quo hic
ut enim iste putaretur talis
/ ille ut non putaretur ad deum
confugiebatur / Propterea enim ante
deus hoc dixit / michi autem
non sapiencia mea revelatum est
Deinde neque apparet alicubi
/ quia suscepit illos ymola-
tiones / Dixit enim inquit / quia
oportet ymolare / sed non est
manifestum / Utrum etiam
opus consecutum est Illic autem
adduxerunt thauros ut ymo-
larent et vocabant illum quidem
Iovem Illum autem mauritium
Torque itaque suscepit ut ma-
nifestum se faceret ymola-
cionem aut cur non repulit Etenim
illic non fecerit sed cavit se
/ et prohibuerit apostoli propter inde eciam
hic oportebat celeriter / et ipse se
prohibere Item illic plus multum
erat / hic autem tyrannus /
Cur ergo eum non vicerunt Im-
prudentibus dixi quia non
sicut deo ymolabat ad iniuriam
iniuriam dei / sed propter magnum mira-
culum Quando hoc propter deum / Edic-
tum quoque posuerat / ut
non minuetur honor dei Illi
autem non sic / sed ipsos pu-
tabant esse deos / propter hoc prohi-
bebant / hic autem postquam
adoravit / tunc hoc fecit / neque
sicut deum adoravit / sed
sicut hominem sapientem cla-
rum autem non est / quia ymo-
lavit Sicut autem et ymolavit non
suscipientem danielem Quando
quidem etiam balthazar eum
nominavit / nomine dei sui Ita
nichil magnum existimabat
deos suos / qui etiam captivum
sic vocabat / qui autem nisi fe-
cit ymaginem adorare
Viduam et multifariam sed
eciam oratione colebant
Ab illis autem qui erant in illa terra
/ multum erant stulciores
babilonii / Id tamen non possumus
statim convincere eos in hoc
Et multa alia in hac quae
dici possunt Iterum hoc non
sufficerint / Si igitur volumus
adipisci omnia bona quae ad
deum pertinent / querimus /
Sicut enim qui ea quae sunt huius
seculi querit ab istis et ab
illis excidunt Sic qui quae
dei sunt proponunt utraque
adipiscuntur Non itaque ista
queramus / sed illa ut bona
quae repromissa sunt percipere merea-
mur in christo ihesu domino nostro
Cui quae per unam cum patre et spiritu sancto
gloria imperium honor in secula
seculorum Amen Omelia 21

Fide celebravit pascha
et sanguinis effusionem
ne qui vastabant
primitiva tangeret eos / Fide

transierunt per mare rubrum
tamquam per aridam terram Quod
experti egyptii absorpti sunt
Fide muri Jericho corruerunt
circuiti diebus septem Fide
Raab meretrix non periit cum
infidelibus excipiens explo
ratores cum pace plurima
paulus in typica locutione
solet argumentum et densum
esse in sententiis Talis quippe
est spiritus sancti gratia Sit in habun
dantia verborum paucas conti
net sententias sed in brevitate
verborum magnum latet et plenum
intellectum Intuere igitur
quo sub occasione hortationis
et de fide disputationis tamquam eos
typi commemorat et quanti misteri
um habeant virtutem Fide inquit
celebraverunt pascha et effusionem
sanguinis ne qui vastabat
primitiva tangeret eos effusio
sanguinis agni significabat
in domo et sanguine perun
gebantur postes et hoc
erat tutamen a perditione
egyptia Si igitur sanguis
agninus in medio egypto
et in tanta devastatione illesos
servabat iudeos multo am
plius salvabit nos non po
stes sed animas meas Christi
sanguis perungens Etenim
etiam nunc qui devastat
in profunda ac nocte circuit
Et inducamur azima id est
illud sacrificium effusione
sanguinis per virtutem appellat
Ex egipto enim eduxit nos
deus id est ex tenebris ex ydolatria
quia quod fiebat nichil esset
Et quod per illud perficiebatur
magnum erat Quod enim fie
bat sanguis erat effusio
Quod autem perficiebatur salus
et conclusio et plurimorum perditionis
Timuit illum sanguinem an
gelus sciebat enim cuius erat
typus Exigit domini
motem intelligens propterea
non tetigit postes Dixit
moyses quia ungite et
vixerunt et confisi sunt vos autem
ipsius agni habetis sanguinem
non confiditis Fide transierunt
mare rubrum sicut per aridam
terram Item preclarum profectum
comparat plebi unius loci ro
dicant quia non possumus sicut
ei nisi potuerit Fide inquit
transierunt mare rubrum tamquam
per aridam terram quod experti egyptii
devorati sunt In hoc loco
et ad contradictionem eos adducat
passionum quas in egypto
passi sunt Et nunc quia fide sperabant
mare transire propter hoc
orabant Nam autem moy
ses erat qui orabat Con
templare quia ubique fides
terminationes humanas excedit
et infirmitatem atque humilita
tem hominum superat Intueris

qua sunt ut credebant etiam
supplitia declinabant. Tunc
quidem in sanguine positi.
Nunc autem in mari ru-
bro. Et hoc manifestabat
aqua, quia illi venientes
absorpti sunt. Ex hoc ap-
parebat non esse fantasia.
Et sicut in leonibus illis
qui ab eis devorati sunt, on-
debant virtutem rerum et
sicut in camino qui incensi
sunt sic nunc inspicies easdem
res. Aliis quidem ad salu-
tem et gratiam. Aliis autem
ad periculum. In tantum est
fides magnum bonum, cum
etiam cum ad desperationem
veniunt, tunc quoque liberamur.
Ac si nunquam usque ad ipsam
mortem veniamus, ac si
de nobis ab omnibus desperetur.
Ecce namque iam spes erat.
Erant egipcii in deo mare, ipsi
in ermeis aut enim in mari
erant perituri, si vellent
sanguine, aut in manus
egipciacis incidere. Verum
tamen ex maiori desperatione
eos liberavit ad ipsum mare
ipsis est substructum sicut terra.
Hos autem dimersit sicut
mare illis oblitum non fue-
rit. autem etiam armatum
est adversus ~~nos~~ eos. Fide
muri Jericho ceciderunt, circuiti
muris eius per septem dies.

Non enim tubarum sonitus
murorum saxa dicerent. At
si per decem milia annorum
quis tubis insonuerit, sed
fides omnia valet. Intueris
ubique neque consequentia ulla
rerum, neque naturae lege omnia
permutari, sed propter spem
cuncta fieri. Proinde etiam
hic propter spem cuncta fiunt. Rem
enim sursum atque deorsum duce-
bat, quia oportet credere et spe-
rare rebus futuris. Ergo omnem istius
sermonem movit. Videns quia
non natura, sed ex initio omnia
miracula per fidem impetra-
ta sunt, et perfecta. Fide meretrix
Raab meretrix non periit cum
incredulis suscipiens
exploratores cum pace. Proinde
ad modum turpe est si me-
retrice infideliores extitissemus.
Tamen illa homines audivit
nuntiantes et confestim credidit.
Nam etiam effectus consecutus
est, omnibus quippe pereuntibus
sola salvata est. Non dixit ad
se ipsam, quia tu plurimis ero
Non dixit numerus, ego
Ego ipsis prudentior esse
possum, sapientibus viris,
qui non credunt. Et ego credo
nichil tale dixit. Et credidit
dictis eorum quod possent illa
contingere. Et quid ad hoc dico
inquit. Deficiet enim me tempus
enarrante. Iam non ponit

contra longum sermonem

nomina / sed sic enim faciens
in meretricem / et verecundiam
eius excitans / qualitate personae
non iam dilatat historiarum
commemorationem. Ne videatur
sermonem suum protelare. Cum
non ex ea explicat sed praeterit
sapienter. Sapienter valde
utrumque faciens et tempus fugi-
ens et densitatem sermonum
auferens. Neque enim omnino tacuit
/ neque dicens molestus factus
est. Utrumque enim facit. Cum
enim quisque fortiter decertat
/ sed in certamine perseverat / de-
fatigat auditorem. Cui
enim iam credenti / longitu-
dine sermonis molestus esse
voluit opinionem ambitionis
incurrit / oportet enim utilitati
prospicere / et captare. Et quid
adhuc inquit dicam / deficiet
me tempus enarrantem de gedeon
barach et sampson et iepte
et david et samuel et prophetis
In hoc loco culpant paulum
quidam. Barach et sampson
et iepte inter istos constituit
Quid dicis meretricem ponit /
istos non ponat / ut nichil
nunc dicam aliam vitam eorum
/ Sed si non crediderunt / et si
non claruerunt in fide. Et
prophetis inquit qui per fidem
expugnaverunt regna / In-
tuearis quia non vitae eorum
hic testificatur / quia talis fuit /
/ neque enim hoc quaerebatur. Sed
de fide erat ratio. Dic michi
enim / si non cuncta fide impe-
traverunt. Per fidem inquit
expugnaverunt regna. Gedeon
quippe etiam iustitiam
operatus est. Quidam inquit
eorum qui sunt isti quos
dicit. Iustitiam enim dicit
in hoc loco quam habuit
David. De eo enim hoc dicit
arbitror. Adepti sunt re-
promissiones. Quales istas
de quibus dicebatur / quia se-
men eius sedebit super solium
eius / obturaverunt ora leonum
/ extinxerunt virtutem ignis
/ effugerunt ora gladiorum.
Contemplare quomodo in ipsa
morte erant / Daniel cir-
cumdatus a leonibus / tres pueri
in camino deambulantes
Israhelite Abraham et Iacob
Ysaac in variis temptationibus
et neque sic desperaverunt. Hoc
est fides ut cum res nobis
in contrarium exeunt / tunc cre-
damus / quia nichil contrarium
factum est / sed cuncta consequen-
tia et ordinata venerunt.
Effugerunt ora gladiorum
de tribus pueris ego [?] ut puto
dicit. Convaluerunt ex infir-
mitate temporis per hoc quod isti
versi [?] sunt / ex babilonia
scilicet. Ex infirmitate hoc est ut
puto ... ex captivitate quando

Contra loquentes prolixitate [?]

Antiqui patres / omnia fide vicerunt

iam in desperatione erant Judai-
ce res / qui iam a mortuis nil
distabant / quis enim non despera-
bat de babilonia eos posse
reuerti / et non dico reuerti so-
lum / sed etiam fortiores effi-
ci. *Vicerunt castra exterorum*
Sed nobis nichil tale contigit
inquit sed hec forme sunt
futurorum / *acceperunt mulieres*
ex resurrectione mortuos su-
os. Ea que enim prophetas prue-
nerunt dicit / *Helizeum et he-*
liam significans / qui mor-
tuos suscitabant. *Alij vero*
inquit distenti sunt non susti-
nentes redemptionem / ut melio-
rem resurrectionem adipiscerentur.
Sed nos non adepti sumus
resurrectionem / sed possumus
ondere illos inquit extensos
et non suscepisse redemptionem
ut meliorem resurrectionem
adipiscantur. Nam cur dic
michi in presenti vita volebat
viuere. Nonne quia meliorem
expectabant / ut cum alios susci-
tarent ipsi tamen mori de-
sperarent / Clarum est ergo
quod ut meliorem resurrectionem
adipiscerentur / Non enim talem
qualem reddere acceperunt filij
illarum mulierum. In hoc loco
videtur michi / quia *Johannem*
significat *et Jacobum* distentio quippe
dicitur decollatio / Nam
possent videre solem possent

non redarguere / et elegerunt
magis mori / cum ipsi alios
suscitarent / ut meliorem
resurrectionem adipiscerentur. *Alij autem*
ludibria et verbera experti sunt
insuper vincula et carceres. In
istis facit finem quia maxime
isti familiares sunt multitudine
ingerebantur / et maxime illi ista
afferebant consolationem. Non enim
quis in eadem causa / vel
in eadem passione / aut tristicia
detinetur / solatium ex plitu-
dine patientis accipit. Alio-
quin et si peiorem aliqua
passionem ducas. Vbi non
ex eadem causa orta sit non
prodest / propterea in hoc / sermonem
suum concludit. Vincula nominas
et carceres et verbera et lapida-
tiones *Stephanum* significans
et *Zachariam* / propterea adiunxit
in occisione gladij mortui sunt.
Et unde dicis Alij quidem
effugerunt ora gladiorum
Alij vero in occisione gladij
deficerent. Et unde hoc / quid
horum laudas / quid admiraris
hoc / An illud ita inquid hoc
quidem nobis propositum est / Illud
autem laudabile est / quia et
circa ipsam mortem prevaluit
fidei typus futurorum. Duo
ergo sunt miracula fidei / quia
et imperat magna / et patitur
magna et nichil reputat pati.
Et non potest dicere inquit

Gaudiu
inspecte
Duo mi
fidei

Ra peccatores inquit erant
et nimirum. Si enim ex alia
parte totum mundum comparares
illos invenio virtutis pondere
meliores, et trutina altio-
res et honorabiles valde ex-
tantes. Quid igitur possent
hic recipere. In hoc loco ex-
citat eorum mentem, ut non
adhereant presentibus, sed superio-
ra sapiant et contemnant cetera omnibus
que sunt in hac vita. Si quidem
omnis mundus, non est dignus
in eorum comparatione. Quid igitur
vis in hac vita recipere. Iniuria
quippe est, si in hac vita merce-
dem recipias. Non itaque spe-
culanda suspiramus, neque in hac
vita quamvis recipiatur, neque
in tantum, sicut pauperes. Vere
partem aliquam queris. Et
merito. Amici quippe dei sunt. Mun-
dum autem in hoc loco dicit
multitudinem hominum dicit,
aut ipsam creaturam, aut utrumque.
Solet enim scriptura utrumque mundum
appellare. Si cuncta creatura
inquid cum omnibus hominibus con-
stituatur, minime in comparatione
horum digna est. Et merito. Sicut
enim decem milia pondera
palearum vel feni in comparatione
margaritarum digna non erunt.
Sic neque illi. Melior inquit
unus faciens voluntatem dei
quam decem milia iniquorum. Decem
milia enim, non plurimos dixit

sed multitudinem infinitam
intellige ergo, quantum est iustus.
Dixit Ihesus Naue. Stet sol
contra Gabaon, et luna contra vallem
Aylon. Et factum est. Veniat igitur
omnis mundus, magis autem duo
aut tres aut quatuor, aut decem
et viginti dicant et faciant
hoc, sed non poterunt. Amicus
vero dei creaturis amici sui
imperabat, magis autem a domino
suo postulavit et obedierunt
sibi, et ille qui erat deorsum
superioribus imperabat. Intueris
quia hoc ad servitutem facta sunt
cursum dispositum peragentia.
Hoc etiam ab illo opere Moysi
maius est. Quid ita? Non enim
equale est mari imperare et eis
que in celo sunt. Magnum quidem
et illud, et valde magnum est,
verumtamen nichil simile. Er-
go forma erat Ihesu illud
nomen. Id circo igitur hoc factum
est etiam propter ipsum vocabulum
reverita est creatura. Quid
ergo? Alius aliquis non est vocatus
Ihesus nisi iste. Sed iste ad hoc
vocatus est in typo. Nam an-
tes dicebatur, propterea mutatum
est nomen eius pronuntio affe-
fuit et prophetia quippe intro-
duxit populum in terram promissionis, sed
Ihesus in celum, non lex sicut
neque Moyses sed foris per-
mansit, non valet lex intro-
ducere sed gratia. Intueris

forte iam inde ab initio de-
spectus imperauit creature ut
ita dicam / ipsi capiti deorsum
stans ut qui uides in homine
habitu aliquem cadentem ipsum dicere
non turberis neque mireris
ipse etiam moyse uidente supa-
uit bella / sit etiam lege
uidente / ipse tamen dispensat
sed non manifeste. Ut tamen
uideamus / quantum auctus est
factum / et in hac uita tanta
operantium. Et hec tanta
fuerunt que et angeli / quod
iam aliter quantum habebant
claritatem arbitror quod
unusquisque eorum vellet esse
talis ut posset imperare soli
et lune in hoc loco qui dicit
speram esse celum. Quid
dicam. Quare non dixit
stet sol / sed addidit stet
sol contra gabaon / et luna contra
vallem aylon / hoc est maio-
rem diem operantur. Hoc etiam
in Ezechia contigit repeda-
uit sol. hoc enim illo mirabi-
lius est / ut contrarium viam
perageret que non dum suum
cursum peregerat. Et his
maiora adipiscemur si vo-
luerimus. Que namque xps
nobis promisit non solem statuere
non lunam non repedationem solis
Sed venimus ad eum inquit et
ego et pater / et mansionem apud
eum faciemus. Quid michi
opus est sole et luna / et istis
miraculis ipso domino auctore
apud me habitante et permanente
Quid michi opus est ceteris
ipse michi erit sol. ipse lumen
Dic enim michi quid velles
intrans in regnum celorum
posse commouere aliquid eorum
que in celo sunt / et transmu-
tare de loco ad locum an ipsum
regem / sic tibi familiarem
efficere ut impetrares ab
eo / apud te eum commanere
/ multo amplius arbitror
quod istud eligas / quam illud Sed
autem minus est inquit / si ea
que impetrat ihesu naue / Hec
etiam xpus Sed xpus inquit
non rogat patrem / sed ex auctoritate propria
facit. Audis proinde quante
primum hic / et dicit / quando non rogat
patrem Sed ex auctoritate et hic
interrogando Pro igitur
descensionis et dispensationis
inchoat est. Non enim ignorans
est xpus ihesus vane / sed ut nos
doceret. Sicut enim magnum
audiens balbucientem et
singulares literas dicentem non
eum dicens ignorare / et tamen
interrogat ubi sit illa uel
illa litera / sed quia non igno-
rans interrogat. Sed disciplinam
volens instituere / sic et deus
non opus habens orare
orabat Sed te volens instituere
ut assiduus sis ad orationem

Pro seque[...] / ubi est si [...] / interrogare fu[...]

de mis[...] q / [...]udit

Ut sine intermissione / ut
sobrie / ut cum multa vigi
lancia oretis / Vigilare at
non in hac dico / ut nocte
surgatur sed eciam in dire
sobrium esse in oracionibus Vigi
lans quippe orat / qui tale
Nam potest quisquam / et nocti
bus orans dormire et diebus
vigilans orare Non sunt
aia intenta / qui intelligit
cui loquitur / ad que illi
simo est qui in mente perpet
puttis angeli timore et tre
morem Ipse autem accedit
oscitans et scabens seipsum
Magna arma sunt oro / si cum
integra mente fiat Et ut
cognoscatis eius virtutem eciam
impudenciam et iniquitate
/ et crudelitate et superbitate
Vincit frequens oro Audistis
inquit quid dixit Iudex
iniquitatis Et eciam pugna
superavit et quod non posset amici
cia provenire hoc oro meruit
assidua oro Et si non inquit
propter amiciciam dabit illi
Verumtamen propter molestiam eius
exurgens dabit illi Et
eciam indigna digna sunt
oro cananea Non inquit est
bonum accipere panem filiorum
et dare canibus Etiam domine
inquit Nam et canes come
dunt de mensis dominorum
suorum Insistem consequitur orari

de mil 4
audit

Magna arma sunt oro / si
cum intencione fiat / si sine
vana gloria / si cum ardo sincero
/ ipsa bella devincit / et vertit
in fugam ipsa gentem inte
grum et indignam vultum
comprimi fecit Audivi inquit
gemitum eorum / et descendi
liberare eos Ista medicamenta
est salutare et prohibuit peccatorem
in medicina delictorum / ad
hac in dua desolata comme
bat Et cum humilitate orem
Et pectus tundamus sicut pu
blicanus Et illa loquamur
que ille loquebatur Et dicamus
propicius esto michi peccatori / Omnia
adipiscemur ac si enim non
simus publicani Sunt eciam
alia plurima homines ab illo
non minora peccata / Nec mi
deris / quia in paruo aliquo
peccasti eandem enim nam
habet rem Sicut enim simpliciter
homicida dicitur / qui sine puerum
/ sive virum / occidit / sic avarus
/ et qui plura / et qui pauca di
ripuit Et bene malum in
corde non est paruum / sed eciam
grande peccatum Qui enim tenet
inquit in corde malum / mi
natur mortem / et qui irascitur
fratri suo sine causa reus erit ge
henne Et qui dixerit fratri
suo fatuum et stultum / et si
milia alia Et participarimus
ex tremendis et terribilibus

sacramentis et uiuidemus
et debemus. Verum da aut
uere etiam sepius celebrat
horum unumquodque etiam ipsum
per se solum sufficit ad exclu-
dendum de regno. Cum autem
in unum coaduata fuerint, que
solamen habebimus? Multa
nobis opus est penitentia fratres
dilectissimi, multa oratione,
multa perseuerantia ut pos-
simus adipisci bona que promissa
sunt. Dicamus ergo et nos
propitius esto michi peccatori.
Magis autem non dicamus
tantum, sed etiam sic sentiamus
ac si nos alter appellat. Non
indignemur. Audiebat enim
ille, quia non sum sicut hic
publicanus, et non est mutatus
sed magis compunctus est. Suste-
pit improperium et tenuit
improperio. Egerit ille uul-
nus, et quesiuit iste reme-
dium. Dicamus igitur propitius
esto michi peccatori. Imitamur
ac si aliis dicat. Non irascamur.
Si enim nos ipsi nobis
dicamus plurima mala ab
aliis autem audientibus in-
equanimiter feramus non
erit hec humilitas neque confessio
sed ostentatio et uana gloria.
Ostentatio quippe est uere
se ipsum peccatorem; humilitatis
quippe a prioribus uolumus
accipere. Aput alios aut

in admiratione esse laudari esse
uolumus. Nam si ergo di-
camus nos ipsos iustos cum depri-
mimur, quamuis etiam hoc
per gloriam faciamus. Cum uero
autem est humilitate. Ut cum
ab alio improperium audimus
tollerimus et agnoscamus peccatum
nostrum et patienter feramus ac-
cusationem. Et neque hoc adhuc
humilitatis est, sed ingenuitatis.
Quando autem nosmetipsos quidem
dicimus peccatores et indignos
et cetera plura. Si uero aliquis
quispiam nobis horum unum
impingat, sentimus exasperari
contueris quia non confessione
ingenuitatis dixisti temet
ipsum esse talem. Non indig-
neris etiam cum ab alio
audis, et non indigneris. Dic
enim tibi peccata leuigabuntur.
Cum alii improperant plurimet
ipsis quidem omnes imponunt
te autem ad philosophiam introduc-
tunt. Aduerte quid dixit
beatus ~~Chimai~~ Dauid. Sine
ei maledicet Semei. Sine
illum. Dominus precepit ei
forsitan agnoscat humilitatem
meam et retribuat michi dominus
bona pro maledictione hac
hunc die. Tu autem de te
ipso dicens uniuersitate malorum
ab aliis autem nisi laudes
magnorum uirorum audias
exasperaris contueris. Quam

laudes in rebus non lauda-
dis et enim laudes cupidita-
tem aliarum laudum repel-
limus / ut maiores contem-
nearmur / ut magis in admira-
tione simus. Proinde neque ipsi

vana gloria malorum

despiciendo laudem appetamus
humilitatem / Sed laudes mee
amplificentur. Breviter omnia
propter gloriam faciamus nichil
propter vanitatem / cuncta vana
sunt / cuncta severa. Ideo circo
obsecro / vel nunc recedamus
a matre malorum omnium i. vana
gloria / et vivamus secundum quod
deo placet. Ut valeamus
futura bona adipisci in
xpo ihesu domino nostro cui cum
patre gloria simul cum sancto et bono
eius spiritu nunc et semper in secula seculorum
Amen. Omelia 28

Circuierunt in mellotis
in pellibus caprinis
egentes tribulati afflicti
quibus dignus non erat mundus
iste in sollitudinibus errantes
in montibus et in speluncis et in
cavernis terre. Tempus quidem
me innuit autem / cum sanctorum
cogito virtutes et rectitudines

desperatio ex vite bonorum

operum / tunc michi occurrit
desperatio mei. Quia neque
vel in somnis experimentum
bonorum accipimus que illi per
totum tempus vite sue habebant
viri / qui non pro peccatis lue-
bant supplicia sed semper
ad rectitudinem proficientes
semper tribulabantur. Intelligo
quippe michi heliam ad quem

helyas

fortasse hodie pervenit sermo
quippe in hoc loco nominat
et in ipso designat exemplum quod erat
similare istorum et consimilium et
cum dixisset ea que circa apostolos
gesta sunt quia in occisione
gladii mortui sunt lapidati
sunt secti sunt / recurrit ad
heliam qui eadem passus est
fortassis enim nec dum de apostolis
tantum operum habebant / multo
ex illo / qui assumptus est similiter
fiat / quia maxime erat in
admiratione. Ex hoc ergo affir-
mationem et consolationem voluit.
Circuierunt in mellotis et in
caprinis pellibus egentes tribulati
afflicti quibus non erat dignus
mundus iste. Neque vestimentum
habebant inquit sed erat
eis nimietas tribulationis
non civitatem non domum
non receptaculum. Quod et
xpus dicebat. Filius
hominis non habet ubi caput
reclinet. Quid dico recep-
taculum non habebat neque
stare permittebantur. Neque enim
vel ad ipsas solitudines
veniebant quo opus erat. Non
enim dixit In solitudinibus sede-
bant / sed etiam ubi fugiebant
/ et inde exagitabantur non ex
mundo tamen / sed etiam ex illa

bitabilibus locis quia ibi furta
sunt. Quia enim nequam nos culpant
per Christum. Heliam vero in
quo potuerunt culpare ex-
cogitabant. Illum insequebantur
et cum firme cogebant pug-
nare. Quidam etiam isti tunc
patiebantur. Decreverunt quidem
mittere fratres eis, qui tribu-
labantur de discipulis, sed
quia facultatem bonis suis pro-
hibebant. Diffinit bonis suis
eorum in ministerium mitte-
re habitantibus in Iudea fratribus
qui etiam ad ipsos pertinebant
afflicti nequiter et male pati-
entes in contrariis et spiritu.
Quod autem dixit Circuierunt
quidem est. In solitudinibus
errantes, et montibus et spe-
luncis et cavernis terre.
Erant profugi et perfuge (vel perfuge)
nequiter, sicut intra ...
deprehensi, sicut in ...
solent videri, neque in soli-
tudinibus inveniebant re-
fugium, sed semper fugiebant
... aliquas ...
... se se ipsos obruere
volebant, semper in timore erant.
Que ergo mors, vel que
tanta tribulatio et vicissitu-
do. Nec dum nequiter rece-
perunt, sed adhuc permanet
et ista ... in tanta tribu-
latione. Necdum receperunt.
Tantum tempus hic ex quo
vixerunt et nondum recepe-
runt. Nos autem in tantae
constituti merore afficimini.
Intelligite itaque quale et quantum
est Abraham sedere et apostolum
Paulum expectantes quousque
perficiamur ut possint tunc
mercedem recipere. Nisi enim etiam
nos illuc venimus, tunc pollicitus est
eis pater non dare mercedem
sicut pater bonus, amator fi-
liorum et probabilibus filiis et
opus perficientibus dicit non
se daturum comedere nisi
venerint etiam alii fratres.
Tu autem angeris es quia
nondum mercedem accepisti. Quid
itaque faciet Abel qui ante
omnes vicit, et adhuc sine
corona sedet. Quid Noe
quomodo ... illorum temporum qui
certe expugnaverunt et alios
expectant qui post te futuri
sunt. Vide quanta nos in hoc
superamus eos. Deus nobis enim
dixit, melius aliquid providit
Deus, ne aliquid a nobis plus
habere videantur, si primi quidem
nos coronaretur. Una differt
tempus omnium coronatur, et qui
ante tantos annos vicit,
tecum accipiet coronam. Contemplare
curam et dilectionem divinam.
Et non dixit, ne sine nobis
coronentur, sed ne sine nobis
consummentur. Proinde etiam
perfecta sunt tunc parebunt

/ peruenerit nos in certaminibus
Et nos peruenerunt / et omnes
non enim illos lesit / sed nos
honorauit Nam et ipsi sicut
nos libenter expectant Et

unum corpus nos omnes simul coronabimur

enim unum corpus omnes sumus
/ maior ex hoc efficitur corporis
iocunditas / cum simul et integre
coronatur et non per partes Et
enim uisi etiam in hoc sunt
mirabiles / quia sicut decet pijs
bonis / sic gaudent de bonis
suis / prouide etiam in illis
iuxta uotum predixit / ut cum
fratribus coronentur et ut simul
glorificentur / magna iocunditas

Ideoque et nos Cap 12

Et nos tantam habentes impositam
nubem testium In multis
scripturarum consolatorium assumit
maiorum / ex accidentibus rebus
Sicut solent prophete excestu
Et dicitur ex uenientibus hoc
igitur etiam hic dicit Na
memoria sanctorum illorum sicut

si p fulgur

nubes inflammans radio
ignitos / Sic anima malis
obsessam / excitat et refrigerat
Et non dicit super nos appa-
rentem / sed impositam nobis
/ quod amplius erat / Quid
in maiore / nos fiduciam
esse facit / nubes testium /
et moyses et multos testes eos
appellans / non eos qui in
nouo testamento sunt tantum
/ sed etiam illos / qui in ueteri
erunt significat etiam ea
illi testificati sunt maiestati
diuine Sicut tres pueri sicut he-
lias sicut omnes prophete De-
ponentes igitur omnia / Quia
que dicit / sompnum incurio-
sitatem cogitationes infimas
/ omnia humana Et circumstans
nos peccatum Circumstans dicit
siue quod nos facile circumueniat
/ siue quod ipsum circumueniri facile
possit / magis autem hoc
arbitror dici / facile enim
si uelimus / superabimus peccato
Per patientiam inquit curramus /
propositum nobis certamen Non
dixit testibus dimicemus neque
athletico more pugnemus
neque bella geramus / sed quod
omnibus est leuius / hoc nominauit
cursum appellans / neque
dixit addamus aliquid cur-
sui nostro / sed in eodem tempore
permaneamus ne dissoluamur
Curramus inquit propositum
nobis certamen Deinde ad-
iungens summa et caput omnis
/ quod primo posuerat hoc etiam
nouissime ponit id est christum /
Aspicientes in auctorem fidei
et consummatorem Ihesum Quod
etiam ipse christus discipulis
sepius commendabat Si patrem
familias inquit belzebub
uocauerint / quanto magis disci-
pulos eius Et iterum Non est
discipulus super magistrum neque

huius sup dum d spiciebus
nique t a ut discamus curre
sicut enim filii parentes et disci
puli in cunctibus magistrorum
attendunt informates mete
ex parte doctorum p visum re
gulas quasdam sumentes Sic
etiam hic Si volumus curre
et disce ut bene curramus ad
xpm attendamus auctorem
nique t fidei nre et consuma
torem ihm Quid e hoc
Hoc est quia ipse nobis fidem
infundit Etenim ad discipulos
suos dicebat Non vos me
elegistis sed ego elegi vos
Et paulus idem dixit Sic
cognoscam sicut et cognitus sum
Ipse principium nobis imposuit
ipse etiam finem imponet
Qui pro gaudio sibi proposito
sustinuit crucem confusione
contempta Hoc est licebat
illi nichil pati si vellet No
enim peccatum neque dolus inventus
est in ore eius Sicut et ipse
dixit in evangelio Venit princeps
huius mundi et in me non
habet quicquam Aderat
igitur illis quam si vellet non
venisset ad crucem Potestatem
quippe habeo inquit ponendi animam
meam et iterum sumendi eam
Si igitur qui nullam habuit
necessitatem ut crucifigeretur
crucifixus est pro nobis Et quanto
magis nos iustum est omnia

fortiter tollerare Qui pro
gaudio sibi proposito sustinuit
crucem confusione contempta
Quid e confusione contempta
probrosam inquit sustinuit mor
tem Esto igitur moriebatur
Quid etiam opus fuit ut p
brose moreretur pro nulla alia
causa nisi ut nos doceret nichil
estimare gloriam que ab hominibus
defertur Ideo non subiectus
morti suscepit mortem docens
nos presumere contra mortem etiam
nullius existimare illam mo
menti Quare non dixit tristi
cia contempta sed confusione
contempta quam non tu tristicia
mortem sustinuit Non iste
autem quod factum est In
dextera inquit sedis dei consedit
Vides premium quod etiam paulus
scribens dicit propter quod et deus illum
exaltavit et donavit illi
nomen quod est super omne nomen
Ut in nomine ihu omne genu
flectatur Eum qui secundum
carnem est significat ageneme aut
ac si nullum esset premium ihm
solum exemplum ydoneum erat
ad persuadendum omnia tollerare
Nunc autem etiam premia p
mittuntur non quelibet sed
valde magna et ineffabilia
Proinde et vera nos cum
aliquid tale passi fuerimus
ante oculos ipsos xpm cogitemus
Quare quia tota vita eius

Cur xpc tam probrose moreretur

Nota de passione et premio

tu multa fuit iniuria etenim
semper audiebat quod insanus
esset et seductor et magus
Et nunc quidem dixerunt di-
cebant iudei / non inquit bonus
est sed seducit populum Et iterum
Seductor ille dixerat ad-
huc uiuens / quod post triduum
surget Iterum cum de arte
magica criminabantur dicentes
In belzebub expellit demo-
nia / et quia insanit et de-
monium habes et insanis Et
hec audiebat ab illis / ipse bene-
ficia prestans / mirabilia faciens
opera dei demonstrans Et si
quidem nichil faceret et si
ipsa audiret nichil esset mira-
bile Cum vero doceret que ad
virtutem pertinebant audiebat
quod seductor esset / et demo-
nes excludens / demonium
habere dicebatur / et omnia mala
subuertens magus appella-
batur / Res valde luguebris
Quod ipse eum sepius accusabat

Reprehensiones xpi

Si autem uis et reprehensio-
nes agnoscere quas aduersus
eum faciebant / Que solet
maxime animas nostras
mordere Audite primum ex
genere illi detrahebat Nonne
hic est filius fabri / cuius nos
nouimus patrem et matrem No-
nne fratres eius omnes apud nos
sunt Iterum detrahebant illi ex
patria dicentes Ex nazareth

Illum esse Et iterum interroga
inquit / et uide / Quia ex
galilea propheta non surget
et tollerabit tantas calump-
nias pacienter Et iterum dice-
bant Nonne scriptura dicit
Quia xpus ex bethlehem
vico venturus est Ipsius etiam

Derisiones xpi

derisiones audire que fiere-
bant / Venientes inquit ad
ipsum cruciatum adorabant
illum et dicebant Dic nobis
quis est qui te percussit Et acci-
debant ei dicentes Si filius
dei es descende de cruce / Et
adhuc etiam / et servus princi-
pis sacerdotum alapam ei dedit
/ at ipse dixit / Siquidem
male locutus sum testificare
de malo Si vero bene /
Quid me cedis Et illude-
tes / clamide coccinea circumde-
derunt eum / et spuentes in faciem
eius / Sed etiam temptamenta

Temptamenta xpi

/ ei sepius ingerebant tempta-
tes eum / Ipsius etiam accusationes

Accusationes xpi

audire / sine que secreto / sine
que palam ab eius discipulis
fiebant / Nunquid et vos
inquid vultis ire Quoniam etiam
demonium habes a fidelibus
Iam dicebatur Nonne et

Fuga xpi

ipse semper fugiebat / et nunc
quidem in galileam / et nunc
autem in iudeam / Nonne
ab incunabulis ipsis primo
ille temptationes fuerunt sub

Romme adhuc in pauulo con-
stituto / mater eius eum acci-
piens descendit in egyptum
propter hec igitur omnia dixit /
Attendentes in auctorem
fidei consumatorem Jhesum
Qui pro gaudio sibi proposito
sustinuit crucem confusione
contempta / In dextra sedis
dei consedit / Nunc igitur
intendamus in ea que discipuli
eius perpessi sunt legamus dicta
pauli / et audiamus eum
dicentem In sufferentia multa
in tribulacionibus in angustijs
in plagis in carceribus Et item
usque ad hanc horam / esurimus
et sitimus / et nudi sumus et cola-
phis cedimur et inquietamur
et laboramus operantes manibus
